

Bibliot. Synodi Evang. Reform. Viln.

Cat. I. C. N<sup>o</sup> 485. d. 1281.

A-2609-2024

Bibl. Syn. Evg. Reform. V. Lu.

Cat. I. D. N° 485. J.

ANDREÆ VOLANI  
LIBRI QVINQVE.

CONTRA SCAR-  
GÆ IESVITÆ VIL-  
NENSIS SEPTEM, MISSÆ  
SACRIFICIIQVE EIVS COLVM.

nas: & Librum 12. artium Zuingliocaluinista-  
rum. Quibus, veritatem doctrinæ Apo-  
stolicæ, & Sanctæ veteris Ecclesiæ,  
de Sacramēto cœnæ Domini

euertere studet.



*Adiecta est tam Volani, quàm puræ religionis sectatorumq. eius aduer-  
sus Ant. Possevinum Iesuitam Romanum defensio. Vbi Roma  
Babylon esse ostenditur. Auctore Iohanne Lasicio  
Polono, ad M. Do. Hiero. Filipowski.*

VILNÆ.

Typis & sumtibus Illustris ac Magnifici Domini Do. Ioannis  
Hlebouicij, Castellani Minscensis, Mag. Duc. Lituaniæ  
supremi Thesaurarij, Vpitenſis Capitanei &c.

Per Danielem Lancicum, Anno Domini. 1584.



46297

2

# ARGUMENTVM HORVM LIBRORVM.

**H**isce Libris inter alia corporis Christi præsentia, in Sacramento panis & vini negatur. cœtus Euangelicorum, ab iniuria Iesuitica defenduntur. varijs aduersarij dictis respondetur. De Sacramentorum natura, salua semper permanente disputatur. Melchisedechi panis & vini Abrahę oblatio excutitur. locus Malachię vatis de oblatione explicatur. Sacrificia Christiana describuntur. Antichristus R. o. suis notis depingitur. Duę in Christo nature, quarum vna in cœlo tantum est asseruntur. Transubstantiatio panis in corpus Christi confutatur. Modus manducandi corporis Christi, in cœlo manētis demonstratur. Indignos Sacramentum solum manducare, non rem Sacramenti docetur. Causę adempti plebi calicis Dom. refelluntur. Malignum Iesuitarum in opprimenda luce Euangelij, ipsisque Euangelicis extirpandis studium detegitur.





IN ARMA GENTILITIA  
MAGNIFICI ET IL-  
LUSTRIS DOMINI, D. IOAN-  
NIS HLEBOVICII, CASTELLA-  
ni Minscensis, Thesaurarij Mag. Duc. Litua-  
niæ, Vpitenfis Capitanei, &c.



**F**ulgida quid signat candenti lumine stella?  
Hæc Helebouicij stemmata clara notat.  
Cur insigne tenet crescentis cornua lunæ?  
Ipsius augetur gloria, fama, decus.  
Quid leo magnanimus? fortissima pectora gestat,  
Profit & vt patriæ nulla pericla timet.  
Sed quid, quæso, monet duplex, & pulchra corona?  
Virtutes propter præmia digna capit.  
Quid galeæ teretes faciunt? his vtitur Heros,  
Mars simul ac ancèps prælia cruda ciet.  
Cur equus armatus volitat? cataphractus in hostes  
Namq; ruit, quando resq; locusq; iubent.  
At quid crux sibi vult? Christi cruce nititur vna,  
In cuius merito collocat ipse fidem.  
Adiuncta est volucris cur vngula dura caballi?  
Durat in aduersis, mens neq; fracta cadit.

*Iohannes Vtricus Saxo F.*

ILLVSTRI AC MAGNI  
FICO DOMINO D. IOANNI  
HLEBOWICZ LIBERO BARONI

in Dambrowno, Castellano Minsceñ. Ma-  
gni Ducatus Lituaniæ supremo The-  
saurario, Radoscouienti & Onix-  
tienti Præfecto. Dño suo  
summè obseruando.



Vo nomine olim Illustris & Magnifi-  
ce Domine, summam omnipotentis Dei  
benignitatē prædicabat Iesus Siracides,  
quod eum liberauerit ab impura lingua,  
à falsa apud Regem criminatione, & ab iniustæ linguæ  
calumnia: eo nunc potissimum diuinę illi Maiestati nos  
supplicare, ardentibusq; votis ab ea auxilium exposce-  
re decet. Si quando enim procacis, ac maledicę linguæ  
venenum inter mortales viguit, si quando calumnijs &  
falsis criminationibus locus fuit, hoc maxime sæculo no-  
stro tantum gliscere malum exaudimus, linguæq; mor-  
dacidis & calumniatricis telum, in multorum vibrari per-  
niciem experimur. Quamuis autem multis commune  
hoc vitium, passim grassari conspiciamus, in vna tamen  
& recenti hominum secta, quam Ignatius constituit Lo-  
iola, tam alte pestiferū hoc radices egit virus, vt ad hoc  
solum mentiendi calumniandiq; vitium, & nata & in-  
stituta

*mahidny hrad  
vinnim indro  
gite*

## Præfatio

stituta esse videatur. Euoluat obsecro qui volet, nouorum istorum scriptorū libros, expendat omne, quō scripta sua dirigunt, consilium, nihil ferē inueniet aliud, quam vt optimum quenq; falsis criminibus onerent, & à cuius eximia doctrina ac pietate periculū extimescunt, hunc fictis calumnijs oppressum, inuisum exosumq; reddant omnibus. Non pudet istos libellos quosdam ignominiosos, in vitam Lutheri, Caluini, Bezae spargere, & à quibus vitijs ac flagitijs alienos fuisse tota illorum testatur vita, hæc cuncta illis falso attribuire: quæq; in perditissimos homines, vix caderent, hæc integritati ac innocentie tantorū virorum calumniose affingere. Habes in familia illustriq; aula tua Ioā. Lalicū, diu in occidentalibus regionibus versatum. Cuius de Caluino & Beza, & viris immortalem memoriam meritis testimonium, ego omnibus istis calumniatoribus, facile antetulerim. Quamuis enim hos vtrosq; ab annis 27. benè nouerit, Caluiniq; morti anno 1564. interfuerit: nihil tamen horum quæ de ipsis, filij diaboli scribūt, verè vnoquam dici audire potuit. Sed forsitan iustas doloris sui prætereendere possunt causas, vtpote cum validissimis eorum armis Regnum totum suum, quo cum suo gaudent Pontifice, expugnari animaduertunt, hostili se eos persequi animo merito dicere queant: & cum alijs telis obruere non possunt, saltem conuicijs & calumnijs conscindant. At verò in nos saltem mitiores eos esse decebat, qui non tam letalem istis infligimus plagam, & qui non ita instructi in hanc aciem descendimus, vt magnum aliquem terrorem eis injiciamus. Ego quidē quod cum Petro Scarga suscepi certamen, ita me in eò versari sentio,



Andree Volani.

tio, vt non omnia forsan que ad conficiendum requiruntur hostem, arma depromam, magisque hominis pugna-  
cis ictum declinare, ac sensim ferire, quam aliquo vio-  
lentie impetu eum opprimere studeam. Nec diffitetur  
hoc ipse Scarga, qui me nubes sine aqua spargere iactat  
& inanes ostentare vires, quas scilicet valido ille colu-  
mnarum septem impulsu, iam perfrerit, omniaque mea  
tela represserit. Miror itaque cur hominem imbellem ta-  
to odio dignum isti reputant, vt cum percussum & pro-  
stratum armis suis sentiant, conuicijs tamen & calumnijs  
opprimendum iudicent. Nam Francisco Turriano, pa-  
rum erat me quibusuis maledictis incessere, & ex vrbe  
vsque Romana, iacula conuiciorum in me vibrare: nisi  
Antonius quoque Possennus ex eadem cohorte miles, il-  
li se socium adiungeret, meque homuncionem impurum  
clamitaret, & diabolicis nescio quibus artibus deditum  
mentiretur. Nec verò Scarga mihi parcat, & quidquid  
ignominiosum mihi putat, id in cumulum libens vbi-  
congerit: Sed hunc forsan aliqua venia dignum, quis-  
piam iudicet, qui vlcus suum à me toties pungi sentiens,  
acerbitate doloris victus, iracundiam ita cohibere ne-  
quit, quin multoties in maledicta erumpat. Illum autem  
Hispanum & hunc Italum petulantes, ne quid grauius  
dicam, meritò quispiam vocet, qui nulla à me iniuria la-  
cessiti, nullisque meis scriptis prouocati, hoc suum virus  
in me euomunt, & hominem immerentem maledictis  
configunt. Nisi vero hoc se quodam iure suo facere pos-  
se putat, vt scilicet omnibus testentur factis, se illas esse  
locustas, ex puteo abyssi subitò enatas, ideoque cauda-  
rum aculeis armatas, vt quibusuis hominibus impune  
noceant,

*Francisco Turriano  
ad vrbe  
vsque Romanam  
iacula conuiciorum  
in me vibrare  
Antonius Possennus  
ex eadem cohorte  
miles.*

*Insuper locustas  
quibusuis hominibus  
impune noceant.*

Præfatio

noceant. Verùm quicquid tandem sit quod hanc rabie  
em istis concitet, nostrum est, à pio ac sancto tuendæ  
veritatis proposito, minimè istorum latratu deterreri,  
eorumq; morsus & aculeos perferre potius, quàm vt ca-  
stra Imperatoris nostri deseramus, metuq; vulnerum, ex  
acie refugiamus. Me quidem conscientie meę testimo-  
nium solatur, quod non aliquo hominum odio, non ali-  
quo peruerio obtinendę victorię studio, in hunc certa-  
minis campum semel descendí: Sed vt veram ac genu-  
inam, doctrinę cœlestis sententiam de Sacramento cœ-  
nę Domini inquirerem, & qui veteris illius ac Sanctæ,  
de hac re fuerit Ecclesię sensus, diligenter indagarem.  
Nam qui perpetuam, & interruptam in Ecclesia Christi  
successionem pastorum numerant, vt certam doctrinæ  
propheticę & Apostolicę, itidem successionem se habe-  
re ostendant, nę isti vehementer reuincuntur, & Israe-  
liticę Ecclesię exemplo, quę in legitima Sacerdotum se-  
rie, omnis Idololatrię sentina crebro facta fuerat, & in-  
fallibili prædictione Apostoli Pauli, qui in ipsa Ecclesia  
Christi apostasiam exorituram dixit, & ex ipsis adeò E-  
piscopis ac Pastoribus lupos fore, qui non parcerēt gre-  
gi, peruersaq; loquerentur, vt discipulos post se abstra-  
herent. Augustinus quidem iam tempore suo, Ecclesi-  
am Judaicis ceremonijs oneratam querebatur: & Ber-  
nardus tempore lōge posterior, tam deploratam pasto-  
rum Ecclesię malitiã ostendit, vt sponsam inopem, ac  
nudam ab eis destitutam, nec gregem Domini pasci, sed  
crudeliter macrari ac deuorari clamitet. Verum quid  
alijs testibus opus est, quando tanta Ecclesię ruina, quã-  
tam hodię conspiciamus, tantam deformitatem vbiq; o-  
stentet,

*Veri duo folia*

*Enaobcam  
volans in sm  
contaminat  
causa  
die*

*Dignifying  
Bismarck*

stentet, vt pro Del sacrario spelunca latronum, pro ve-  
 ritatis domicilio, omnium errorum ac superstitionum  
 officina facta sit. Quo magis Loiolitarum nostri saculi  
 cæcitas deploranda est, qui tantam Ecclesiæ vastitatem,  
 nec perspicere ipsi volunt, nec in errorum tenebris de-  
 pellendis, vllâ sollicitudinem adhiberi patiuntur: & qui  
 id præstant eos sediciosorū & sceleratorū hominum lo-  
 co habendos, omnino pronuncient. Ego quidē ad tantā  
 hominū exhorrescēs cladē, quæ partim ferro ac flāmis,  
 multa hominū millia absumit, partim pestiferis doctri-  
 nis, plurimorum animas imbutas inorcum deijcit, nihil  
 magis in votis habeo, quam vt Reges ac Principes ad  
 componendum religionis statum, in Regno ac imperio  
 quisq; suo, se ipsi exuscitent, & præcipuam hanc mune-  
 ris sui functionem esse reputent. Nam qui istorum vel  
 negligentia, vel conuiuentia, vel imprudentia pereunt,  
 & vel ob constantem pietatis professionem, hac caduca  
 vita, vel ob falsam religionem illa aeterna priuantur,  
 magnam profecto his intendunt litem, & coram supre-  
 mo iusti illius iudicis tribunali, horrendum iudicium de-  
 nunciant. Itaq; cum patria ac Respub. nostra, talē Prin-  
 cipem diuinitus oblatum sibi agnoscat, cuius præter  
 excellentes omnes virtutes, summam quandam prudē-  
 tiam, & eximiam doctrinam totus iam admiratur orbis,  
 & qui maximas congerere se putat opes, si doctissimis  
 quibusq; viris aulam suam refertam videat, eosq; ad gu-  
 bernandum Regni clauum socios sibi adiungat, & fir-  
 mo quodam fœdere deuinciat, qui doctrinæ, ingenij,  
 prudentiæ, & integritatis clarissima exhibent documē-  
 ta: non dubitauī ego priorem meum, de Sacramento

Imperada ca  
 cta/ Loiolita  
 41

Rign. de per  
 cyon fmo. 1660

cm v. l. a  
 ord. i. n. c.  
 1672 Regi

## Præfatio

corporis Christi librum, Sacrę eius Maieſtati dedicare, ab eaꝫ ſupplex expoſcere, vt ad conſtituendam verę pietatis, ac debite religionis in Regno ſuo formam, aliquando ſeſe conuerteret, tantamqꝫ peſtem à mentibus hominum, quantam ex falſa concipiunt doctrina, ſemel auerteret. At verò Scarga iuſtum ac legitimum Magiſtratus extimeſcens iudicium, nullū inquisitioni locum relinquit: ſolamqꝫ Romanam Eccleſiam ridiculè ac prepoſterè, Catholicam eſſe clamitat, in cuius placitis, tanquam certis Dei oraculis, acquieſcendum nobis ſit, aut ſi id facere nolimus, vinculis ac carceribus, tanquã furioſos, & ab immundo Spiritu correptos, coercendos eſſe cenſet. Facilis profecto & expedita, ad omnem victoriam obtinendam ab iſto proponitur ratio, & quam omnes latrones ac fures libenter arripiant, vt in accuſatores & ſclerum ſuorum delatores, eandem legem ferant. Itaqꝫ tam peruerſo ſuo ſtudio, nihil aliud confequitur iſte, niſi vt deploratã ſuam teſtetur eſſe cauſam, de qua nullum iuſtum conſtitui poteſt iudicium, quin certam alicuius maleficię, aut fraudis notam ſuſtineat. Nam ſi tam firmam Romani Pontificis putat ſedem, vt quam ab Apoſtolis accepit, eam haictenus integram conſeruauerit doctrinam, vt quid hanc lucernam ſub modicum ponit, & non potius ad diſpellendas errorum tenebras, quibus nos circumſeptos inſclamat, ſubitò depromit: Verum tam pertinaciter, noſtram noſ ſententiam deſenſuros pronunciat iſte, vt non ſolum ſapientiſſimi Regis iudicio: Sed nec Angelorum myriadibus ceſſuros nos dicat, & quod expoſcimus iudicium, nonniſi doſe ac fraudulentè id fingi à nobis contendat, vtinam quidem

*Sompa hinc  
in adſtante in  
cin*

*deplorata ſon  
ga inſtate ſua  
cum*

Andr: Vola.

quidem, Petre, diem illum videre nobis liceat, quo Princeps noster in hoc tribunal conscendat, ut disceptantes nos ex æquo audiat, & qui sint, qui legitimum detrectat iudicium, non ex vana ac futili diuinatione tua, sed ex ipso euentu rei statuatur. Iam enim superbas Pontificis vestri, audire videor mihi voces, vobis applaudentibus, & omnibus eius dictis succinentibus. Non licere Regi in alienam messem intrudere falcem, seque disceptatorem religionis exhibere, qua dignitate, suum scilicet successorem, honorauit Petrus. Et cuius in scrinio pectoris tota residet veritas, iniquum esse, quicquid ille decernit, id in controuersiam vocare, ac non potius supremo iudici, qui omnes quidem iudicare debet, à nemine iudicandus, humiliter obtemperare. Et qui tyrannidem scelestè semel occupatam, tam superbis ac impijs edictis, muniunt, qui se ex hominum sorte eximunt, qui diuinum simul & humanum iudicium respuunt, nobis tamè tam atrocis criminis suspicionem mouent, hancque suam scabiem affricare student. Verum Scarga nullum iudicium, nullamque sententiam Regis nostri prudentissimi, nobis expectandam esse dicit, sed à vita illius petendum exemplum denunciant, ut quia Romanae Ecclesiae religionem sequitur, sequendam & hanc nobis, si verè & ex animo sapièntiam illius prædicamus, imperiosè præcipiat. Video quidem Petre, quid Princeps agat, sed intelligo etiam, quid Deus in animo eius efficere possit, si aura benignitatis & clementiae suae illi aspirare, eiusque cor, quod in manu sua habet, ad omnem voluntatis suae obedientiam inflectere dignetur. Et quidem priuatas semper, ac publicas hoc nomine concipimus preces

nota clamor  
vix locustis

g. v. i. p. 120  
p. 120  
120

## Prefatio

preces, vt in veram nominis sancti sui, & Christi voluntatis cognitionem eum deducat, hæcque Ecclesie vulnera, in quibus iam diu sanandis multi Principes Christiani defudant, illi cognoscenda exhibeat. Atque vt interim solam Ecclesie Romane religionem sinceram ille reputet, vide tamen, quantum fiducie hæc nobis, quam tuemur, pariat causa, vt arbitrum & moderatorem nihilo minus huius controuersie exposcamus, & qui fictam ac falsam sequuntur religionem, facile nos illi approbatores non dubitemus. Nihil enim hic nos aut splendida Episcoporum permouebit pompa, aut numerosa omnis generis monachorum terrebit caterua, quando nulla cuiusquam autoritate, nullo hominum præiudicio res erit tota discutienda, sed solis scripturarum autoritatibus, vt loquamur cum Augustino, confirmanda; ita vt res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione, concertet. Authoritatibus enim, sicut loquitur & Thomas, canonicę scripturę vtitur Sacra doctrina, ex necessitate argumentando, autoritatibus autem aliorum doctorum Ecclesie probabiliter arguendo. At vero isti dum scripturam, vt noctuę solem refugiunt, non mirum si ab omni legitimo iudicio abhorrent, in eamque arenam, vbi se imbelles & inermes futuros agnoscunt, prodire recusant. Nec mirum, quando totius interpretandę scripturę vni Pontifici Romano, qui solus istorum iudicio errare non potest, demandata potestas, omni istos cura & molestia liberat, vt ne in dubiam belli aleam descendant, quum vnus hominis autoritate, belle se constitutam habere victoriam credant. Hunc enim eam occupasse sedem Scarga dicit, in qua Petrus, cuius nunquam deficit

Thomas.

substantia non habet  
sicut in scriptura

deficit fides, federit, in eaq; doctrinam & sanguinē vna  
 cum Paulo profuderit, quę per trecentos annos trigin-  
 ta trium Pontificum pro Christo fuso cruore consecrata  
 sit, & quę vniuersalium Conciliorum testimonijs, sancti-  
 ssimorumq; Ecclesię doctorum encomijs vbiq; celebra-  
 tur. Id verò nos huic libenter damus, & quę Romane  
 Ecclesię in toto terrarum orbe, Paulo teste, prædicaba-  
 tur fides, eam multò viguisse tempore, sanctisq; marty-  
 ribus & Episcopis decoratam fuisse agnoscimus, ac iu-  
 stis multorum præconijs meritò commendatam profite-  
 mur. Sed qui postea sanctis illis pastoribus successerunt  
 Pontifices, Romanāq; tyrannicè occuparunt urbem, a-  
 dedò ab eorum omni degenerarūt pietate, vt multis iam  
 sæculis non Christum prædicent, sed in omni luxu ac su-  
 perbia dominantes, membra Christi lanient, & crudeli-  
 ter persequantur. Nec verò Petri aut Pauli, quorum  
 munus ne minimo quidem digito attingunt: Sed Cęsa-  
 rum successores, omnibus factis illos se esse testantur,  
 qui pro ciuili imperio retinendo, summis viribus & ar-  
 mis decertant, in propagandaq; sua potentia, omnem  
 ætatem consumunt. Itaq; Bernardus ante annos qua-  
 dringentos, non amplius viros Apostolicos, sed Princi-  
 pes ac satrapas vocat, vtpote qui abiecto Sarculo, ne fa-  
 ciant opus prophetæ, arripuerunt sceptrum, vt superbè  
 dominantur. Porrò cum in templo Dei ita sedeant, vt  
 omni humana potestate se superiores ostentent, pasto-  
 rumq; omnium ac regum Principes, se esse profiteantur,  
 illius profecto hominis perditī ac peccatoris imaginem,  
 se retinere demonstrant, quem Apostolus Christi præ-  
 dixit aduersarium, mendaciorumq; parentem, & omnis  
 b veritatis

*quod fidei  
 de Romanis  
 p[er] h[er]esim*

*Bernardus  
 de papa*

## Praefatio

veritatis inimicum: quemq; Ioannes sub imagine meretricis magne adumbravit, ac spectandum fidelibus exhibuit. At verò Scarga grauem sanctissimo suo Pontifici iniuriam à nobis fieri conqueritur, Pauliq; Apostoli testimonium perperam à nobis intelligi, & ex Apocalypsis figuratis ac symbolicis sermonibus, raro aliquã probationem firmam desumi posse causatur. Verùm si nos fallimur, & in agnoscendo aberramus Antichristo, vt quid ille certiozem aliquem nobis non designat, falsosq; eo errore nos quamprimum non liberat? Ac tentat hoc quidem iste, sed tam ieiunam ac frigidam adhibens calumniam, vt eius ipse pertesus, tandem fictitium illum suum, & triennem Antichristum nobis proponat, & sub ipsum vsq; Christi vltimum in terras aduentum, expectandum asseueret. Verùm quia hoc stolidum illius infra refutamus commentum, nunc nihil aliud respondemus, nisi quod pertinacem mentis humane affectu, in falsa opinione fouenda vehementer admiramur, vt malint homines fallis quibusdam fabellis, & vanis coniecturis duci, quam manifeste cedere veritati. Isti quidem aliquando, magno suo experiẽtur malo, quam fallaciter nescio quem Antichristum ex tribu Dã expectarint, & quam ridiculae vana rei nunquam future expectatione, seipsos deluserint. Neq; enim alium vnamquam præter eum, qui in vrbe septicolli imperium exercet, sunt habituri: neq; aliam maiorem cladem in Ecclesia Christi edi potuisse, quam que ab isto illata est tyranno, tandem cognituri. Verùm Scarga nescio quid se ex mea ad Ebionitas paraneli venatum autumat, vt turpissime scilicet, quod crimen obijcimus Pontifici, recantare

*Triennium anti  
christi Scarga  
proponit*

*22dy Synodus  
Roma*



recantare, & qui diuinitatem cōfiteatur Christi, Antichri-  
 stum esse non posse se profiteri dicat. Ego verò hunc  
 rogatum velim, an Cerdonem & Marcionem, atq; item  
 Pelagium, & reliquos hæreticos Antichristos ideo ne-  
 gare possit, quod diuinitatem quidem filij Dei confite-  
 rentur, carnem tamen humanam, aut officium illi debi-  
 tum tollerent? Neq; enim vnus forme aut sententiæ,  
 Antichristos scriptura Sãcta nobis proponit: sed omnes  
 quocunq; modo filio Dei oblatrãtes, in vnã Antichri-  
 storum classẽ reñcit. Concedimus ergo vt Pontificem  
 Romanum, ita & Ecclesiam vniuersã Romanã, ea-  
 tenus quidem, Antichristos esse non posse, quatenus ve-  
 ram filij Dei diuinitatem prædicant: neq; tamen Anti-  
 christi ideo effugere notã, quod tota Sacerdotij ac re-  
 gni dignitate Christum spolient, & salutem, quã in ipso  
 solo residet, aliò transferant. Nec verò aliter Antichri-  
 stus, quem describit Apostolus Paulus, sedem in templo  
 Dei obtinere potuit, nisi se amicũ Christo simularet, &  
 pro Pastore ouium eius fraudulenter vendicaret. Nam  
 qui manifestè Christum oppugnaverunt, aut nunc op-  
 pugnant heretici, ij quidem Ioanne teste Antichristi sunt:  
 sed non tantam in Ecclesia Christi edere possunt ruinã,  
 vt non subitò depereant, ac tandem nullum post se pe-  
 stiferi erroris vestigium relinquunt. At verò qui omni  
 dolo ac fraude, principem dignitatis locum, in Ecclesia  
 Christi obtinere debuit Antichristus, magna quadam  
 vi, magnaq; instructus potentia, & simulata pietatis pro-  
 fessione, tantam sui admirationem in mentibus hominũ  
 excitaturus erat, vt omnibus demum à Christo eneruã-  
 dum viribus, illustriq; eius aduentu abolendum Sacra  
 prædixe

quali, quib  
 fuerit, hanc  
 & pome

pontifex Ro  
 manus no  
 catum antichri  
 quibus diuinit  
 in filij dei  
 cae

quo dicitur  
 sub m pto  
 an omni





Præfatio

omnipotentis Dei iram afflicte Liuonię prouocauit. Vbi enim maior libidinū grassabatur obscenitas, vbi omnis in-  
tēperatię ac scelerū maiora vnquā edita fuerūt exēpla, atq; in hoc inordinato & sceleso ordine: Nō honestarū illic matronarum, non virginum tuta erat pudicitia, ita in omnem libidinē, immundis hisce porcis prouentibus, & superbè dominantibus, vt iumentisne an hominibus imperarent, nullum omnino discrimē reliquerint. Itaq; hæc tanta scelera prius à doctrina cœlesti, & sole Euangelij denudari ac illustrari oportuit, vt pertinaces hominum mentes, & pœnitere nescię, tandem seueritatis diuinę iustum agnoscerent iudicium. Et vide tamen infinitam Dei misericordiam, in liberandis his, qui semel veritatis diuinę sermonem receperunt, vt tam breui tempore libertati suę fortissimi potentissimiq; Principis nostri Stephani ductu & opera, Liuania restituta, & à crudeli Moschi imperio vindicata, nunc denuo lucem aspicere incipiat, summamq; omnipotentis Dei benignitatem in salute sibi data sentiat. At verò nobilissima illa Rhodiensium insula, ab ordine itidem militari administrata, & nunc Cyprus à Turca hoste immannissimo erepta, perpetua seruitute oppressa contabescunt, & miserandę calamitatis suę spectaculum omnibus exhibent. Ita verò non multum præsidij Catholica hæc Romana religio Regnis ac prouincijs suppeditat, vt contra nullum certius ruinę ac interitus periculum omnibus sit extimescēdum, qui non quamprimum hanc Babylonem deserunt, & in fœlicissima Christi Domini ac Saluatoris sui castra concedunt: qui solus veræ salutis ac libertatis ducem, se & authorē omnibus præstat.

*Q. Bente mro  
eset in qd illam  
Lindis*

*Rhodis in insula*

Andr: Vola.

stat. Sed ne diutius in persecūdis aduersarij fugis im-  
morer, quibus iste impensè delectatur, nunc ad te ser-  
monem meum conuerto Illustrissime Hlebouici, tuamq̃  
operam in coercendis maleuolorum hominum istorum  
calumnijs, ac tuenda ab improbis vocibus innocentia  
nostra interpello. Eò enim potissimum consilio, hanc  
lucubrationem meam clarissimo nomini tuo dicare vi-  
sum est: vt quia præter antiquum generis tui Splendo-  
rem, & amplissimum dignitatis, quem in loco Senatorio  
obtines gradum, magno te ingenio præditum, magna  
doctrina excultum, acri quodam iudicio, & singulari  
facundia excellentem suspicimus, nullum aptiorem e-  
go, cuius patrocinio hanc comitterem causam, iudicare  
potuerim. Accedit eo magna quædam tua, in promo-  
uendõ omni tempore veræ pietatis ac religionis nego-  
tio sedulitas, vt quibus omnibus te natura ac fortuna,  
studiumq̃ tuū exornauit dotibus, eas omnes ad laudem  
nominis diuini, & illustrandã regni Christi gloriam, cu-  
pidè ac promptè, semper conferas. In me quidem tan-  
ta tua extant beneficia, tantaq̃ tua beneuolentia, vt quæ  
amore, & gratia tua dignum semper iudicaueris, hunc  
iniquis hominum odijs opprimi non sis passurus, inno-  
centiq̃ meæ contra maleuolorum hominum insultus, &  
procacis linguæ iacula testimonium, quouis tempore  
proculdubio laturus.

Deum interim precor, vt dona sua in te, tuisq̃ Io-  
anne Nicolao, & Georgio, carissimis pignoribus, quo-  
rum piæ institutioni tantopere inuigilas, vt ad benè e-  
rudiendos, studiaq̃ ipsorum formanda, Lascium è  
media

W

est Colomby

Le motz pin  
paly

media Polonia euocaueris, in dies adaugeat, & quem  
nominis sui Sancti cognitione dignatus est, hunc vitæ  
puritate, & eximijs omnibus virtutum ornamen-  
tis subindè condecoret. Datum in prædio  
meo Biutifcano die 25. Nouembris.

Anno 1583.


Illustrissimi nominis tui  
obseruantissimus.



Andreas Volafius.

IOANNES LASICIUS  
POLONVS, GENEROSO DOMINO

Andræ Volano in Biutiski gente Polono, Secre-  
tario Regio longè doctissimo.



**L**Egi scriptū tuum doctissime Volane antè, quàm in  
publicum exiret, aduersus Scargam Vilnensem Ie-  
suitam. qui tibi est propter auctorem sectę, militem Hi-  
spanum, Loiolita. A quo emittendo, etsi te antehac de-  
hortabar, ne camino oleum vt est in prouerbio: tamen  
simul vt quale est cognoui, & hisce, quas cernis, notati-  
onibus illustrius reddidi: non solum te hortor oroque  
vt id edas: verum etiam publica electorum Dei voce,  
quibus solis grata est veritas, magnas pro illo gratias  
ago. Quippe quod tu eo, non Sacramentariam tantum  
sententiam, de qua tam diu verbis dimicatum est, quàm  
maximè fieri potuit, explicueris, priscorumq; Theologo-  
rum dictis confirmaueris: sed etiam, cum alia multa The-  
ologica acutè tractaueris, quædam attigeris: tum sacri-  
ficium Missæ explatorium, subuerteris. Antichristum,  
cui tam diu imprudentes seruiebamus, maliciamq; soci-  
orum Iesu, belle depinxeris. Et quod minimè negli-  
gendum erat, existimationem bonorum quorumque, ac  
tuam ipsius, contra superbiorum hominum, Nobilitatem  
parui ducentium, vellicationes, modicè defenderis. mi-  
rabar enim & ipse, aduersarij tui hanc de te equestris  
ordinis viro, in arte ipsius prima impudentiam. Volan-  
us, inquit, laicus, de media plebe, in aulis educatus. Pro-  
fecto

*Miles Hispanus  
in Loida*

*Volanus laicus  
in anno 1600  
march 17/1600*

Epistola

fecto enim vel fingit impudenter, vel fallitur grauius, cum te maioribus ortum nobilibus, genus è Slesia, vt multi alij, apud nos ducentibus, in ordinem refert plebeum. Qua de re Sigismūdi Augusti regis, āno 1569, Lituania cum Polonia, in vnum corpus Reipub. coalescente, scriptum diploma, quod tibi fratriq̃ tuo auitam tribuit, & confirmat Nobilitatem: tuiq̃ tam paternā, quā maternę lineę propinqui Nobiles, in maiori Polonia: & ius, quo iam pridem gaudes, Equitum Lituanie: atq̃ tot Nobilissimarum familiarum, triplici matrimonio contractę affinitates: præterea per tot annos, Illustrissimo Nicolao Radziuiſo Duci in Dubinki & Birze, in secretis cōsilijs nauata opera, Scargam, si modò is hæc scripsit, ob veritatis orthodoxę defensionem, odio tui flagrantem, falsi conuincunt, & violatę dignitatis aliengē condemnant. Quo magis miror te, in maximis occupationibus tuis & publicis & priuatis, ita studia Theologie, non intermittere, vt eorum hic elegans etiam nūc prodeat fructus. Ac nisi hodie Pontificij, in tanta luce notitię veri, tales prorsus essent, quales illi Iudei, quos sic compellat beatus Stephanus: Duri ceruice & incircumcisi corde, auribusq̃, vos semper spiritui S. resistitis, sicut & patres vestri haberet iste quoque homo, (quem tu non tam vlcisceris, quā sanas & doces) tibi gratias. Verūm cum ea verba ostendant, peccatum in Spiritum S. nunc, proh dolor, nimis vulgare istis Catholicis, esse veritatem Euangelicam obstinatę oppugnare, ideoq̃ venia carere omnino: resistet idem pertinax vero, vt Iannes & Iambres Moyſi, quosq̃ tu pridem scriptis tuis, Babylone euocas spirituali, hos ille in ea cōseruare

Diploma datum  
velino. a. f. j.  
et unido. d. f. j.  
A. r. y. p. l. o.

patm m. f. j.  
n. h. s. i. m. d. f. j.  
g. a. u. c. a. l. b. o. l. o. r. i.



seruare retinereq; studebit: ac more sui similitum, super  
 fundamentum vnici sacrificij Christi, in cruce peracti, il-  
 la de quibus Apostolus ligna, fœnum, stipulam iacere  
 perget. At tu ne cesses, obsecro, hæc ipsa verbo diuino,  
 quali quodam igne incendere. Id enim est ille Spiritus  
 Domini, qui illum ex legem, in templo Dei superbè se-  
 dentem, vt prædixit Apostolus, confecturus erat. do-  
 nec illud veniat tempus, quo Babylō magna, omnis su-  
 perstitiosi cultus diuini, & scortationum spiritualium  
 mater, igni cœlesti subito exuretur, & tanquam altera  
 Sodoma, descendet in imum. Quod præter Angelum  
 apocalypsis Cap. 18. Sibylla etiã lib. 5. & 8. suorum o-  
 raculorum, Romam Italiamque apertè nominans, futu-  
 rum cecinit. Idque multo certius est, quã quod isti ce-  
 culi suauiter fingunt, de exortu cuiusdam, duorum &  
 quadraginta mensium Antichristi, ante reditum in ter-  
 ras è cœlis Iesu Christi, nam id si verum esset, nemo nõ  
 sciret diem rerum supremum. Habes tui istius laudan-  
 di laboris, innumerabiles in Europa socios: quam De-  
 us, mirabili luce veritatis cœlestis, ab annis 66. collu-  
 strauit. habes multos verbi diuini præcones in Lituania  
 tua, qui tecum idem agunt strenuè. Quos inter, nunc  
 Vilnæ eminent vir nobilis Andreas Chrzantouius, post-  
 quam sedes spõte sua mutauit, Archipresbyter Sudro-  
 uius, abs te hic benè defensus: vt in Polonia Gregori-  
 us Zarnouiecius: qui in postillis Euangelicis, disertissi-  
 mè refutat tot errores Iesuiticos. Præter id, sperare po-  
 tes ac debes, certissimum ab illo præmium, qui se quod-  
 uis pium in Christo opus, largiter remuneraturum re-  
 cepit. Modò ne quid mouearis istorum verbis, qui vt

*ubi em igni*

*Spjlla*

*66 annis  
in polonia*

*In ual  
Gregorius  
nominat*

Epistola

Ecclesiam ministeriaque eius, ita diuinarum litterarum interpretationem, sibi solis arrogat: nec quicquam ad Laicos, veri propagandi, falsique cōuellendi curam pertinere, dementes blaterant. Cuiusuis est enim docti, in primis tamen ministrorum Dei, veros errores, cum fundamento orthodoxe fidei pugnantes improbare, sicuti & ea quæ vera sunt approbare, licet omnibus licuitque, semper, quemadmodum verum tueri, & scripturas Sanctas scrutari: sic hæreses voce diuina damnatas oppugnare. Permissum Christianis est, magistri dominique sui doctrinam, vel vitæ periculo defendere, inde martyri & illius superioris æui, & huius nostri tot myriades. Futurum id erat aliquando tempus, de quo illud vates. Intelligentes inquit populû, docebunt multos: iidemq; fulgebunt vt splendor firmamenti. quique iustos faciunt multos, tanquam stellæ in æternum. Et. In tempore illo multiplicabitur scientia. Item. Erunt omnes à Deo docti. Deinde: In nouissimis diebus, effundam de Spiritu meo, in vniversam carnem. Ac ipsemet Christus: Ego mittam ad vos prophetas & sapientes. Quæ omnia aliæque plura, nostra etiam ætate, quia rursus, quasi postliminio redit veritas, disciplina & puritas in Ecclesiam, fieri cernimus. Quid est quod Petrus Apostolus, vnumquemque nostrum donû à Deo acceptum, cum alijs cōmunicare, ac Sirachus in suo illo, sapientissimis doctrinis referto Ecclesiastico præcipit, vt quilibet decertes vsque ad mortem pro veritate? quem librum Sanctus Augustinus, omnium veterum Theologorum antesignanus, lib. de ciuitate Dei 17. Cap. 20. receptum esse antiquitus, in auctoritatem, ab occidentali Ecclesia perhibet.

*Reuerenti & folio*

hibet. Scripsit & Iacobus Apostolus Catholicam Epistolam, minimè ad solos sacra-  
 ti ordinis homines: sed ad omnes vniuersè. quos ita instruit: Si quis inter vos aberrarit à veritate, & conuertet eum quispiam, seruabit animam à morte, & obteget multitudinem peccatorum. Proinde & ego, mi Volane, nihil mallem aliud, quàm vt iste bonus Scarga cum suis, lectis hisce tuis argumentis, pedem referret ab hæresi Catholica, quam ille mundi princeps, & totius orbis terrarum, vt diuus Iohannes testatur, deceptor, dormientibus hominibus, tritico veritatis insperlit, in qua mundo demonstrada, omnis noster consumitur labor: Sed ea vis erroris est, vt is generi hominum natura mendaci, veritate sit acceptior. præsertim cum & primarijs quibusdam viris, & multitudi-  
 ni placet. Cæterùm haud minus errat, qui cum multis errat: nec idèd quis leuiore, peccati sui iussu pœnas, quia permultos socios habet. Illorum me maximè miseret, qui post agnitam, Spiritus S. beneficio veritatem, relabuntur ad errorem vniuersalem. Tolerabiliorem enim futuram, Sodomæorum Gomorrhæorumque conditionem, Christus dixit, quàm illorum, qui auditæ veritati, nullum dederunt locum. Et Apostolus de talibus ad Hebræos: Si vltro peccauerimus post acceptam cognitionem veritatis, non adhuc pro peccatis reliqua est hostia; Sed horrèda quædam expectatio iudicij, & ignis feruor, qui deuoraturus est aduersarios. Ac sanè, fit, vt isti ingrati, fide rectè credendi, diuina sententia spoliati, contumaciores postea reddantur, crassissimas quasque superstitiones, impensè ament, vitam in perpetuo animi angore doloreque transigant, & infeliciores fiant. Quod

ad leuionij  
 Anet pœnat  
 q p multos jo  
 tuor peccat in  
 Salom  
 agnita  
 O capo

Epistola

ficet ipsi sentiant, tamen eos resipiscere pūdet: at Deum  
contumacia offendere, minimè pūdet. Cuius rei possent  
à me produci non pauca exempla. Cum ille ter infelix  
Franciscus Spira, anno 1548. Patauī in Italia, ob e  
iusdem quam & nos tutamur veritatis, inuita conscien  
tia damnationem, vt foret cæteris exemplum, diuino  
iudicio, sempiternis orci pœnis addictus esset, iamque  
animi cruciamenta sentiret, fide atque spe, id est maxi  
mè necessarijs donis, priuatum se esse, & fatebatur &  
quererebatur; quod eius historię Epistola quinta testatur;  
& Stanislaus Droisouius, nuper mortuus Castellanus  
Prémillienlis, qui eum sæpe cum multis alijs inuisebat,  
mihi affirmabat. Similiter isti tui Loiolite, quid aliud  
rogati respondēt, quam se non posse ea, quæ suades, cre  
dere: neque eam, quam vnâ nobiscum profiteris, doctri  
nam, veram esse agnoscere: aut ita remissionem pec  
catorum sperare, quin eam in purgatorio sit perfici ne  
cesse. At ô miseros vt inquit propheta, quibus verum  
falsum est, lux tenebre, bonum malum, dulce amarum.  
addo ego, remissio, retentio. Nempe idem illis videba  
tur, quos Christus ad se solum, ab superuacuis cæremo  
nijs in cassum reuocabat. adeò illi sæculo, hoc nostrum  
simile est, vt nihil similius, quod Capite s. Theologiae  
Moscouiticae copiosius ostendi. Nam videndo non vi  
debant, audiendo non audiebant, atque vt Lucas in A  
ctis Apostolorum memorat, eandem quam & nos secta  
mur religionem, quibus Evangelicorum inditum est cõ  
gnomen, planè vti Iesuite hodie, hæresim vocitabant.  
Illi inquam ista faciebant, de quibus hæc Isaias, ac in  
quorum

Franciscus  
Spira

Stanislaus  
Droisouius

quorum cathedris sedere se hodie, Sacerdotes Pontificij gloriantur. Excœcati sunt Prophetæ, & vos excœcaverunt. Quoniam operuit vos Iehoua Spiritu soporis, & clauit oculos vestros. Prophetas & Principes vestros, qui vident, operuit. Insuper quemadmodum olim idem, traditam sibi à maioribus doctrinam, lege diuina scripta pluris faciebant: ita & hæc illorum progenies, patrum, vt eos appellant, auctoritati, atque cuidam traditioni, vel plus vel certe tantundem, quantum verbo Dei litteris consignato tribuit. & quæ versutia eius est, nihil non, quamuis fœdissimum, pulchris conditum verbis, pro rebus sacrosanctis, imperitis venditat: nulla in re, culpam agnoscit. At verò nos nihilominus, omnes illorum errores, quos sexcentos esse Heshusius demonstrat, sola voluntatis diuinę scriptę firmitate infirmamus. Etenim Apostolus, non humanam doctrinam, sed diuinitus inspiratam scripturam, vtilem esse ad docendū & redarguendū ait. idemq; nos capere gladiū spirituale, hoc est verbū Dei, & hostes die malo aggredi iubet. Et Isaias non ad vllam cabalam, seu traditam occultè legis intelligendę disciplinam: Sed ad ipsam legem & testimonium Israelitas remittit. vt plura alia prætereā verbi diuini elogia, quo solo omnis error discutitur, & tenebrę regni Antichristiani deteguntur. Non contemnendus est fateor, Ecclesiarum, in doctrina consensus: Sed si is à Schola Christi non dissentiat. Nec antiqui doctores vilipendendi sunt, alioqui dona sperneremus diuina, nisi cum aliud tradunt, quæ certè multa sunt, quàm ab illo vnico omnium doctore didicerunt. de quo sem-

*Heshusius  
do esse in  
pamphileo  
ante hanc.*

*Isaias*

*Ceteri quoque  
ecclesiarum  
sunt fidei*

## Epistola

per audiendo, hæc vox in mōte illo sublimi cœlitus ex-  
stitit: Hic filius meus est dilectus, ipsum audite. Sic &  
genitrix ipsius: Quodcunque dixerit vobis, facite. A-  
lioquin infirmissima est, doctrinæ cuiusvis Ecclesiasticæ,  
contra decreta cœlestia, humanis cœtibus suffragijsque  
assertio. Nullius ponderis est, isthæc ratiocinatio: aquâ  
lustralem, delendis hominum delictis prodesse, campa-  
nas baptizandas esse, vnum omnibus Sacerdotem bene  
præesse, corpus Christi in pane, S. Trinitati offerri,  
purgatorium ignem credi, Sanctos mortuos inuocari,  
multaque alia huius generis hominum inuenta, idè ob-  
seruari oportere, quia id visum est quibusdam doctis,  
qui nos ætate antecesserunt. Vt enim veritas, ita er-  
ror vetus est: vt lux ita tenebræ. Dæmon inde ab ipsa  
mundi origine, homines ad violanda mandata diuina  
impellit. Quod tum maximè perfecit, cùm ex cœna  
Domini sacrificium, ex mensa altare, ex ministris Eccle-  
siæ, dominos eiusdem atque sacrificulos, ex duabus Sa-  
cramenti Eucharistiæ partib. vnâ: denique ex pane,  
re creata, Deum creatorem fecit, & sedentem in cœlis,  
adorandum in aris proposuit. Quæ si quis sanus aliter  
se habere, id est si cum Apostolis dicat: obediendum est  
potius Deo, quàm hominibus. Et. Vbi est peccatorum  
remissio, non est amplius oblatio pro peccato. Item.  
Christus est Noui Testamenti mediator, semperque vi-  
uit, vt interpellet pro nobis. Idem. Per ipsum habemus  
aditum in vno Spiritu ad Patrem, ac ipse de se. Nemo  
venit ad Patrem nisi per me. Et rursus Apostolus ad  
omnes Corinthios. Ego accepi à Domino, quod & tra-  
didit

*oqua l. y. tra  
h. p. 10. p. 10*

*ad H. 10. 10*

didi vobis. quisquis ederet panem hunc, aut biberit hoc  
 poculū Domini indignè. Et. presbyteros precor, pascite  
 Dei gregē, nō vt dominātes cleris, ad hoc. Si surrexistis  
 cū Christo, superna querite, vbi Christus est ad dexteram  
 Dei sedēs. Si qs in quā ihs alijsq̄ similibus argumētis, fal-  
 sū refutet, & verū asserat, continuō hæretici cognomen  
 habebit. Quibus de rebus tu adeo fusē, ac luculentē dis-  
 seris, vt nūi diuina vindicta, istorum quibus cum depu-  
 gnas, clausisset animi oculos: facile tibi victori manus  
 essent daturi. Attamen spero non paucos alios eiusmodi  
 futuros, qui ex te ea vel libenter discant, quæ antea  
 ignorabant: vel in cognitis, non mediocriter confirmē-  
 tur. Cognouit hoc iam ante, meus doctorumque viro-  
 rum mæcenas & fautor liberalissimus, Senator Litua-  
 nię Illustris: D. Io: Hlebowicz Baro Dambrownēsis,  
 Zaslauia Iliæque Dominus. quare nullis impentis par-  
 cere statuit, dummodò hæc tua, in communem Ecclesie  
 Christi vtilitatem, typis in lucem proferantur. Id quod  
 te scire volui, vt & in posterum speres, non defuturum  
 veritati patronum. Et si ego, vt fatear ingenuè, prorsus  
 nescio, quis sit huius nostrę litis cum Pontificijs, line iu-  
 dice finis, quam nec sola per se, mea opinione, dirimunt  
 Biblia, propterea quòd de locis quibusdam eius intelli-  
 gendis, sit magna nostrī certaminis pars: neque ipsi pa-  
 tres, quorum aliqui nobiscum, aliqui autem, præsertim  
 posteriores, cum aduersarijs faciunt. Ecclesie etiam, que  
 sunt hodie extra Europam omnes, si quis legat Histori-  
 as, non parum impuritatis, tanto sæculorum spatio cō-  
 traxerunt. Itaque sicut illud schisma inter Israelitas,

*Castellanus Mij*

*H. Libanini  
nulli missi  
facti*

*3*

*De lorig in Gij  
lips m...  
cactali...  
Cato... M. En...*

Epistola


Tyras
 vsque ad interitum partis alterius durauit: ita & hoc nostrum durabit; donec Turce Assyriorum, vt nos sumus Iudeorum successores, ad componendos litigantes, fallus sim vates: propius accesserint. quos iam a nobis solus Tyras seu Niesfer fluuius, limes Valachie: ab Germanis autem, fines tantum Hungarici discriminant. Quod schisma vitari omnino potuit, si Romanus Roboram, patribus nostris iustissima flagitantibus, obsecutus fuisset: & de seruitute ipsorum aliquid deminuisset. Cum igitur graues ob causas, ad illam vocem diuinam, Exite Babylone popule mi, ne participes sitis peccatorum plagarumque eius, a Pontificis defecerimus: nec eos potestea meliores factos esse, corrigiue velle videamus: negligendos potius ac missos faciendos, quam vllis asperioribus dictis irritandos censerem. Idque ideo magis, quod de similibus olim Christus, id consilij suis dederit: Sinite eos, cæci sunt cæcorum duces: quodque etiam nunc, vt alia multa veteris ræderis, ita illud impleri oporteat: Si fuerit, inquit, numerus filiorum Israël, vt arena maris, reliquie seruabuntur. Excreuit iam in immensum numerus, eiusdem Zeli Catholicorum, vt se ipsi vocant, cuius illi erant Iudæi, cum quibus Christo discipulisque ipsius, magna fuerunt certamina. Ex quibus quam pauci eius veritatis, quæ illuxit hodie, capiuntur amore, non ignoras. Cæteris, quorum animi, luce hac induruerunt cælesti, vt solet lutum sole, ipsissima veritas, hæresis, error, blasphemia est. Quorum tu ô Christe quemadmodum olim Pauli, & aliorum, infano amore inanium sacrificiorum ardentium, miserere. Hac ego paucis ad te amicum. que vt in meliorem partem
 S



Ioan : Lasi.

sem accipias, etiam atque etiam oro. Viue diu foelix, vt  
tua meretur virtus, & Iacobo Germano tuo, atque ge-  
nero Thomę Ostrouio, viris grauisſimis ex me salu-  
tem. Vilmę anno 1 5 8 3. exeunte. cuius anni æstate  
præterita, Ieremias patriarcha Constantinopolitanus,  
Ruffos Lituaniam incolentes, patriarchæ Ro-  
mani, tēpora diuinitus ordinata mutan-  
tis, ſequi vetuit inſtitutum.

*Ioan Lasi  
patriarchæ Ro-  
mani inſtitutum*



CONTRA HEPTASTYLV<sup>m</sup> RESPON<sup>sum</sup> A<sup>u</sup>  
STYLV<sup>m</sup>, SIVE COLUMNAS

SEPTEM PETRI SCARGAE LOIOLITAE, quibus ille veritatem doctrine Apostolicę, veteris  
que Sanctę Ecclesię, de Sacramento Cęnę Do-  
mini euertere studet.



Vandoquidem te, Petre Scarga, ~~necte~~  
det, nec pudet toties viam veritatis op-  
pugnare, meq; qui patrocinium eius con-  
tra te, ac vniuersam sectam tuam susce-  
pi, petulantibus tuis conuicijs incessere:  
tanto minus laboris mei me pænitere debet, quem in  
hoc sumpsi, vt doctrina Christi figmentis vestris obscu-  
rata, in lucem veritatis producat, & ab his sordibus,  
quibus tu eam inquinare studes, repurgata conspiciat-  
tur. Miror tamen quid tibi venerit in mentem, eandem  
cantilenam toties occinere, & quę millies iam abs te di-  
cta sunt, non sine magno fastidio repetere. Sed quid  
faceret ociosus & errabundus Monachus? qui cum ni-  
hil habeat quod agat, in hoc solum faginatur, vt publi-  
cam simul & priuatam hominum trāquillitatem turbet,  
ac pro aris & focis istis suis, quos ex mendacijs stolidi  
hominum credulitate constructos habent, acriter depu-  
gnet. Sacrificium enim Missę istis est, quod illis lar-  
gam panis ac vini copiam suppeditat, quod illis multas  
pecudes ac victimas offert, quod toties venditum, ma-  
ius subinde pretium auget, ac in dies in opulentam  
multarum villarum possessionem inducit. Iste sunt ni-

Scarga no pndet  
opugnare via veri-  
tatis

Scarga pndet et  
errabundus Monachus

Missæ Sacer-  
dotū penus.

nimirum  
Septem  
ut

mirificat, in columnę, quas magno conatu Scarga exalatum Missę illis superstruat.

Non potest enim ruere Missa, quin subito totus Monachorum grex, & vniuersus cleri papalis ordo corruat. Nam vbiuncę in orbe Christiano exulat Missa, non tot lurconum, comedonum, & inutilium ventrium ociosa volitant examina. Quia ergo omnium fortunarum suarum Scarga extimescit panoethriam, aliquam habet forsitan excusationem, quod quę iam antea pro Missa sua decatauerat, nunc eandē denuo ad rauium vsq; declamitet. Sed ne videatur tamen tædiose garrulus, dum toties eadem tanquam coccyx inculcat; alij hominum generi ea se scribere dicit: vtpote quę Latino olim sermone contra me ediderat in lucem, nunc vernacula lingua, propter captum popularem eadem se repetere profiteatur. Verum lingue latinę in gente nostra, tam creber vsus est, vt paucissimi sint futuri, Polonici scripti tui lectores, qui eadem Latina legentes intelligere nō possint. Atq; vt non omnes intelligāt, nihil attinebat iudicia requirere multitudinis imperitę, in ea causa quā iam antea iudicijs doctorum hominum te approbasse confidebas. Aliam igitur suspicor ego subesse rationem, quę te ad scribendum impulit, scōmatum nimirum, ac dicacitaris effusa licentia, qua tu plurimum gaudes, & risum subinde rudi popello excitare studes, vt quia in lingua Latina non perinde sc̄elix es, in sermone vulgari latissimum iocandi campum haberes. Totum enim libellum tuum non argumentis, sed facetijs & ridiculis similitudinibus ex triuio arreptis referisti: vt non tam grauis Theologus, quā facetus histrio videri volueris. Sed quęcunq; tamen causa fuerit, quę te ad scribendum

Quam ob causam Scarga polonice scribit.

Scarga facetus histrio.

benedum incitauit, nihil moror, me quidem respondere tibi non pigebit, & ea quidem qua cœpi lingua, vt non solum in gente nostra, sed in alijs etiam orbis Christiani partibus, magna quædã tua, totiusq; ordinis tui, in frivolis spargendis nugis vanitas appareat, & in oppugnanda vera doctrina Christi, cœca quædam obstinatio.

Ac primum quidem quæ de vera corporis Christi præsentia, in Sacra cœna ego scripseram, summę cuiusdam vanitatis me accusat Scarga, qui quidem veram Christi carnem, ita in Sacramento omnibus fidelibus ab ipso exhiberi Christo perhibeam, vt quod ad præsentia corporalis pertinet situm, non alibi tamen humanam Christi carnem, quàm in cœlo quærendam profitear. Hoc perinde enim accipiendum esse docet Scarga, ac si quis cœnatum quempiam inuitet, & phasianos in mensa se appositurum promittat: nihil aliud tamẽ quàm caules apponat, ad phasianos autem in regali mēsa quærendos inuitatum ableget. Mirum autem quantopere hic Scarga triumphet, & tanquam in similitudine acutẽ excogitata, vehemẽter gaudeat, impostorem me ac deceptorem esse clamitans, qui quidem aliud verbis promittam, & aliud re ipsa exhibeam. At verò, Petre, aded nihil simile producis, vt Sacram Christi carnem, & Spirituale fidelis animę epulum, cum profana cœna, & quæ solum pascit ventrem imprudenter confundens, hominem te prophanum, & mysteriorum Dei penitus ignarum demonstras. In Sacramentis enim, aliud videtur, vt Augustinus inquit, & aliud intelligitur. In vulgari autem cœna, non vult in caulibus phasianum venter intelligi: sed phasianum reuera apponi sibi possulat. Quamuis ne ego quidem aliam quandam escam

Scarga Vanitatis accusat.

In Eucharistia aliud videtur, & aliud intelligitur.

*zealiter xij  
sicut in cena*

in cœna Domini, pro corpore Christi apponi doceo: Quam verū Christi corpus, realiter in ipsa exhiberi omnibus sanctis ostendo. Sed hoc te semper fallit, quod tu dentes & fauces ad comedendam Christi carnem, rudis rerum diuinarum Capernaïta, afferri oportere putas: nos autem ex scripturis edocti Sanctis, & ab ipso verborum suorum interprete Christo, consentientibus etiam veteris Ecclesię testimonijs, non aliud instrumentum quo percipiatur Christus, quam fidem & mentem afferendam esse, vere profiteamur. Nam qui cibi consueto & naturali edendi more percipiuntur, illorum sane presentia corporalis ad ventrem implendum, & reficiendas corporis humani vires necessario requiritur. Qui autem cibus sola fide & animo percipitur, ad eam corporalem illius presentiam fides non requirit, vt quocumq; loci interuallo res ipsa disita credatur, vere tamen fidei præsens exhibeatur.

Vis fidel, quæ  
sola Corpus  
Christi man-  
ducatur.

Fides enim Apostolo teste præstat, vt extent quæ sperantur, & demonstrat quæ non videntur: & quæ Christi participes nos facit, in illaq; cœlesti requie collocat, tametsi procul adhuc ab ea exulemus. Paulus quidem Apostolus, patres nostros disertè prædicat, eandem escam comedisse, & eundem potum spirituales bibisse, quem nos in sacra percipimus cœna, tametsi caro Christi, nondum tum in rerum natura fuerit, tempore suo demum patefacienda: Sed Scarga spiritui Sancto, & doctrinæ Apostolicæ repugnans, dari omnino non posse, quæ non extant, contendit, vt nisi caro Christi realiter in cœna adlit, secundum eum corporalis presentię, quem ipse fingit modum, nuda omnino & inania symbola à sumentibus percipi dicat. Absurdum enim illi videtur

videtur, & quod contradictionem implicet, in sacra qui-  
dem Domini cœna, quæ non in cœlo, sed in terra pera-  
gitur, diuinum Christi corpus ad manducandum pro-  
poni, & in cœlesti tamen sacrario manducationem illam  
perfici. Verùm absurditas ista non aliunde illi nasci-  
tur, nisi quod modum carnalis, & spiritualis præsentia  
non discernit, quæ quidem corpori Christi vtracq̃, sic tri-  
bui ostenditur, vt altera alteram minimè perimat, neq̃  
contradictionem vllam inferat. Nam quod ad corpo-  
ralis præsentia pertinet situm, ita quidem corpus Chri-  
sti in cœlo contineri fides Catholica agnoscit, vt quod  
ad spiritus Sancti efficaciam spectat, illius virtute im-  
mensa id fieri vere profiteamur, vt carnem Christi om-  
nibus fidelibus communicet, iusticiaq̃ ac sanctitatis, qua  
Christi caro perfusa est, illos participes, ideoq̃ vitæ æ-  
ternæ cohæredes efficiat. Cuius quidem vnionis &  
coniunctionis vim, quæ inter Christum & Ecclesiam in-  
tercedit, si Scarga percipere non potest, minimè miror,  
quando Apostolus magnum id mysterium esse prædi-  
cat: & quod magis optandum est, vt omnes p̃ij ac san-  
cti in animo sentiant, quam vt intelligere vel verbis ex-  
plicare possint.

Certè qui tantæ Christi gratiæ & bonitatis aliquem  
gustum sentiunt, non ita animo fluctuant, vt dubitēt in  
sacris mysterijs id re ipsa exhiberi, quod tamen ex cœ-  
lesti illo dimicillio, hauriendum esse sibi persuadent;  
Chrysofomus quidem, multum Scargæ dissimilis, re-  
ctè vtracq̃ conuenire docet, vt simul ac vno eodemque  
tempore, & in terra, & in cœlo, eandem peragi cœ-  
nam ostendat. Nam symbola quidem externa in terra  
porrigi, & manducanda exhiberi: carnem verò ipsam

Abstrudū Scar-  
gæ videtur.

Spiritus S.  
facit fideles,  
corporis Chri-  
sti participes.

Cœna Domi-  
ni eodem tem-  
pore, & in cœ-  
lo & in terra  
peragitur.

Christi, ex mēsa illa cœlesti percipiendam offerri tradit. Vnde aquilarum, non graculorum cibum hunc esse apostolite docet, vt nimirum illis alte subuolandum esse, & animo ac fide in cœlos ipsos penetrandum demonstrat, qui diuini huius & cœlestis cibi participes esse velint. Cui & Augustinus suffragatur, mysterium hoc peragi per hominem dicens, sed diuinitus, in terra, sed cœlitus. Quo magis admiror magnam quandam Scarge imprudentiam, siue potius obstinatam malitiam, qui cum hæc in antiquis illis, & sanctis scriptoribus legat, nobis tamen quasi nouæ cuiusdam sententiæ authoribus, tam acriter & cum ludibrijs insultet. Atq; vt nihil omnino

Qualem Iesu-  
itę Christi præ-  
sentiam in E-  
ucharistia sta-  
tuunt.

de ea carnis Christi præsentia, quam solam tamen, mens hominis p̄i in sacra illa cœna apprehēdit, sentire videtur: non aliam ille præsentiam Christi in Sacramento statuit, nisi quæ tum fuit, cum inter Iudæos eum lapidare volentes oculatauit se, & exiuit è templo: aut cum præcipitandus de monte, transisset per medium hostium suorum: vel cum duobus illis discipulis in Emaus proficiscentibus, inconspicuum se reddidit, postquam ab illis cognitus fuisset. Nam sicut tum inquit, vere præfens fuit, sed inuisibilis, ita & nunc veram carnis eius præsentiam in Sacramento habemus, sed inuisibilem, vtpote velatam specie panis. Agnosce, chare lector, crassam quandam Romanę curię Theologiam, & adeo religioni Christianę repugnantem, vt simul & veritatem scripturę Sãctę aboleat, & totum beneficium Christi, quod ex mortis eius sacrificio in Ecclesiam redūdat, ex animis hominum expungat. Nam quod isti Christum secundum carnem, non minus nunc præsentem fingunt, quam tum fuit, cum in terris versaretur, in eo quidem scripturę sanctę impudenter obloquuntur, quę

passim

passim testatur, ita Christum in carne sua in cœlum cōscendisse, vt inde non esse reuersurum vsq; ad tempora restitutionis omnium, & donec vniuersum orbem iudicaturus veniat, aperte denunciet.

Quam certam fidei confessionem, adeò firmiter sancta illa & vetus Ecclesia tenuit, vt Augustinus ex eius sensu loquens, & cum scripturis consentiens, Christum quidem secundum præsentiam maiestatis semper nobiscum esse, secundum verò corporis præsentiam in cœlum ascendisse, & non hic esse, solaq; fide ab Ecclesia eum teneri, oculis non videri, diserte profiteatur. Ac profecto hæc sola præsentia carnis Christi, quæ fide tenetur, & sub oculorum aspectum non cadit, vniuersæ Ecclesiæ Christi utilis & necessaria est, vt per quam in vnū corpus nobiscum Christus coalescit, & facit, vt nos in eo maneamus, illeq; maneat in nobis: ideoq; mortis & inferni victores efficiat, & cœlestis illius, ac immortalis vitæ secum consortes reddat. Quam quidem corporis Christi præsentiam, dum Scarga non agnoscit, solatq; illam imaginatur, secundum quam siue visibiliter siue inuisibiliter Christus cum Iudæis conuersabatur, vide obsecro, quidnam sibi reliquum ad obtinendam salutem miser homo fecerit. Nam illa carnis Christi præsentia, adeò nihil Iudæis profuit, vt quia in incredulitate permanserunt, neq; Christo cordis ostium aperuerunt, se mortis, inferni, & sathangæ mancipia effecerint. Indè verò facile quisq; animaduertere potest, quidnam Romanenses isti theologastri Christo tribuant, aut quam honorificè de virtute potentiaq; eius in saluandis hominibus sentiant, qui tali Christi præsentie, secundum quam in fidelibus habitat, vt ex eo æternæ vitæ succus, in omnia cor-

Fides veteris Ecclesiæ de Christi præsentia.

Corporalis Christi præsentia Iudæis inuitis fuit.



n̄ia corporis eius membra defluat, nullum locum relinquunt. Et sanè quidquid tandem isti prætexant, nihil aliud Christo vindicare videntur, nisi quod eum doctorem quendam Mosi similem constituunt, vt præcepta legis ex præscripto illius seruantes, vitam æternam, proprijs meritam operibus tandem consequantur.

Antichristus  
regnum Christi  
sustulit.

Sic nimirum Antichristus Christi Regnum sustulit, & aliã salutis acquirendę viam comminiscens, ab ipsoq; fonte vitę Christo populum auertens, magnam quandam ruinam in Ecclesia edidit. Ne tamen apertus Christi hostis videretur, fucatam quandam & eminentam colēdi Christi rationem adinuenit, vt in panis ergastulum scilicet inclusum populo vendicaret, & adorandum prostitueret. At verò Christus, non in pane, sed in cordibus fidelium se habiturum, promiserat, vt ad quos vna cum patre se vēturum, mansionemq; apud eos facturum recepisset. Quanta ergo stulticia & impietas ista est, nullum habitationis locum in cordibus piorum Christo tribuere, in pane autem, vel accidentibus panis, vt isti vociferantur, domicilium illi figere? Sacramenta enim non in hunc finem à Domino sunt instituta, vt Christum realiter in se continerent: sed vt de certa nobis illius donatione constaret, tanquam visibilia sigilla donationis nobis factę existerent. Quę quidē donatio ita perficitur, vt quod ad loci pertinet intervallum, sint signa cum rebus ipsis inter se disiuncta. Nam Sacramēta quidem manibus hominum porriguntur, res verò sacramentorum virtute Spiritus sancti, fidelibus communicantur. Nec verò Christus, ipse manibus suis corporis sui Sacramentum discipulis porrigens, seipsum abdidit, & intra panis accidentia occultauit:

Sacramenta  
non continent  
in se Christū.

tauit : & verè tamen nulla loci mutatione facta, sese ip-  
 sis participandum exhibuit. Quod Christum tamen  
 facere omnino oportebat, si quid vano & putido Scar-  
 ge figmento tribuendum esset, qui non aliter Christum  
 in sacramento offerri posse comminiscitur, nisi realiter  
 præsens sub specie panis occultetur.

Verùm vt similitudine aliqua, stoliditatem  
 hominis coarguam, quando & ipse similitudinibus im-  
 pense gaudet, producam aliquod familiare exemplum  
 à rebus humanis sumptum, quod aliquo modo sacramen-  
 torum instituto respondeat. Audiui non ita pridem,  
 Petro huic Scarge, ac vniuersè illius societati, quæ Vil-  
 ne sedem suam fixit, opulentum quoddam prædium à  
 Rege donatum, & ad obsequendam donationis fidem,  
 Regium diploma illis esse concessum. Hic quæro ex te  
 Scarga, an quia diploma Principis asseruas, vt quouis  
 tempore donationem tibi verè factam approbare pos-  
 sis, ideo prædium illud in diplomate, nullis locorum spa-  
 cijs determinatum, realiter contineri putas? Non pu-  
 to ita amentem te, vt id dicas, futurum. Nam diploma  
 quidem in cista diligenter asseruas, ex prædio autem  
 quod largam rerum omnium copiam tibi suppeditat, ci-  
 bo ac potu cum socijs tuis hilariter te reficis. Non dis-  
 similè & Sacramenta diuinitus instituta, si modo rerum  
 humanarum cum rebus sacris aliqua fieri potest com-  
 paratio, habent rationem. Nam signa ab ipsijs rebus,  
 locorum spatijs ita sunt disiuncta, vt non fallaciter ta-  
 men res ipsas adumbrent, sed reuera fidelibus omnibus  
 participandas demonstrent. Sed Scarga quia de ven-  
 tre, cum socijs suis implendo sollicitus est, non patitur  
 prædium in diplomate occultari, carnem autem Christi,

Iesuitæ Vil-  
 nenses prædio  
 ab Rege do-  
 nati.

quæ solam pascit mentem, & ad carnis nihil facit delictas, facile delitescere sinit.

Itaque quod caro Christi, sub accidentibus panis occultata delitescat, octo probationes ad commentum hoc stabiliendum afferre se dicit.

**Scarga 8. modis probat corpus Christi in accidentibus panis latere.**

Ac primum quidem infallibilem omnino Dei veritatem affirmat esse: ideoque verè non fallaciter Christum carnem suam manducandam discipulis dedisse, quandoquidem id quod eis obtulit, corpus suum esse testatus sit.

At verò nemo nostrum Petre negat, veram Christi carnem ad manducandum, & sanguinem ad bibendum discipulis, & tum data à Christo, & nunc omnibus dari fidelibusque quotiescunque sacrum cœnæ Domini peragitur mysterium. Atque adeo non negamus, ut nisi quis manducauerit carnem Christi, & biberit sanguinem eius, ab omni spe vite æternæ alienum omnino profiteamur. Nec verò tu hoc probandum susceperas, de quo tibi nullam mouemus litem; sed id quod tu confessus sumis, & nos negamus, quod nimirum corpus Christi sub accidentibus panis realiter existens occultetur, & sic comedentibus exhibeatur.

**Christus se in illa cœna nimirum intra panem abdidit.**

Nec enim Christus in prima illa sua cœna seipsum occultauit, aut intra Panem abdidit, & veraciter tamen se manducandum Apostolis exhibuit. Quod si tum præstare potuit, ne hodie quidem id eum facere posse diffitemur, quando vna eademque hæc omnibus ætatibus, ab eo instituta, nec primè illi dissimilis peragitur cœna. Restat ergo Petre, ut verba Christi in eo sensu, quem scriptura sancta tradit, & quem prima illa & Apostolica tuetur Ecclesia, ab omnibus nobis recipiantur. Docet autem Apostolus Paulus, verborum Christi fidelissimus interpretes, panem in illa cœna frangi panem manducari, & nihilominus verum Christi corpus manducantibus communicari.

municiari. Nec aliud Sacramentorum postulat natura, nisi vt per hæc terrena & visibilia symbola, res ipsas cœlestes ac Spirituales non tantum figurari, sed reuera etiam exhiberi ostendât. Ac propter certam & infallibilem, rerum diuinarum exhibitionem, appositè hæc visibilia signa, rerum ipsarum accipiunt nomina. Ita nimirum circūcisio in scriptura dicitur fœdus, agnus vocatur transitus, petra Christus, panis corpus Christi, & vinum sanguis illius. Nec verò hæc Zuingliana, aut Calviniana, sicuti tu improbè calumniaris, doctrina est, sed vera & genuina scripturæ sanctæ interpretatio, testimonio veteris etiam illius Ecclesiæ comprobata. Nam Augustinus Epistola xxij ad Bonifacium, Sacramenta docet, propter similitudinem rerum, quarum sunt sacramenta, nomina ipsarum accipere rerum. vt nimirum sacramentum corporis Christi, sit corpus Christi, Sacramentum sanguinis Christi, sit sanguis Christi.

Sepe signa rerum nomina accipiunt.

Vide ergo Petre, quam sit falsa illa verborum Christi interpretatio, qua homines fanatici, propter mutationem substatię panis, in substantiam corporis Christi, ipsum reale corpus Christi, & manibus Sacerdotum contrectari, ac frangi, & dentibus atteri non minus stultè, quam impiè docuerunt. Nec verò nos, quod toties falsò nobis obiicis, sed tu cum infelicibus illis tuis progenitoribus, hæreticæ ac nouæ opinionis in Ecclesia defensionem suscipis, & degener sanctorum Patrum filius, inani titulo ac larua vetustatis teipsum exornas.

De secunda tua probatione nihil habeo quod dicam, nisi quod verissimum id quidem, quod tu asseris agnosco, sed, ad propositum tuum nihil facere video.

2. Scargano probatio.

Ostendis enim insignem amoris Christi erga nos significationem, qui propria sua carne, ac proprio suo sanguine nos pascere voluit, ut vite æternæ nos participes faceret: sed minimè hac sententiâ probas, idèò Christum in accidētibus panis latere, ut veram corporis sui communicationem nobis exhibere possit. Nam sicut tum, cum in cœna sacra à se instituta, veraciter carnem suam discipulis manducandam tradidit, eam tamen minimè in accidentibus panis occultavit: ita & nunc minimè eam occultat, sed verè in cœlis existens, viuificam sanctissimi corporis sui vim, in omnia corporis sui membra diffundit, ut quicumq; per fidem tãti huius boni, ac cœlestis illius cibi participes fiunt, vitam illam æternam intrepidè expectent. In tertiâ probatione multis exemplis omnipotentiam DEI Scarga commendauit.

9. Probatio  
à diuina om-  
nipotentia.

Qui quidem Deus contra naturæ cursum multa subinde operatus est, & nunc etiam operatur, ac proinde quidquid facere velit, id illi omnino impossibile non esse. Ita verò cum hac voluntas eius fuerit, ut nos corpore suo pasceret, non debere absurdum rationi humanæ videri, id eum præstare posse, ut quamuis in cœlo contineatur, nec in terram descendat, vere tamen carne sua nos pascat. Utinam quidem Petre, verè & ex animo istud diceres, & quod ore promissis, id in pectore contineres, nulla iam nobis tecum restaret pugna, totaq; de hoc fidei nostræ articulo controuersia sedata, nos concordēs efficeret. Quid enim aliud nos & voce & scriptis profiteremur, imo quid aliud nos scriptura docet sancta, nisi quod Christus verè in cœlum ascenderit, & eam virtutis suæ potentiam, in fouendis, & ad vitam illam immortalem vegetandis suis exerit, ut tantum loci spatium, quo se ab oculis nostris præsentia carnis suæ subduxit, minimè impediât, quin carnis suæ, quicumq; eum sincera fide amplectuntur, omnes ex æquo participes faciat. Hoc enim nullo carnis sensu

Fides Euan-  
gelicorum.

ſeſu apprehēdere poſſumus, nulla rationis vi indagare, nulla ſermonis noſtri facultate exprimere, ſed myſterium cum diuo Apoſtolo admirantes magnum, Deo ipſi dicenti credimus, & verè id eum præſtare, quod promittit, non diffitemur.

Verum diſpar fidei noſtrę, tuęq; opinionis, Petre, inde oſtenditur ratio, quod tu eadem carnis præſentia, quę in cœlo eſt, in Sacramēto Chriſtum cōtineri putas: & quod naturaliter carnem eius manducari, ita vt reliqui omnes percipiuntur cibi, perhibes. Hęc enim falſiſſima eſſe, & ſcriptura ſancta teſtatur, & Chriſtus ipſe verborum ſuorum optimus interpres oſtendit. Nam quod ſecundum carnis præſentiam, non alibi ſit, quàm in cœlo, id plurimis teſtimonijs, ſacrę literę demonſtrāt, & quod nō carnaliter, ſed ſpiritualiter, hoc eſt ſolo Spiritu & fide caro eius manducetur, Chriſtus ipſe in conſatione illa, quam habuit ad Capernaïtas Ioan: Cap. 6. a pertè docet. Quia enim Capernaïtę, naturalem carnis Capernaïtę. eius manducationem ſomniabant, ideoq; ſermonē Chriſti, tanquam durum auerſabantur, ſtolidam illorum opinionem Chriſtus redarguit, dum verba ſua Spiritum & vitam eſſe teſtatur, ſeq; in cœlum, vnde venerat, aſcenſurum dicit, vt ab omni oris & dentium laniatu corpus ſuum immune futurum oſtendat. Illi, inquit Auguſtinus, putabant eum erogaturum corpus ſuum; ille verò dixit ſe aſcenſurum, vtiq; integrum in cœlum. Quid ſi videritis, inquit, filium hominis aſcendentem, vbi fuit prius? tunc certè intelligetis, quod gratia eius non conſumitur morſibus. Sacramentum aliquod inſtituit vobis, quod ſpiritualiter intellectum viuificabit vos.

Ex quibus quidem Auguſtini verbis, liquidò cuius con-

stare potest, quàm toto cœlo erret miser Scarga, qui erori suo piam illam vetustatem patrocinari putat: & quàm iniquè ac fallaciter nos, noui cuiusdam erroris, in Ecclesia labe aspergit. Nihil enim aliud sentimus, nisi quod Spiritus Sanctus in scripturis suis nos docuit, & quod Sancta illa & vetus Ecclesia, antequam impurus ille porcus sordidis eam pedibus conculcasset, credidit.

Papa Porcus  
Ecclesie.

Corporalis  
Christi presen-  
tia nõ est Ec-  
clesie necessa-  
ria.

Nec verò de diuina virtute Christi, vt calumniatur Scarga, quidquam detrahimus, dum eam non ad quæuis humana commenta, sed ad solam ipsius voluntatem restringimus. Possent quidem Christus facere, vt caro eius tam in cœlo, quàm in terra vbiq; esset presens: sed quia æterno Dei decreto ita semel statutum est, vt homini per omnia similis, excepto peccato fieret, nefas omnino esse ducimus, carnem eius humanam per omnes mundi plagas, distendere: & dum de voluntate eius certo nobis constat, de potentia curiosè inquirere. Nec verò talem illius presentiam Ecclesie necessariam statuimus, quando ille omnino expedire nobis testatus est, vt abiret ad patrem, spiritumq; suum nobis mitteret, cuius nexu nos cum illo suo corpore viuifico, & totius vite fonte colligaret. Per hoc enim, Apostolo teste, scimus, Christum habitare in nobis, quia spiritum suum sanctum dedit nobis. Ac profecto tanto illustrius diuina Christi potentia inde elucescit, quod cum carnem suam in cœlum subduxerit, vt secundum eam, Augustino teste, non sit vbiq; diffusus, utpote cui immortalitatem dedit, naturam non abstulit: sic tamen illam omnibus suis fidelibus communicat, vt non minus vite cœlestis, & plane immortalitatis succum ex illa percipiamus, quàm sol hic visibilis cuncta radijs suis illustrat, & calore suo vegetat.

vegetat. Scarga autem dum magnificè virtutem Christi prædicare se putat, non posse eum tamen corporis sui esum cuiquam præbere contendit, nisi eodem corpore præsentem se in Sacramento listat. Verùm hoc suo figmento, & potentiam Christi obscurat, & quantum in illo est, de sublimi illo cœlestis glorię folio eū deturbat, dum in hæc corruptibilia elementa illum reuocat. Sed nihil ille Christo indignum gloria eius tribuere se prædicat, quando nimirum ita illi vitium fuit, vt sicut in aluo virginis matris gestari, & ignominiam crucis, propter salutem nostram sustinere dignatus est: ita & in corruptibilibus his elementis contineri voluerit. Verùm multò aliter scriptura rem se habere prædicat, quæ post depositam semel illam crucis ignominiam, & omnem carnis infirmitatē, illum in dexteris maiestatis diuinę, supra omnes cœlos euectum collocat: vt in nomine eius omne genu flectatur: cœlestiū, terrestrium, & inferorum. Itaq; non benè hæc tibi temporibus diuisa sunt Daue, qui tempus illud humilitatis & glorię nō discernis: & oblitus diuinę maiestatis Christi, illum in latibula nescio quę terrena deprimis, nam quod in Missalibus vestris, inter cæteras quæstiones impias & stultas, & hanc proponere non exhorrescitis, vtrū post perceptum sacramentum, si quem vomere contingat, corpus Christi in vomitu contineatur, Deum ipsum iudicem tantę impietatis & contumelię, qua filium eius vnigenitum afficitis, vobis ferimus. Nos autem ne quid humile & abiectum de Christo sentiamus, non in terram, sed in cœlum voce diuina mentes nostras erigimus. Eademq; superna esse querenda, vbi Christus est ad dexteram Dei sedens: Et conuersationem nostram in cœlis esse testatur, vnde saluatorem expectamus, qui humile corpus nostrum, conformabit corpori suo glorioso.

Christus Scar  
 ge impotens.

Quæstio pã-  
 pistica de vo-  
 mitu.

In quarta



4. Probatio  
corporis Chri-  
sti in pane.

Sana Verborū  
Christi inter-  
pretatio.

In quarta probatione, magnum quoddam discrimen noui & veteris Testamenti Scarga statuit, ac potissimum in eo, Quod Sacramenta antiquæ legis nuda signa, rebusq; ipsis vacua demonstrare nititur. Sacramenta autem noui Testamēti, cum sint veteribus multo præstantiora, nullo pretio æstimanda in eodemq; ordine cum antiquis illis collocanda perhibet, si Christum realiter præsentem non habeant. Sed vehementer in utroq; bonus hic Theologus fallitur: & dum plus Scholasticorum placitis tribuit, quàm certis scripturæ sanctæ testimonijs, turpiter à scopo aberrat. Non minus enim veterum Sacramenta Christum fruendum, & in spiritualem animæ escam percipiendum proponebant, quam nostra proponunt. Ideoq; Apostolus Paulus, sicuti iam supra admonui, populum Israeliticum, eiusdem baptismi, & eiusdem spiritualis cibi participem facit, & communibus nobiscum beneficijs diuinis fruentem docet. Quod autem magnam diuersitatem Sacramentorum, ex dictis illis Christi Scarga ostendit, quibus patres illos, qui in deserto manna manducauerunt, mortuos asserit, eos autem, qui carnem eius manducauerint, victuros in æternum pronunciat: minimè perpendit, quo sensu hæc à Christo dicta fuerunt. Loquitur enim ad Iudæos, qui quod in manna præcipuum fuerit, & consideratione dignissimum, non attendebant, ac de solo pastu ventris solliciti, in vnico repellendæ famis remedio oculos defigebant. Quo quidem vitio, cum & patres eorum laborauerint, & in solum corporalem cibum intenti, mysterium spiritualis cibi non expendunt, mortuos idè Christus testatur, utpote quibus plus manna sapiebat in ore, quàm Christus in corde, sicut loquitur Augustinus. Nam scriptor hic antiquus & Orthodoxus, longè aliter de Sacramentis veterum sentit, quam

quàm Scarga nouus nouorum Magistrorum discipulus. Scarga haultu  
cinatur.  
 Verum vt concedamus Scargæ, veterum Sacramenta  
 rebus ipsis fuisse vacua, ac nuda signa, nostra autem v  
 nâ cum signis res ipsas habere adiunctas, miserè tamen  
 in eo hallucinatur, qui res ipsas cœlestes non aliter in  
 Sacramentis communicari posse existimat, nisi realiter  
 in ipsis conclusæ contineantur, nam & Baptisma ipsum  
 non minus nos Christi participes facit, quàm Sacramē  
 tum cœnæ Dominicæ, & tamen Scarga ipse, nullam mu  
 tationem aque, quod ad substantiam eius vltro recogno  
 scit, vt regenerationem nostri à Spiritu Christi profe  
 ctam, ab ipsa aqua, & re ipsa, & loci spatio discernere  
 cogatur. Quæ ergo istæ amentia est, non eandem le  
 gem mutue colligationis Sacramenti cum re ipsa, in al  
 tero Sacramento agnoscere, quam tamen statuas in v  
 no, nec multum ablimili Sacramento? Nam sicut aqua  
 solum corpus abluit, & interior tamen homo ad veram  
 immortalitatem regeneratur: ita & panis Sacramenti,  
 externo ore percipitur, vt interior homo ipso corpore  
 Christi ad vitam incorruptibilem pascatur. Sed Scarga  
 mutuum signorum contactum cum rebus ipsis requirit,  
 vt nisi signum in rem ipsam mutetur, aut saltem res in  
 accidentibus signi occultetur, vacua omnino signa esse  
 clamitet. Clamet sane ille quantum volet, & vel cla  
 mando rumpatur, nunquam tamen efficiet, vt pedibus  
 in sententiam hominis mendacis eamus, ac non potius  
 Deo ipsi, qui veritas est, sanctæq; illius voci pareamus.  
 In quinta probatione ex vi & natura Te  
 stamenti, duo considerata proponit, vnum quidem 5. Probatio.  
 quod sicut fœdus veteris populi cum Deo, sanguinem  
 pecudis fuerat sancitum: ita Apostolo teste, Noui Te  
 stamenti,

46297 C



testamēti fœdus, sanguine filij Dei obſignatum eſt, ideoq̃  
 neceſſario credendum eſſe, ſanguinem filij Dei ab ipſo  
 Chriſto, morte eius imminente, nobis communicatum  
 eſſe. Alterum quod ſicut teſtator, minime verbis am-  
 biguis bona hæredibus ſuis legat, ita & verba Chri-  
 ſti, abſq̃ vlllo tropo eſſe recipienda, vt non ſigna corpo-  
 ris & ſanguinis, ſed ipſum corpus & ſanguinem à Chri-  
 ſto tradita eſſe ſentiamus. Magna enim ſtoliditas, inquit, & iudifica-  
 tio teſtatoris eſſet, ſi quinq̃ millia ſcorenorum filijs legaeſſet, & in ciſta tamen non ni-  
 ſi quinq̃ crumeng vacuę eſſent. Ita non minorem Chriſto vanitatem à Zuingianis  
 tribui, qui pro eo, quod Chriſtus dixit, hoc eſt corpus meum, illi dicunt, ſignum cor-  
 poris eſſe. Nos verò, Petre, quocunq̃ tãdem nomine abs te  
 vocemur, a deò nullius vanitatis Chriſtum Dominũ inſi-  
 mulamus, vt Teſtamēto eius ſacraſſima dona, ab ipſo  
 verè nobis donata, nempe verum corpus, verumq̃ ſan-  
 guinem eius profiteamur, eoq̃ nomine nos in cõmunem  
 hæreditatis filiorum Dei ſortem admiſſos eſſe gratule-  
 mur. Sed tuam potius vanitatem, & effrenem quan-  
 dam mentiendi licentiam admiramur, qui toties falſum  
 crimen nobis obijcere non reformidas, à quo tamen nos  
 alienos eſſe, tot lucubrationes, & doctiſſima noſtrati-  
 um hominum ſcripta euidentiffimè teſtantur. Nec ve-  
 rò ideo tropum in dictis Chriſti agnoſcimus, vt de veri-  
 tate rerum à Chriſto nobis donatarum dubitemus, ſed  
 ne ſignum cum re ſignata imprudenter confundamus.  
 Neq̃ enim tam ſunt inepti hæredes, vt quia à Patre mo-  
 riante pecuniam habent legatam, nulla mentione ciſtæ  
 aut crumenæ facta, ideo nullum diſcrimen inter ciſtam  
 vel crumenam & pecuniam ſtatuant. Imo cum tu ip-  
 ſe in priore tuo cõtra me Latino ſcripto, ita verba Chri-  
 ſti explicanda ſumpſiſti, vt accidentia illa panis, & vini  
 per Metro

Cauſa tropi in  
 verbis Chriſti

per Metonimiam corpus & sanguinem dici statueres, perinde vt cista auro onusta dicitur, aurū quæ tua istæ leuitas & incogitantia est, id nobis loco criminis verte- re, quod non dubitas ipse affirmare? Sed non mirum est, homines iracundia excæcatos, & pro iudicio odium accersentes, nulla in parte sibi constare, & nunc hoc, nunc illud, prout animi tulerit impetus, temere effutire. Nam si huic propositum esset, veritatē sedulò inquirere, non odioso Zuinglianorum nomine nos oneraret, sed veteris illius & priscae in Ecclesia sententię, nos propugnatores agnosceret. Ita enim Tertullianus, ita Augustinus verba Christi explicant, vt tropicè dicta esse intelligant, multisq; similibus ex scriptura adductis exemplis, rem ipsam illustrent. Neq; tamen Augustinus idèd tropum agnoscit, vt veritatem corporis Christi in Sacramento perneget, sed ne signa pro rebus ipsis accipiantur, sedulo cauet. Carnalem enim animæ feruitutem vocat, si quis signa pro rebus ipsis accipiat, & supra corpoream creaturam, oculos mentis ad hau- riendum illud æternum lumen leuare nequeat. Non ergo nos Zuingliani, aut nouę alicuius sectę magistri, sed vos noui dogmatis defensores, & sanctę illius ve- ritatis euersores, merito reputandi estis.

Veteres tropi  
agnouerunt.

In sexta probatione, affirmat Scarga, necessitatem sa-  
tutis nostrę istud extorquere, vt verum & naturale corpus Christi manducemus, pro  
pter efficacem cum eo coniunctionem, & naturalem cum corpore eius vnionem, hanc  
autem effici posse negat, nisi caro animæ nostræ vero corpore Christi vescatur. Ac  
proinde Cyrillus Hierosolymitanus, nos fieri concorporales & consanguineos Do-  
mini docet, quod verum corpus eius manducemus: Et Ireneus membra nostra mem-  
bra esse Christi dicit, quòd naturali corpore eius vescantur.

6. Corporis  
in pane asser-  
tio.

Non repugnamus, Scarga, propter naturam nostram,  
penitus in primo parente nostro deprauatam, adèd ab

Quo Scarga  
desiderat Vc-  
lano.

omni iusticia nos excidisse, vt nisi Christo inseramur, in vnumq; corpus cum ipso coalescamus, nullam omnino spem æternæ, & immortalis illius vitæ habere possimus. Ideo enim Christus Deus factus est homo, vt quia semel per peccatum à Deo alienati, in mortis æternæ præcipitium prouimus, ille nature nostræ factus particeps, in carnis suæ communionem nos ascisceret, & vitæ æternæ succo, qui in filio Dei vero Deo tanquam fonte residet, nos perfunderet. Sed de eo nobis tecum non cõuenit, quod tu naturalem corporis Christi transitum in corpora nostra fieri debere putas: nos autem spirituales hanc vocamus vnionem, vtpote quæ sola fide, soloq; piorum animo apprehenditur: & quod virtute spiritus sancti efficitur, qui Christum de cœlo minime detrahens, illi tamen tanquam capiti corpus eius Ecclesiam ita connectit, vt ab illo solo spirituales vitam hauriat. Hanc verò Christi participationem cum passim scriptura sancta doceat, de reali autem corporis eius coalitione cum corporibus nostris taceat, merito crassam opinionem vestram repudiamus. quæ quidem cum multa secum trahit absurda, tum & spirituali vitæ & corporis Christi veritati, omnino repugnat.

7. Probatio.

In septima probatione, cum multa pueriliter ac futiliter Scarga nugatur, totam etiam simulebilem in nos effundit, vt tanquam muliercula impotens omnibus conuitijs iram suam exaturet. Ac primum, quod Christus corpus suum realiter in sacramento præsens, Ecclesie suæ reliquerit, illo dicto Christi probat. Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consumationem sæculi: Sed minor aut tam incogitantem, aut obliuiosum esse, quod alterum illud Christi dictum, illi ex animo exciderit, pauperes

peres semper habebitis vobiscum, me non semper. Ex his enim & similibus Christi dictis, apparet discrimina quædam præsentie illius contitui, vt vnã eãdemq; præsentiam eius statuere, sit hominis parum sobrii, & à sensu scripture sancte aberrantis. Itaq; vt stoliditatẽ Scargę & ignorantiam, vel potius obstinatam in repel- lenda veritatis luce malitiam coarguamus, testimonio Diui Augustini, quamuis iam antea citato ipsum cõuin- cemus. Scribit autem in hæc verba Augustinus: Quum diceret Christus, me non semper habebitis vobiscum, loquebatur de præsentia corporis. Nam secundũ Ma- iestatem suam, secundum prouidentiam, secundum in- effabilem & inuisibilem gratiam, impletur, quod ab eo dictum, ecce ego vobiscum sum vsq; ad cõsumptionẽ sæculi, secundum carnem verò, quam verbum assum- pfit, secundum id, quod de virgine natus est, secundum id, quod à Iudæis comprehensus est, quod ligno cõfixus, quod de cruce depositus, quod linteis inuolutus, quod in sepulchro conditus, quod in resurrectione manifesta- tus est, non semper habebitis me vobiscum: Quare? Quoniam conuersatus est secundum corporis præsentiam, quadraginta diebus cum discipulis suis, & dedu- centibus eis videndo, non sequendo ascendit, non est, hic. Ibi enim sedet ad dexteram patris. Et tamen hic est, quia non recessit præsentia maiestatis. Aliter se- cundum præsentiam maiestatis, semper habemus Chri- stum, secundum præsentiam carnis recte dictum est, me autem non semper habebitis. Habuit enim Ecclesia secundum præsentiam carnis paucis diebus, modo fide tenet, oculis non videt. ¶ Ex hac verò fidelissima & ge- nuina Augustini verbõrum Christi interpretatione, que

Quomodo  
Christus est  
nobiscũ & a-  
best à nobis.

utilitates ascē  
sionis Christi  
in caelos.

tibi Petre non debebat esse ignota, facile discere poteras, quàm vana & fallax sit tua opinio, in astruenda corporali Christi præsentia, postquam ille semel terras dereliquit, nec deinde patefaciendum in corpore suo, nisi ad vltimum illum iudicij diem, vniuersa scriptura sancta testatur. Neq; tamen Ecclesiam dereliquit, quando præsentia maiestatis & prouidentie sue cuncta gubernat, ineffabiliq; & inuisibili gratia, omnia corporis sui membra vegetat, ac per spiritum sanctum suum in beatam illam & immortalem vitam regenerat. Ascendit inquit Apostolus supra omnes caelos, vt impleret omnia. Dedit igitur ipse alios quidē Apostolos, alios vero Prophetas, alios autem Euangelistas, alios autem pastores & Doctores, ad coagmentationem sanctorum, ad opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi, donec euadamus omnes in vnitatem fidei, & agnitionem filij Dei, in virum perfectum, ad mensuram, staturæ aucti Christi.

En quantam vtilitatem ex ascensu Christi in caelos, ad totam Ecclesiam promanare dicit Apostolus, vt quia superatis omnibus hostibus, potenter in caelis regnat, idē virtute diuina sua maximis quibuscq; beneficijs, omnes suos fideles afficiat. Nulla ergo causa est, cur nunc præsentiam eius corporalem requiramus, quādo absentiam sui, quo ad corpus, tot donis suis compensauit, vt ad consequendam summę illius felicitatis vitam, quę demum patefiet in caelis, cuncta nobis traderit. Verum Scarga ad immensa hæc Christi beneficia cæcutiens, præsentiam etiam nunc carnalem Christi requirit, meq; qui non necessariam ex scripturis sanctis ostendo, odij cuiusdam in Christum iniquè accusat.

Nam

Nam qui, inquit, Christum diligunt, corporalem Christi presentiam poscunt. Ita nimirum Petrus expetiuit à Christo in aqua inambulante, ut ipsum ad se ire permetteret, nihil de periculo suo sollicitus, dum modò presentis conspectu frueretur. Ita Maria Magdalena flēs, consolationem Angelorum de Christo viuente & regnante, non admittit, sed presentem conspicari desiderat. Ita Magi, ita Simeon, Christum videre exposcunt, cum tamē fide & corde, cultuq; interiori, non requisito presentis conspectu, ipsum honorare potuissent. Ita & Christus beatos pronūciat discipulos, quorum oculi ea viderint, quę multi prophete & reges cupiuerunt videre, nec viderunt. Ita & Iacob Iosephum in Aegypto regnantem videre exposcit, & postquam eum cōtemplatus est, in collū eius proruit, & lacrimis brachia eius perfundens, se nunc demum cum gaudio moriturū pronūciat.

De presentia  
corporali.

Ac deinde ita concludit Scarga. Si mente, & fide, inquit ad Christum in cælo regnantem subuolandum sit, ut loquuntur Zuingliani, & nisi hic Christum amplectamur, presentemq; in terris habeamus, exiguam nostram fore lætitiā, exiguumq; solatium. Ac quo suauis etiam delirantē hominem agnoscas, hoc se exemplo sententiam suam approbare putat. Si Volanus, inquit, vxori suę aut liberis dicat sufficit mihi, quod de salute ac fœlicitate vestra audiam, presentiam vestri non requiro, statim illi dicturi sunt, ne tantillum quidem nos amat. Ita & Zuingliani cum dicunt, non necessariam presentiam corporalem Christi nobis esse ducimus, dum spiritualiter illo vescamur, magnum argumentum exhibent, quod Christum Dominum non ament.

Hęc quidem Scarge sunt argumenta: sed tam friuola & nugãtia, ut non magnopere de eis refellendis sit nobis laborandum, cum vel à pueris ipsis eorum vanitas deprehendi possit. Ac semper ego quidem Scargam, non magno pollere iudicio animaduerti, ut tamen in rebus planis ac perspicuis, tam fædè cæcutiret, nunquam credidi. Si verò volens & sciens, ad fallendos incautos hęc in medium producit, quę tamen vana ipse



Evangelici nõ  
requirunt præ-  
sentiam cor-  
poris Christi.

ipse agnoscit, deploratam hominis malitiam detestor:  
Neque enim nos, quod falso nobis obijcit, aliquo odio  
Christi Domini & saluatoris nostri impulsus, presentiam  
carnis eius non requirimus, utpote ad quam contem-  
plandam, in cœlesti illa gloria summis omnibus votis  
suspiramus, sed œconomiam dispensationis Christi in  
peragenda salute nostra reuerenter amplectimur. Nam  
quod homo nasci voluit, & in terris tam diu versari, do-  
nec omnes salutis nostrę partes adimpleret, & per igno-  
miniam crucis ad inenarrabilem illam cœlestem glori-  
am contenderet, id quidem æterno Dei decreto consti-  
tutum fuisse agnoscimus, & infallibiliter credimus. Quod  
autem deuicto mortis & inferni imperio, in cœlum a-  
scendit, ut in conspectu Dei, appareat & interpellet  
pro nobis, id quoque scripturis diuinis edocti, verè con-  
fitemur. Non nostrum ergo est, Petre, quod carnis sen-  
sui adlubescit, fingere & somnare: Sed quod videtur  
Domino, id grata mente amplecti. Durum quidem &  
acerbum id visum fuit Apostolis, postquam de discessu  
suo illis Christus concionatus est, presentia & conspe-  
ctu tam benigni Domini & magistri carere: Sed quia  
saluti illorum ita expedire Dominus docuit, ideò ma-  
gno absentię suę præmio hęc carnis affectum, quo non  
leuiter pungebantur, sedare in eis conatus est. Ergo  
quam diu cõuersatus est cum eis Dominus, non mirum  
si magno eius amore ducti, illius presentiam semper ex-  
petiuerint. At verò postquam in cœlum, ab oculis su-  
is sublatum conspexerunt, adeo corporalem eius præ-  
sentiam in terris amplius non requisierunt, ut terrę &  
ipsi obliti, potius contendendum sibi esse ad illam eter-  
nę glorię sedem duxerint. Ita verò Paulus dissoluti cu-  
pluit

Idem fecerunt  
Apostoli.

pluit & esse cum Christo. Et alio in loco, in persona  
 omnium fidelium ita loquitur: Confidentes igitur &  
 scientes nos aduenas esse in corpore, peregre absumus  
 à Domino. Per fidem enim incedimus, non per aspe-  
 ctum. Confidimus autem & probamus, potius migrare  
 è corpore, & ad Dominum ire habitatum. Nam post-  
 quam Christus mundum reliquit, adeò nihil carnaliter,  
 de illo cogitandum sibi esse existimauit Apostolus, vt  
 eum non amplius secundum carnem se nouisse profite-  
 atur. Ad hanc autem rerum cœlestium meditationem,  
 magna se testatur constringi charitate Christi, qui pro  
 omnibus mortuus est, vt qui viuunt, posthac non sibi  
 uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.  
 Porro Deus, inquit, est, qui nos ad hoc ipsum condidit,  
 qui etiam dedit nobis arrabonem Spiritus.

Agnoscat ergo miser Scarga, quemnam Spi-  
 ritum habeat, qui adeò mentem suam in cœlum attolle-  
 re non vult, vt nisi Christum in terra præsentem ample-  
 ctatur, paruo se admodum frui solatio profiteatur. O  
 vocem Theologi pecude nõ homine Christiano dignã,  
 quem rerum terrenarum amor ita irretitum tenet, vt  
 non aliũ amorem erga Christũ se habere testetur, quã  
 quem Iacob habuit erga Iosephum, aut maritus habet  
 erga vxorem ac liberos, cum conspectu presentium frui  
 desiderat. Non mirum ergo si carnalis homo, carna-  
 lia ac mundana sapit, carnalemq; ac mundanum sibi fin-  
 git Christum, & in theca aurea reclusum adorat: vt il-  
 lius Christi, qui regnat in cœlo, nullam se habere curam  
 ostendat. Et sanè ille in terris adeò nullum habuit au-  
 reum domicilium, vt inter pecudes reiectus, in hara vel  
 stabulo vili, natiuitatis suæ habuerit exordium. Neq;

Scarga non  
 vult mentem  
 suam attolle-  
 re in cœlum.

vt Papa, verò in sublimi aliquo residens palatio, ociosam in delicijs, & in magna rerum copia traduxit vitam: sed miserijs & erumnis oppressus omnibus, ac post crudeli morte multatus, aliam sibi vitam restare, hisq; uestigijs insistendum esse omnibus, qui ad cœlestem illam aspirant patriam, docuit. Sed Scarga in cœlum contendere non vult, laboriosam illam & ærumnosam exhorrensens viam: seq; hac Christi sui presentia in terris contentum esse dicit, illum se amplexari, & in amoribus esse suis testatur. Iste enim fictus Iesus, sicuti in argenteis & aureis habitat ædiculis: ita suos qui eum adorant ac sequuntur Iesuitas, in spaciolis atrijs, & amplis colat locat palatijs mutuam scilicet illis rependens vicem, vt sicut isti stultè adorant, quem adorare non debent, ita vicissim hos fucatos hypocritas, demens adoret populus. Ac tantum abest, vt istos tanti splendoris ac opulentie sue pudeat, vt Scarga totam inde religionem meritiens, nostro cœtui insultet, & omnibus diris eum deuoteat, quod tam splèdido rerum omnium apparatu, qualis in eorum templis conspicitur, destitutum videat. In suis enim templis ob carnalem Christi presentiam, altaria extructa dicit esse honorifica, magnã & splendidam Sacerdotum turbã, magnam in corde contritionem, cultum Dei diligentem & horrendum: Nostrum verò cœtum sine presentia Christi carnali, non absimilem ouili, aut scholę Turcicę asserit: Zuinglianos tanquam lapides, & duro ad religionem corde, sedentes in cœtu perinde atq; in caupona, absq; ordine & omni decore, ac genu flexione, ideoq; maledictionem illam Iudaicam illis incumbere: Sedent sine Deo, sine Sacerdote, sine hostia, sine vestium ornatu, sine lege & ordine. In cœtu sua

Fictus Iesui-  
rarum Iesus  
splendida loca  
incolit.

Papistica tem-  
pla ob Christi  
presentiam  
splendida.

na sua

na sua Christum non habent, neq; Petrum, sed Iudam  
saltem, ac noctem, & tenebras.

His quidem & similibus conuictis impudens hic  
& superbus Goliath, insultat populo Dei viuentis, &  
imminentis exitij sui immemor, Dauidem illum humi-  
lem, propter pudendum vestium ornatum, & non ma-  
gnificum belli apparatus, in certamen prouocare non  
dubitat. Agnoscimus quidem Scarga, nullum splen-  
didioris fortunę apparatus cōspici in cœtu nostro, non  
altaria aureis stragulis & culcitris strata, non parietes  
auro & argento nitentes, non organo suauī concentu  
perstreptentia, non longa Sacerdotum in pretioso vesti-  
tu examina, non tot gesticulationum & variarum pom-  
parum spectacula. Verū adeò inopię nostrę nos non  
pudet, vt tantum auri & argenti, in templis vestris per-  
spicientes splēdorem, inter reliquas Antichristi notas,  
non postremum hoc, nec leue præsentię illius ducamus  
argumentum, quod nimirum diuina prædixerunt ora-  
cula, illum Deo suo Maosim cultum omnem obsequij in  
auro & argento exhibiturum. Certē quam non dece-  
at Christianos, hæc colendi Dei ratio, & quantum à ve-  
ra pietate dissideat, id ex Hieronymo discere potera-  
tis, qui hunc templorum, iam tempore suo exorientem  
luxum, acriter insectatur. Sed iam diu vos ad pia san-  
ctorum patrum monita obsurduistis, ac cœco impetu  
ad omnia vetita ruitis, & nihilominus veterum patrū,  
legitimos vos esse successores nō minus improbè quā  
impudenter iactatis.

Quod autem ad altaria attinet honorifica, &  
hostiam, ac Sacerdotum turbam, vestesq; eorum Aaro-  
nicas, id quidem libenter tibi damus, nihil omnino ea-

D ij rum

Templa Euan-  
gelicorum.

Deus Anti-  
christi auro co-  
lendo erat.

Cur templa  
Euangelicorū  
splendore va-  
cua.

In noua lege  
nulli sūt sacri-  
ficuli, sed tan-  
tū ministrī.

Scargā Vola-  
num maledi-  
ctis obruit.

rum rerum in cœtibus nostris conspici, iustōq; iudicio  
hæc cuncta à nobis repudiari. Iam enim Christus Do-  
minus & saluator noster, veteres illas legis umbras &  
figuras sustulit, dum verus ipse Sacerdos, ipseq; hostia  
in ara crucis, seipsum Deo Patri p peccatis populi sui  
obtulit. Vnaq; & semel oblatione facta, ac nunquam  
post hac repetenda, omnes suos in æternum sanctifica-  
uit. Non alię ergo in populo Christiano nunc extant  
hostię, nec Sacerdotes alię, Petro teste: nisi qui offerunt  
hostias spirituales, acceptas Deo per Iesum Christum.  
Ac proinde verus & vnicus ille Sacerdos noster, nullum  
iam alium admittens, successorem, nullos in Ecclesia ad  
edificationem corporis sui ordinat sacerdotes: sed Pro-  
phetas & Euangelistas, Pastores ac Doctores. Nec Ap-  
ostolus se ac reliquos collegas suos vocat Sacerdotes:  
sed ministros ac dispensatores mysteriorum Dei. Vi-  
dete ergo qui vos estis, aut in qua Ecclesia sacrificia ex-  
ercetis: quibus in Ecclesia Christi Spiritus Sãctus nullū  
reliquit locum. At verò annales testantur, quibus tem-  
poribus & à quibus pontificibus, hæc larvata Sacerdo-  
tum turba, in mundum est introducta, vt potius ad ali-  
um quempiam autorem, quàm ad ipsum Deum origo  
illorum sit referendã. Ac quantus religionis Christia-  
nę, per hos Sacerdotes factus sit progressus, quanta pi-  
etatis incrementa, id impurissima illorum testatur vita,  
vt splendidissimam hanc iudicio Scargę turbam, non  
minus in conspectu Dei fœtere iudicem, quam impura  
aliqua nares & oculos hominum offendit cloaca.

Verum Scarga me conuiciatorem vocat, & al-  
tero hunc contra me edito libro, horrendis in me ver-  
bis detonat, linguã præcipitem & mendacem mihi tri-  
buens,

buens, qui nimirum totum clerum Catholicum, Sacerdotes omnes & Episcopos falso accusem, hæcque vitia, à quibus alienos asserit esse, non verè illis attribuem. Atque ut falli criminis illis obiecti me coarguat, præter quosdam sæculi nostri Cardinales, quos nominatim recenset, & viros insignes, summè Sanctos, & excellenter doctos vocati; in Polonia etiam, quosdam præcipue dignitatis Episcopos nominat, quorū virtutes & doctrinam, ceu lucernas in candelabris positas omnibus alijs lucere prædicat. At verò Scarga astutum te quendam veteratorem, & impudentem palponem hoc ipso facto declaras, qui quæ ego in genere vitia taxo, & personis hominum ubique parco, tu quosdam in scenam producens, & à me accusatos falso perhibens, vna eademque opera, & mihi invidiam, & tibi gratiam apud eos conciliare studes. Sed facile me vita mea honestè semper & integrè acta, & ab omni petulantia ac dicacitatis vitio aliena, iudicioque honorum omnium, inter quos verior, comprobata, ab hac tua calumnia defendet. Neque enim ego vnquam tam amens fui, ut in deploratissimo, etiam hominum genere, & certo aliquo vite instituto, non aliquos semper viros bonos ac integros esse sentirem, quamuis totus ordo ob disciplinam dissolutam apud omnes male audiat. Neque tamen improbi, aut maledicæ lingue homines dicendi sunt, qui totum ordinem aut hominum statum accusant, & sceleribus his ac flagitijs, quæ passim in ordine vigent, insensu sunt. Nisi forsan tu Diuum Paulum hominem mendacem, & maledicum dicere velis, qui Cretenses testatur, semper esse mendaces, malas feras, vètres pigros, cum fieri omnino non potuerit, quin aliqui in tota gente fuerint, veritas

Vita Volani  
honesti.

Inter sacerdo-  
tes sunt non-  
nulli boni.

tis amici, desidięq; inimici. Possem & ego ex ordinē  
sacerdotali vestro aliquos viros nominare bonos, cum  
quibus etiam firmam colo amicitiam, & singularem a-  
gnosco eorum benevolentiam: Sed minimē indignan-  
tur isti, sacerdotalem hunc ordinem, propter multa &  
enormia vitia à me reprehendi, quę vltro ipsi recogno-  
scunt, & cum omnibus bonis, ad tanta Ecclesię vulnera  
ingemiscunt.

Beatus Ber-  
nardus, de lu-  
xu sacerdotū.

Nec verò hactenus extitit quisquam, qui diu-  
num illum hominem Bernardum mendacię accusauerit,  
qui tamen in Pontificum Romanorum dominatū & lu-  
xum, & in vniuersum Episcoporum ordinem, tam acriter  
detonat, vt nihil fēdius in nebulones deploratos dici  
queat. Scribit enim in sermone ad clerū in Cōcilio Re-  
mensi. Sponsam, inquit, non custodiunt, sed perdunt,  
non pascunt gregem Dñi, sed occidunt, & deuorant, ex  
Patrimonio Christi non libros in templa emunt, sed me-  
retrices in cubilibus suis fouēt, canes nutriūt, equos ex-  
ornāt, ipsi nitentes & excomati, & tanquam sponsi ve-  
stiti, procedunt de cubilibus suis, vnde autem hæc ele-  
gantia & nitor? vnde luxus ad mensam? vnde calices  
aurei & argentei? nisi ex bonis sponse, sponsa autem  
inops, nuda, & egens, & derelicta. Quis hodie demō-  
strabit talem Episcopum, qui non plus curet, quomodo  
miserorum subditorū crumenas excutiat, quàm publica  
eradicet vitia & luxum? Audis ne, Petre Scarga, Ber-  
nardum, non Volanum loquentem, & tamen Volano  
maledicę, ac præcipitis, mendacięq; linguę vitium tribue-  
is, cum contra Bernardum ne hiscere quidem audes?  
Tuo, igitur, iudicio teipsum condemnas, & in magna  
mendacię crimine, quod mihi obijcis, teipsum cum so-  
cijs tuis

Luxus sacer-  
dotum ex ho-  
nis ecclesię.

enſ tuis, qui tibi hanc pandoram contra me conſcripſerunt nouam, herere agnoſcis. Quare nihil tuum, tuorumq; ſociorum veritus iudicium, non ante de hoc ordine veſtro, cum Bernardo male ſentire deſinā, donec omnia in melius mutata videro. Sed facilius Aethiops mutabit pellem, quā iſti mores mutabunt auitos. Si enim Bernardus pungens & lancinans, haecenus apud iſtos proficere nihil potuit, nihil proficient adulatores Ieſuite, qui deſides & ocioſos Epiſcopos, veros nihilominus paſtores clamitent, & ſi nunquam conſcendant ſuggeſtum, vt populum ſibi commiſſum vera doceant, ſanctitatisq; laudem his tribuant, quos tamen ſcortatione ſœda, & auaritia inexplebili, ac luxu diſſuere non ignorant. O miſeros & fati ſui ignaros Epiſcopos, qui iſtas Syrenes ſibi blandientes non agnoſcūt, & oscula proditoris Iude, in perniciem & interitum ſuum intenta non animaduertunt.

Ieſuite ſunt  
adulatores.

Verū vt eò redeam vnde digreſſus ſum, hæc inquam diſſoluta & probroſa Sacerdotum vita, non aliamquam contritionem, & debitum Dei cultum, ſicuti Scarga iactat: ſed externam quandam religionis oſtentat laruam, & eas docet concipere preces, quæ quidem in extremis voluuntur labris, & terrifico ac belluino perſonant boatu, cor autem minimè attingunt. Neq; enim vlla ſalutis huc eos adigit cura, ſed merces hoc nomine impoſita, vt ſicut ancille conductæ penſa ſua abſoluunt: ita iſti penſum quoq; ac munus ſuum canendi expleant artifices. Itaq; inter illum ocioſum & inanem vocum garritum, & inter artificioſos Muſicorum concentus, in quibus totius diuini cultus cardo iſtis vertitur, in Cathedralibus præſertim, vt vocantur Eccleſijs, non vlli deuotioni

Hypocritica  
ſacerdotum  
religio.



Fana papistica  
speluncę latro  
num.

deuotioni multitudinem conspicias deditam, sed per tē-  
pli angulos discursantem, & inambulando mutuis col-  
loquijs, temporis tedium fallentem vsq; eō vt Socolo-  
uius, concionator Regius vir Doctus, & facundus, ex-  
clamare aliquādo coactus fuerit. Non domus hęc Dei  
est, sed spelunca latronum. Et Scarga tamen hanc co-  
lendi Dei rationem, vehementer commendat, nouoq;  
quodam vocabulo & insueto exornat, diligentem nimi-  
rum & horrendam predicans. ego verò addo, etiam  
execrandam. At verò quid vnquam simile in cœtu fi-  
eri nostro, aut audisti aut vidisti, Petre, vt illum caupo-  
nam vel Scholam Turcicam, vocare non reformides?  
Hoc te credo offendit, quod non histrionicam illam,  
à laruato Sacerdote peragi vides Missę comediam: sed  
singulis diebus, scripture Prophetice & Apostolice sin-  
ceram, ac genuinam explicationem populo Dei propo-  
ni. non lingua exotica & à paucis intellecta, inuocari  
Hedwigim, Catharinam, Barbaram, Christophorum, Ni-  
colaum, Stanislauum, & vilia hominum nescio quorum  
capita: sed concordibus omnium vocibus & animis, so-  
li illi æterno & immortalī Deo, sacros occini hymnos e-  
xaudis. Hoc illud est, quod vos idololatrias in furorē  
compellit, quod in vrbe ciere tumultus, & cæcum Chri-  
sti manu armata toties oppugnare, ac cōtumeliosis vo-  
cibus, occurrentes fortē verbi Dei ministros incessere  
cogit, vt nimirum profligata vera religione ac pietate,  
salua sit vobis magna Diana Ephesiorum, magnum sub-  
inde vobis faciens quæstum.

Scarga Sudro  
uio Archipre-  
sbytero iniu-  
rius.

Inde & virulentum illud, nascitur tibi odium  
in Stanislauum Sudroiuum: cœtus Vilenensis ministrum,  
quem in hoc scœculento scripto tuo, hominem ignarum,  
& impe-

& imperitum vocas, & coram imperitis militibus, ac mulierculis garrientem, ac quod nunquam carnificis ministerio sit vsus, probantem inducis. At non solę mulierculę aut milites imperiti, huic se audiores exhibent: sed præstantissimi Magni huius Ducatus Lituanię Senatores, præcipuiq; proceres, ac totus nobilitatis non indoctę flos, pro fidelissimo hunc suo pastore amplectuntur, & singularia ac verę diuina in eo dona, magnumq; pro Christi gloria zelum agnoscunt. Cui quod tu imperitiam & ignorantiam tribuis, ille verò iudicio omnium eorum, qui te ac illum rectę nouerunt, non modo te: sed dicere aulam, omnes quotquot Vilnę estis Loiolite, Sacrarum literarum scientia superat. Nec verò ille, sicut mendaciter & contumeliose fingis, id peribandum sibi suscipit, quod carnificis ministerio nunquã fuerit vsus: sed magna dexteritate, quodcunq; tractandum sibi suscepit argumentum, ita scripturas explicat sanctas, vt nemo sit, qui non magno cœlestium rerum amore inflammatus, à concionibus eius discedat, sed tu dissimulare malitiam tuam, ordinisq; tui non potuisti, qui cū nihil omnino in vita boni viri reperire possitis, quod carpatis, sicut scelesti illi Hypocrite, Christū Dominum falsò vocarunt demoniacū, Samaritanum, potatorē & deceptorē, ita vos illorum progenies, verū Christi domini discipulum atq; ministrum, non minus fallaciter quam petulanter vocatis carnificem. Nisi forsan, sicut furibus & prædonibus terrori est carnifex, ita hic merito à vobis timetur, qui Sacrilegia vestra, & furta, gladio verbi Dei resecat, & spectanda ouibus Christi proponit.

Ad me quod attinet, quia me in Lituania vocas Archi-

Sudronius testis præstantior.

Votanus vir  
Nobilis, inno-  
centiam suam  
defendit.

Licit semper  
cuiusvis ordi-  
nis doctis, ve-  
ritati Euange-  
licæ patrocini-  
ari.

cas Archiministrum, totamque Ecclesiam me dirigere, mi-  
nistros constituere, & in ordinem cogere asseris, nihil  
aliud respondeo, nisi quod cum in oculis omnium ver-  
fer, notumque sit omnibus meum genus vite, te iidem ho-  
minem impudenter mendacem, & temere quiduis fin-  
gentem, ac deblaterantem agnoscant, oportet. Sed in-  
niquo fers animo, quod scriptis meis veritatem doctri-  
ne Apostolicæ propugnem, ideoque docendi munus, nul-  
la mihi potestate à superioribus concessa, & contra offi-  
cium vocationis meæ, utpote quem vocas laicum, nec  
doctoris titulo insignitum, mihi usurpem. Ego verò à  
Spiritu sancto, istam mihi datam potestatem iudico. Et  
enim Petrus Apostolus, iubet nos semper esse paratos  
ad respondendum, cuiuslibet petenti rationem eius spei,  
que in nobis est ut pudeant, qui incessunt nostram bo-  
nam in Christo conuersationem. Nam quia tu hare-  
ses impias me spargere, publicis tuis scriptis profiteris,  
qui tamen nihil aliud sentio, nec credo, nisi quod è ver-  
bo Dei edocta, sancta illa & Apostolica credidit Eccle-  
sia: necessarium omnino iudico, sanctam Dei veritatē,  
que per latus meum à te cōfigitur, à calumnijs tuis vin-  
dicare, & ad pudorem tibi incutiendum, falsam tuam  
criminationem palam coarguere. Nec verò hæc hactenus  
sanæ mentis homo quisquam extitit, qui scribendi liber-  
tatem de mysterijs Christianæ religionis, in quouis ho-  
minum ordine reprehenderet: quando ab Apostolicis  
temporibus, ad nostram usque ætatem semper extiterint,  
qui licet publico docendi munere non instructi, neque ad  
fūctiones Ecclesiasticas admissi fuerint, tamē cum sum-  
ma pietatis & doctrinæ laude, officium scribendi exer-  
cuerint.

citerint. Sed non isti Antichristi regni Atlantes Loio-  
lite licētiā sibi vsurpant pro sanctissimo Domino suo  
Romę regnante depugnandi: omnibus autem Christi-  
anis, pro astruenda veritate Domini & saluatoris Iesu  
Christi, omnem facultatem adempram esse volūt. Sed  
vel illa rumpantur Codro, nunquam iniquis suis studijs  
efficient, quin ad conficiendam hanc infernalem hydrā,  
cui operas isti impendunt, multi subinde exoriantur a-  
thletę, letalique vulnere iam sauciata, nullum ad pristi-  
nas recolligendas vires spatium amplius concedant.  
Restabat adhuc, vt Scarge responderem ad eas calum-  
nias, quibus vera Christi membra eiusq; fideles onerat,  
dum eos omni prorsus pietate spoliāt, lapidea corda illis affingit, nullum locum Deo  
inter eos relinquit, & in Sacre cęnę participatione non Christum, sed Iudam inter  
eos esse, noctemq; ac tenebras, ore impuro euomit. Sed quia vilis ho-  
muncio, munus omnipotentis Dei, sibi vsurpat, qui so-  
lus scrutatur renes & corda hominum, quiq; solus ex  
lapideis facit carnea, illum sanē ad tribunal illud summi  
Dei ablego: vt verē nē an falso ista dixerit, iustum à Do-  
mino iudiciū reportet.

Nunc ad vltimam illius pręsentię carnalis, in  
Sacramento probationem accedo. Hanc autem ex ve-  
teribus Ecclesię scriptoribus elicit ille: sed quia eos-  
dem citat testes, quos antea contra me, in priore suo  
libro produxit, & quorum vera & genuina sententia, a  
me demonstrata est, rem actam agere nolo. Nihil enim  
in testimonijs veterum aliud ostenditur patrū, nisi quod  
illi ex instituto Christi, veraciter sacrum eius corpus ac  
sanguinem, omnibus fidelibus in cęna Domini comu-  
nicari, omnes vno ore prędicant, ita tamen, vt quod ad

§. Probatio  
Iesuitica Chri-  
sti in panc.

Sententia pa-  
trum de cęnā  
Domini.

b. Augustinus.

Sacramentum  
& res Sacramenti.

præsentiam corporalem attinet, locum illi in cœlo designant: & quod simul sub accidentibus panis, eadem qua in cœlo præsentia est, inuisibiliter delitescat, nullum omnino verbum faciant. Cuius rei ut gustum lector habeat, & ne pallio vetustatis, oculos sibi obnubilari patiatur, saltem duos patres à Scarga citatos producamus. Augustinū nempe & Chrysostomum. Scribit autem in hæc verba Augustinus: Manducamus Christū, & ille manducatus vivit, nam occisus resurrexit, dum illum manducamus, in partes illū non partimur, & quamvis in Sacramento, sicuti fideles sciunt, quando carne Christi vescuntur, unusquisque partem suam accipit, per partem accepimus, & ille nihilominus integer manet, per partes manducant illum in Sacramento, & ille nihilominus integer manet in cœlo. Obsecro te chare lector, ut paulo diligentius in hæc Augustini verba inspicias: & quæ eius de Sacramento corporis Christi fuerit sententia, animo sobrio perpendas. Ait hic scriptor antiquus & Orthodoxus, in multis lucubrationum suarum locis, Sacramentum ex duobus constare rebus, ex Sacramento & re Sacramenti. Ac Sacramentum quidem vocat externum elementum, & visibile symbolum. Rem verò Sacramenti, vocat ipsum Christi corpus, ut nimirum ostendat Sacramenta, sicut Iræneus etiam testatur, ex duobus constare rebus, terrena visibili, & cœlesti inuisibili. Ac proinde ut in alijs multis scripturæ suæ locis, dum de manducatione corporis Christi, in Sacramento loquitur, ita & in hoc à Scarga producto loco, semper Sacramentum ab ipsa re Sacramenti discernit.

Dicit

Dicit igitur manducari Christum : sed eum tamen in partes minime secari, neque cum aliquo vite eius periculo, hanc manducationem perfici, nempe que non moribus neque dentibus, sed sola fide perficiatur. Quod verò attinet ad Sacramentum, huius quidem utpote in suas partes secabilis, unusquisque partem suam accipit, sed Christus tamen manducatus integer manet, idque in cœlo. Quid aliud obsecro in Ecclesijs docetur nostris? aut quid omnino diuersum ab hac antiqua, & longo tempore in Ecclesia usurpata proponitur doctrina? Confitemur & nos Christum verè manducari in Sacramento: sed eum tamen integrum manere in cœlo, ut ne denti & ventri, sed menti & fidei, sicut alibi monet idem Augustinus, hunc cibum propositum agnoscimus. Chry-

b. Chryso-  
stomus.

stomi autem sententia, minime quoque diuersa ab his verbis Augustini ostenditur. Helias, inquit, reliquit discipulo suo melotem, & filius Dei ascendens, reliquit nobis corpus suum. — Sed Helias seipsum denudauit, Christus autem & corpus suum nobis reliquit, & illud habens ascendit. Et alibi: Intelligamus, inquit, quod illo, qui sursum sedet, & cui Angeli genua flectunt, vescamur. Attende obsecro, mensam regiam præparatam esse, Angeli ad mensam ministrant, & ipse rex præsens est. Nihil hic loquitur Chrysostomus, quod non totidem verbis profiteamur & nos. Nam & Christum in

Euangelici  
subscribunt pa-  
tribus.

Verum, inquit, corpus Christi nobis in Sacramento dari veteres testantur patres, non pictum neq; figuratum, sicut loquuntur Zuingliani. Imo verò, Petre, idè verum Christi corpus nos manducari credimus, quia illud solum verum esse, quod sursum sedet in cœlis, agnoscimus. Tu verò videris quale corpus manduces, quod in theca & non in cœlo repositum adoras: nec in Sacramento: sed in euanidis ac imaginarijs accidentibus exhiberi doces. Et quia in accidentibus illis, nescio quas figuras ac imagunculas pingitis, idè vos ipsi pictum ac figuratum corpus comeditis, vestrumq; crimen falsè nobis affingitis,

Verùm Scarga, ex magno veterum scriptorum Catalogo, vnum in calce collocat Damascenum, in quo victoriæ totam spem reponit, & tanquam Aiæ clypeum nobis obtendit. Inducit autem ita loquentem Damascenum. Non est figura panis & vinū corporis Christi, prohibeat Deus, sed est ipsum corpus Domini dei, ficatum, quando ipse loquitur, Hoc est corpus meum, & non figura corporis mei. Atqui nemo est, qui non videat Damascenum, hunc toti illi antiquitati, his dictis ex diametro repugnare: & maximè ab Augustino, cui tamen primæ semper partes in Ecclesia datæ sunt, dissentire. Augustinus certè, externa illa & inuisibilia symbola panis ac vini, figuras signaq; corporis ac sanguinis, Christi vocat, & in proprio quodam dicendi modo, rerum ipsarum accipere nomina dicit. non tamen quasi Sacramenta, rebus ipsis statuatur vacua: sed ne confundi perperam doceat, quæ diligenter sunt semper distinguenda. Si ergo Damascenus, nullum visibile symbolum in Sacramento agnoscit, ipsumq; aboleri, vt in locum eius

Scarga Damasceni monachi auctoritate.

Damascenus floruit Damasci in Syria anno Do. 730.

eius substantia corporis Christi succedat, sentit, toto eum  
 errare cœlo dicimus: eiq; errori affinem, in quem se-  
 quens Ecclesie prolapsa est atas, & à puritate antiqua  
 discessit, omnino iudicamus. Et sanè scriptor hic, vt  
 recentior est, ita nulla ex parte veteribus illis compa-  
 randus, quorum in scripturis tractandis maior dexteri-  
 tas, maiusq; ingenij acumen, & sublimior omnium re-  
 rum scientia agnoscitur. Nec temere in discernendis  
 Ecclesie dogmatis, ad primæuam illam, & Apostolicis  
 temporibus vicinam atatem recurrimus, quãdoquidem  
 paulatim Satana intra bonum semen Zizania sua serẽ-  
 te, omnia in deterius ruere, ac retro sublapsa referri  
 cœperunt, donec tandem Antichristus seipsum in Ec-  
 clesia extulit, & nudum titulum regni, cuncta ipse ad-  
 ministrans, & pro imperio suo exercēs, Christo reliquit.  
 Non est ergo, cur Scarga ad omnes ex equo omnium  
 seculorum scriptores sine discrimine nos reuocet, &  
 ad libellum Garetij legendum nos ableget: vt ex om-  
 nibus illis scriptoribus, quos is recenset, veram &  
 germanam sententiam de Sacramento cœnæ Domini  
 assequamur. Agnoscimus enim post transsubstantiati-  
 onis commentum, in Lateranensi Concilio à Pontifice  
 Rom: stabilitum, incorruptam veteris Ecclesie senten-  
 tiam fuisse depressam, & in nouo dogmate propugnã-  
 do, sedulo scriptores novos impendisse operam.

Non à posterioribus ergo scriptoribus, sed ab  
 antiquis, verę sententię testimonium petendum nobis  
 esse ducimus, vt ad præiudiciũ contra omnes hæreses  
 obseruandum, illam Tertulliani sententiã, merito am-  
 plectamur. Illud esse verum, quod prius, illud adulte-  
 rinum

Quare sint an-  
 tiquissimi the-  
 ologi consu-  
 tendi.

Lateranense  
 conciliũ rran-  
 substantiario-  
 nẽ stabilitiur.  
 An. 1059.



Antiquissimi  
Theologi panem & vinum,  
non accidua  
tia eorum esse  
fatentur.

Orauit Christus ꝑ Petro:  
ergo successores  
eius nõ er  
rauerunt.

rinum quod posterius. Ac profectò vel in huic Catha  
logum antiquorum omnium patrum, quos colligit Ga  
retius introspectentes, non possumus satis demirari, &  
ipsius Garetij & vestrum ònium incogitantiam, qui tot  
testes contra furta vestra citantes, ipsorū tamen suffra  
gijis causam vestram, vos approbaturus cōfiditis. Nam  
quicunq; per multa sæcula ab Apostolicis vsq; tempori  
bus, à Garetio citatur scriptores, illi omnes panis & ca  
licis vsum toti Ecclesię Christi fuisse vlitatum testantur:  
vt apostasiam à veteri Ecclesia vestram nullo vnquam  
colore excusare possitis. Atq; vtinam veterum illorum  
patrum, in multis doctrinę partibus sententia apud vos  
valeret: non diu nobis laborandum esset, vt tantis vere  
doctrinę corruptelis, tot superstitionibus & tyrannide  
Pontificis Romani de medio sublati, Ecclesia pristino  
nitori suo restituta, & ad vnus veri Dei cultum reuo  
cata, Apostolicę tãdem Ecclesię expressam effigiem re  
tineret. Sed Scarga ad veritatem astruendam, non do  
ctrinæ Apostolicę: sed Episcoporum perpetuã successi  
onem in Cathedra Petri, nobis commendat, quam ab  
omni penitus errore ita eximit, vt quia dictū est Petro,  
Ego orauit pro te, ne fides tua deficeret, semper integrã  
fidem, veramq; religionem, & purum Dei cultum in eã  
perstitisse, omnino credendū esse confidenter ꝑnunciet.  
At verò quã ridicula & impudēs, verborū Christi hec  
allegatio est, vt quod vni Petro dictū est, id post multa  
sæcula, ònibus cõmuniter Põtificibus, qui fraude ac do  
lis, Ro: imperij sedē occupauerunt, cõpetere iudicetur.  
Veràm non Petro isti successerunt, qui nullum  
vnquam Romę exercuit imperium: sed imperatoribus

Roma,

Romanis, omnibus ciuilibus negotijs ita occupati, vt totam vitam non docendo Deo populo: sed iudicijs exercendis, ac prouincijs & ciuitatibus administrandis, impendere cognoscantur. Itaq; Bernardus tempore suo, falsam hanc successione Apostolicę laudem illis adimit, & quod derelicta statione sua, fines alienos inuasent, acriter obiurgat. Ac proinde cum Pontifices Romani, iam diu successores Apostolorum esse desierint, sequę Principes terre, non Doctores Ecclesię omnibus factis testentur, quę istę stulticia est, veritatem doctrine Apostolicę, in eorum ministerio requirere, cuius a multis seculis nullam omnino exercent partem? At verò non modo non esse pastores: sed nē in numero quidem ouium Christi reputandos, flagitiosa ac scelerata illorum vita testatur. Paucos enim videre est in tam longa atatum serie, ex quo vrbis Romanę Principes facti sunt, qui scortationibus & adulterijs fædis, iniustis cedibus, & crudelitate nefanda, bellorum infinitis cladi- bus, pessimo cum dæmonibus, per magicas artes commercio, non se omnium hominum nebulones deterrimos testarentur. Quod autem attinet ad reliquos Ecclesię Pastores & Episcopos, ne istorum quoq; dissimilis in omnibus vitę partibus, ac studiorum occupationibus professio cōspicitur, omnibus nimirū in hoc vnum intentis, vt pro satrapis ac Principibus, opum omnium splendore ac vitę luxu se mundo ostentent, de pascendo autem grege Domini, ne minimam quidem cogitationem suscipiunt. Et quamuis Apostolicę functionis partem, ne minimo quidem digito attingunt: Scargamē tamen prolixis verbis, in eorum sinu veritatem reside-

Papæ Romę  
non Petri sed  
Imperatorum  
successores.

Alii quoq; E-  
piscopi, Ro-  
mano sunt si-  
miles.

re, & sincere doctrinæ incorruptam professionem, in eorum personare cœtu superbè clamat. At verò sp̄ nobis facit is, vnum aliquando tandem ex tanto numero in suggesto conspectum iri, vt publicè docentem, pastorisq; officium exercentem breui auditori simus,

Non definit esse Episcopus is qui non docet.

Quis Rex dicendus.

Episcopi officium.

Sed nil attinet iudicio tuo, Petre, tam laborioso munere eum defungi, quando probandum istud suscepisti, tam summos Pontifices, quàm Episcopos omnes, pastores ac doctores esse, quamuis publicè populum è suggesto non doceant. Regem enim nihilominus regem esse prædicas, quamuis per præconem mandata sua subiectis promulget, nec ipse clamer. Imperatorem esse imperatorem, etià cominus non pugnet, nec vulnera suscipiat. Nec Volanum non gubernare domum sibi subiectam, quamuis ipse aratrum non tractet, nec metat, nec trituret. Verùm magnam tuam ignorantiam in eo prodis, quod diuersa confundens officia, hactenus inter regem & præconem, inter imperatorem & militem, inter patremfamilias & aratorem, discrimen statuere nō didicisti. Verū enim est, teste Aristotele in politicis, qui vnus principatum in Republica obtinens, eam ita administrat, vt communi omnium utilitati prospiciat. Quid si non faciat, eum non regem, sed tyrannum vocat. Nec imperatoris est cominus pugnare: sed aciem ordinare, locum castris capere, cōmeatus expedire, classicum canere. Ita nec patrisfamilias aratrum tractare: sed aratoribus ita præesse, vt eorum non segni ministerio, victum sibi ac toti familiæ paret: iustum autem se & clementem dominum, tam aratoribus, quàm alijs omnibus seruis exhibeat. Episcopi autem ac pastoris Ecclesiæ, proprium munus est, sicut Apostolica passim testantur scripta, pascere gre-

gem do-

gem Domini, curam illius agere, non coacte : sed libe-  
ter, non turpiter affectare lucrum, sed prompto ani-  
mo, neq; vt dominetur clero, sed vt sit exemplar gre-  
gis. Ac nisi id officium sedulo exequatur, non pastor:  
sed Idolum, canisq; mutus, & latrare nesciens à spiritu  
sancto nuncupatur. Quod autem à multo iam tempore  
hæc idola in Ecclesia regnent, testatur & Bernardus,  
& multo vetustior illo Gregorius, qui quidem pastoris  
mercedem consequi, & operarios non esse conqueritur.

Gregorius de  
pastoribus.

Ad exteriora, inquit, negocia dilapsi sumus, & ali-  
ud suscipimus, aliud præstamus, mysterium prædicatio-  
nis relinquimus, & ad pœnam nostram, vt video, Epi-  
scopi vocamur, qui honoris nomen, non virtutis, te-  
nemus.

Verùm perditus Episcoporum assentator Scarga, o-  
ni prædicationis ministerio, & cura pascendi gregis il-  
los priuat, & similitudinibus ineptis in medium addu-  
ctis, veros nihilominus pastores ac doctores nobis cõ-  
stituit. Ac ne leuiter fines pudoris trãsiliisse iudicetur,

Fieri non posse contendit, vt quos Deus in Ecclesia pastores constituit, eos in scrip-  
tura interpretanda aberrare patiatur. Nam si stultos, inquit, pastores ipse ponit,  
non noster esset, sed eos constituentis error. At qui homo ineptè, &

Scargæ ratio-  
natio de ma-  
lis pastoribus.

in Deum etiam ipsum contumeliosè, non culpa omni-  
potentis Dei ista est, sed hominum malitia, qui functio-  
nis sibi imposte à Deo immemores, adeò nihil dignum  
Pastoris officio præstant, vt ouibus extremi exitij, & in-  
teritus causam præbeant. Ideoque per Prophetam E-  
zechielem, Dominus iram suam se effusurū in eos Pa-  
stores prædicat, qui semetipsos pascentes, nullam gre-  
gis pascendi curam habent : dispersasque & errabun-  
das oues

Pastores in er-  
rorem dela-  
buntur.

Apostoli præ-  
dixerunt fu-  
tuos falsos  
Doctores.

das oues, in deuorationem omni bestię agri & direpti-  
onem obijciunt. Ac quod Pastores & populi duces, se  
ab imperio Dei sui subducētes, in omnem errorem de-  
labantur, per eūdem Prophetam testatur, dicens. Con-  
iuratio Prophetarum in medio eius, sicut leo rugiēs, &  
qui rapit prædam. Sacerdotes eius violauerunt legem  
meam, & profanauerunt sancta mea, nec discrimen fe-  
cerunt inter sanctum, & profanum. Ieremias autem,  
à Propheta, inquit, vsque ad Sacerdotem quisque se-  
ctatur mendacium, & mendacium prophetant in nomi-  
ne meo, cum ego non miserim eos, neque præceperim  
eis. Ac ne in veteri saltem illo populo hanc cecitatem  
viguisse putes, ne Ecclesiam quidem Christi, ab hoc ma-  
lo immunem futuram spiritus prædixit Sanctus. Nam  
Petrus Apostolus, sicut in veteri populo fuerunt pseu-  
do prophete, ita & inter Christianos fore denūciat fal-  
sos Doctores, sectas perditionis insinuantes. Et Pau-  
lus ex ipsis Episcopis, lupos rapaces exorituos prædi-  
cit, non parcentes gregi, peruersaque loquentes, vt ab-  
ducant Discipulos post se. Idemque non alibi Anti-  
christum, quam in templo Dei sessurum docet, & erro-  
rum omnium colluuiem ab his promanaturam osten-  
dit, qui Pastorum titulo Ecclesię se venditant.

Et sane exitus ipse, non vanam hanc prædicti-  
onem fuisse Apostolicam comprobauit, sic tota religio-  
ne Christiana ab his egregijs pastoribus euerfa, ita vi-  
nea Domini ab immundis porcis conculcata, vt inter  
deformes ruinas exigua saltem veteris ædificij vestigia  
appareant. Nec mirum, Ecclesiam Dei tanta clade à  
Satana fuisse affectam, & dēlis omnibus ignorantię te-  
nebris

Hebris circumdatam, quando Pastores pro vno mundi imperio certantes, solisque opibus inhiantes, ac seipso pascentes, totam in vniuersum pascendi gregis Dominici curam abiecerunt. Sed Scarga eorum ministerio, scripta Prophetica & Apostolica ad nos vsque dicit transmissa, & ab iniuria interitus vindicata: vt ab eis solis, lucem veritatis esse petendam demonstret. Verum non illorum studio ac sollicitudine, sed singulari Dei providentia factum est, vt sicut olim liber legis perditus non a Sacerdotibus, sed a sancto ac pio rege fuit inuentus; ita hic thesaurus a multo tempore in foribus, & in vmbra delitescens, nostro primum saeculo emicuit, & in toto orbe in omnium hominum transfusus linguas, clare resplenduit. Id vero tam indignè ferunt belli isti Pastores, vt Scarga omnium nomine vehementer omnibus succenseat, & pro execrandis haereticis condemnet, qui non in vna veteri Bibliorum translatione latina, & a Pontifice in concilio Tridentino approbata acquiescant: sed omnibus linguis ac nationibus, legenda scripta sancta proponant. Ista enim vertendorum Bibliorum libertate vsurpata, hoc malum exoriturum dicit, vt a natio tandem & genuino scripturae textu discedatur, adulterinaque pro veris inserantur. Verum ab hoc periculi metu, ipsi fontes Hebraice ac Graecae linguae nos liberant, vt quidquid sibi in versione indulgent homines, ad fontes tamen ipsos, explorandae veritatis causa liber recursus omnibus pateat. Nec Augustinus in infinita versionum varietate, quam tempore suo fuisse testatur, aliud consilij dat, si quid dubitationis de versione vera exoriatur, quam vt in fontibus ipsis veritatem

Propter ambitionem & auariciam, pastores pascere desierunt.

Iesuitis haereticus est, qui non est contentus vulgata Bibliorum editione.

Augustinus contrarium Iesuitico consilium.

ritatem homines inquirant. Hoc verò remedium, nostro potissimum sæculo tam expeditum, in promptuq; omnibus est, vt quia tanta linguarum cognitione, quanta à multis in Ecclesia sæculis non fuit, fideles suos Dominus instruxit, nullum omnino periculum versionis male sit nobis extimescendum. Imo verò, cum vel mediocriter linguarum periti, facile animaduertant, quam multis vitijs versionis male, translatio antiqua scateat, merito ridendam decreti illius Tridentini temeritatem iudicant, quod in media luce cæcutire omnes iubeat.

Ridenda consilij Tridentini sententia.

Sordida papisticarum scriptura.

Sed aliud est, quod bonis istis patribus, acrem quendam doloris sensum imprimit, & quasi cornicum oculos configit: quod nimirum scriptura sancta in lucem prolata, omnes illas errorum tenebras depellit, & tanquam præsentis solis fulgore mendaciorum nebulas dissipat. Neque enim amplius legendæ, Lombardicæ, Bigæ, Baraleti, Discipuli, in Ecclesia Christi volitant, sed in has quas merebantur pulsæ tenebras, à tineis ac blattis corroduuntur, & sordida scripta in sordidas latrinas conijciuntur. Agnoscunt nimirum Christi oues, ex scripturis Prophetiis & Apostolicis edoctæ, vnico Christi sacrificio peccata sua expiari, & non pro mercalis Missæ vili ministerio salutem venundari: agnoscunt remissionem tam penæ quàm culpæ, ab vnico Christi sanguine dependere, & non in igne Platonici purgatorij residere, agnoscunt vnici mediatoris Christi interuentu, Deum Patrem exorabilem se habere, & non diuersa ac infinita, hominum mortuorum patrocinia frustra querere, ac ruente ita regno Antichristi, subringuntur eius satellites, & dulci eius poculo, quo hæctenus fuerunt inebriati, se

ti, se priuari agrè ferunt. Nam quascunque possident opes, & quem in omni vita ostentant luxum ac splendorem, id totum beneficio Missæ ac ignis purgatorii, se habere conspiciunt. Nec libet attingere, infinitas alias doctrine veræ corruptelas, & execrandas blasphemias, quibus omnes istorum libri sunt referti, & omnes precationum, quascunque habent, formulæ: ut non pietatis Christianæ, sed veri Ethnicismi expressam ubique videas effigiem. Et quæ ex vno Discipulo blasphemiarum, & anilium fabularum proponuntur exempla, magno sunt argumento, ita Euangelij Christi & totius Apostolicæ doctrine, obrutam fuisse lucem, ut in eruenda ex tot mendacijs veritate, solam Dei virtutem ac potentiam admirari cogamur. Quo magis detestandam iudicio Scargæ impudentiam, qui falsò hæc à me conficta, quæ ex discipulo blasphemie ptulerant exempla, scribere & mendacis lingue vitium mihi tribuere audet. Sed iniuriam hanc mihi ab illo factam Domino vindicandam relinquo, ad eiusque impudentiam coarguendam, ad legenda illa fabularum & mendaciorum exempla, quæ in Discipulo proponuntur infinita, lectorem quemuis remitto.

Sed alio quoque vitur ille effugio, scriptorem scilicet asserens Anonymum, nec satis dignum, ut exhibis, quæ perperam scripsit ille, autoritas Ecclesiæ Romanæ labefactetur. Verùm neque anonymus hic liber est, Auctor libri discipulus vocatur. qui titulum venerabilis & deuoti Ioannis Herolt, sancti Dominici sectatoris professi præfert, & in celebri Germania vrbe Argentina à centum ferè annis impressus, iudicio sanctæ huius Ecclesiæ Romanæ approbatus videtur.



tur. Nec parochi in omnibus templis, ex eo libro cō-  
 ciones ad populum haberent, si reprobatum à summo  
 Pontifice scirent. Sed miror tantorum deliramento-  
 rum vos pudere, quorum summam vanitatem, homines  
 per Euāgelij lucem à cimmerijs illis tenebris liberati,  
 hodie agnoscūt, Romanam Ecclesiam, à multo tempore  
 errorum omnium fuisse magistram, euidentibus argu-  
 mentis euincunt. Illa enim à multis sæculis, pro veris  
 Christi ministris, in Ecclesie pastoribus, sectatores Do-  
 minicorum, Franciscorum, Antoniorum habuit, & pro  
 salutifero Dei verbo, venenata hominū figmenta spar-  
 gere edocuit. Vos verò, cū magnum omnipotentis  
 Dei beneficium, nobiscum recognoscere deberetis, qui  
 nos ex crassa hac errorum omnium caligine extraxit, &  
 clarissima verbi sui diuini voce, omnes tenebras dispul-  
 lit, malam hanc veritatis lucem opprimere, & in cæcas  
 denuo tenebrarum nubes populum Dei retrudere stu-  
 detis. Tales enim Doctores ac Pastores, quos diu Ec-  
 clesia Christi, pro Dei verbo sua somnia narrantes, pas-  
 sa est, nobis obtruditis: & quod propter ordinariam  
 successione, in tradenda Dei doctrina, & scriptura in-  
 terpretanda aberrare omnino non possint, improbè  
 contenditis.

Papisticæ diui-  
 ni beneficij in-  
 grati.

Traditiones  
 non scriptæ.

Atque vtinam de sola scripturæ interpretatio-  
 ne, vobiscum lis nobis esset, non magnum sanè laborem  
 ad demonstrandam falsam interpretationem vestram,  
 nobis impendendum duceremus: Sed quod scriptura  
 Prophetica & Apostolica non contenti, magnum præte-  
 rea traditionum cumulum ingeritis, quas verbi Dei non  
 scripti vim obtinere iactatis, non aliud subsidiū ad re-  
 fellendam

fessendam hanc vanitatem vestram, á Domino exposci-  
 mus, nisi ut quam hactenus in magna orbis parte exe-  
 ruit potentiam, ad extremum declarare pergat, doctri-  
 nasque & mandata hominum, salua sola veritate sua, di-  
 sperdat. Nam interpretationis quidem vestræ, in mul-  
 tis scripturæ locis falsissima commenta, non difficile est  
 demonstrare: & vel puerorum iudicio, corrupendæ  
 magis, quàm explicandæ scripturæ temerarios vos auto-  
 res, siue potius approbatores esse. Quanta enim im-  
 pudencia est, ad duplicem Episcoporum iurisdictionem  
 approbandum, Apostolica illa ad Christum verba. Ecce  
 duo gladij hic, detorquere? Scarga tamen tam peruer-  
 sam scripturæ lacerationem non improbat, neque repre-  
 hēdendū iudicat, quòd doctores quidam in verbis hīsce  
 sensus mysticos sint sequuti. Sed me acriter obiurgat,  
 qui pro mystico & figurato sensu in his verbis, Hoc est  
 corpus meum, depugnem. At verò quam ego verbo-  
 rum Christi interpretationem sequor, eius spiritum san-  
 ctum per os Apostoli Pauli dicentem, & mysterium cœ-  
 nę diuinitus institutę prolixè explicantem, autorem ha-  
 beo. Accedit eò sanctę piæque illius vetustatis con-  
 sensus, & maximè Diui Augustini præstantissimi inter-  
 pretis autoritas, qui quidem tropicum dicendi modum,  
 in verbis Christi agnoscit: & multa scripturæ similia e-  
 xempla, ad eundem explicanda modum proponit. Tu  
 verè vel vnicum saltem ex omni vetustate, producito  
 nobis testem, qui mysticum in duobus gladijs sequen-  
 dum sibi duxerit sensum. Sed præter novos canoni-  
 stas, & impudentes scripturæ sanctę deprauatores, nihil  
 asserre poteris, qui quidem, dum modo Papę adularen-  
 tur, sacra

Papistę perpe-  
 ram interpre-  
 tantur S. Scri-  
 pturam.

Quos Volan-  
 nus in verbis  
 cœnę Do: se-  
 quitur aucto-  
 res.

tur, sacra Dei oracula temerario ausu calcare, verborum Dei per iudicium insultare non sunt reueriti.

Iesuus facere  
significat offerre.

Nec minor audacia, imo impietas vestra, in corumpendis Christi verbis agnoscitur, qui dum in extrema sua cœnæ esum carnis suæ discipulis commendauit, idque facere, ad conseruandam beneficii sui memoriam illis præcepit: tu facere, non pro manducare ac bibere, sed pro offerre, cum tuis omnibus mystis interpretari audes. Sed sceleratam hanc, adulterandę scripturę audaciam, coarguit Apostolus, qui, quod non eo sensu, quem vos mendaciter comminiscimini, sint verba Christi accipienda, aperte docet, dum sic loquitur: Hoc facite, quotiescunq; biberitis, ad mei recordationem. Facere ergo quod mandauit Christus, non est corpus eius offerre pro peccatis: sed in mortem pro peccatis oblatum manducare, sanguinemque illius in remissionem peccatorum effusum bibere. Itaque quæ ad colorandam hanc mendacię speciem, vos ex scripturis proferre soletis testimonia, ne te ridendum & merito cum falsa interpretatione, explodendum propinares, imperitiam mihi tribuens: qui scilicet ignorem, quibus in locis facere vsurpetur pro offerre, loca saltem margini ascriptam circumspicere, non autem illa in medium producere voluisti. Ego autem illa producam, ac quam solidopro probatio tua nitatur fundamento, lectori offedam. Legitur autem Leuitici Cap. 15. & Numerorum Cap. 6. quod ritum purgationis præscribens Mosi dominus, mandat duos turtures ad Sacerdotem afferre, aut duos pullos columbinos: & facere Sacerdotem iubet, vnum in hostiam pro peccato, & alterum in holocaustum. Inde verò


Vbi facere accipiendum pro offerre.

verò egregiam hanc probationem eliciunt boni isti interpretes, vt quia in hoc loco & alijs fortassis facere vsurpatur pro offerre, non dissimili quoque significatio-  
 ne illam Christi vocem, quam in sua cœna vsurpauit, accipiendam ostendat.

Sed impudentissimum hoc commentum & Apostolus refellit, & ipsa materia rerum, de qua eo tractatur loco, nullo pacto admittit. Nulla enim hic mentio sit sacrificij à Christo instituti: sed carnis in mortem tradende manducationem, & sanguinis effundendi potum, nobis à Christo commendata, testantur & Euangelistę, & Apostolus Paulus. Itaq; nec Mattheus, nec Marcus faciendi verbum vsurpant, nec Lucas, nisi in calice tradito. Apostolus autem Paulus in vtroque commemorat, & quod in cœna sua nihil aliud præceperit Dominus, quam carnis suę esum, & sanguinis potum, manifestè declarat. Loquitur Christus ad discipulos Lucę Cap. 6. Si bene feceritis, inquit, ñs, qui vobis benefaciunt, quæ vobis erit gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Quid obsecro Petre faciunt? an Sacrificiant, vel offerunt, eò quod in Leuitico facere vsurpatur pro offerre? Sed quid attinet istorum nugas, certis rerum demonstrationibus refutare, cum nonnisi hominis sit impudentissimi, ita scripturas peruertere, & reluctantes discerpere, sicut facere isti non reformidant. Itaque dum Scarga, tam impudenti mendacio nihil se proficere animaduertit, ad Tyrānicam potestatem Papæ declinat: & quia hunc, legitimum ius scripturas interpretandi habere iactat, in ea prorsus interpretatione nobis acquiescendum esse clamat. Sic verò isti Ro-

Refutatur error Iesuiticus.

mani sedendo vincunt, & dum nulla arma expediunt,  
ad solum superbum imperium, nos sibi subiectos esse  
volunt. Sed examinata hominum turba, meretri-  
ci pareat, nos autem ad solam vocem leonis  
de tribu Iuda, & tremere, & mandatis  
eius parere decet.



## LIBER SECVNDVS.



Erùm ne in persecùdis Scarge ineptijs,  
que me à proposito toties argumento di-  
gredi cogunt, diutius immorer, iam tan-  
dem ad secundam eius demoliendam co-  
lumnâ accedo. In hac autem ille proba-  
tiones aliquot adducit, pro reali mutatione elemento-  
rum cœnæ Domini in res ipsas, sed quæ eò recidunt,  
vt verbis Christi eam inesse efficaciam ostendat, quod nimirum, quæ velit, & quæ  
fieri iubeat, illa cœnæ necesse sit. Ac proinde, cum reuera corpus suum discipulis,  
ad manducandum dare voluerit, idque verbis suis testatus sit, corpus id omnino illi-  
us esse, quod dedit, & nihil aliud præterea, credendum nobis Scarga ostendere conatur.  
Verùm quàm legem iste nobis fert, miror cur eam fer-  
re ipse recuset. Nam si omnino eo sensu verba Christi,  
sicuti sonant, accipienda esse vult, vt quid ipse præter  
corpus Christi, quod solum tamen à Christo dari exau-  
dit, simul accidentia etiam panis exhiberi asserit? Ita  
verò dum omnia maledicta in nos euomit, dū Satanam  
plus Christo & verbo eius potenti, quàm nos tribuere  
clamat, totidem verbis seipsum condemnat, & gladium  
quo se

Secunda Iesu-  
tica columna

quo se iugulet, impudenter stringit. Præterea multis ex scriptura sententijs, & virorum sanctorum exemplis demonstrare nititur, non rationis iudicium, non experimenta sensuum, ubi quid dominus mandat, aut promittit, esse sequenda, sed simpliciter, & sine vlla inquisitione credenda. Vt quid ergo, Petre, sensus te tui decipiunt, vt quia tactus & gustus, panis ac vini proprietates agnoscit, panis & vini accidentia non tollas, vnaque cum accidentibus Corpus Christi dari perhibeas? Neque enim Christus dixit, in saluis accidentibus panis & vini, mutata eorum substantia, do vobis corpus & sanguinem meum: sed dixit simpliciter, hoc est Corpus meum, hic est sanguis meus. Quid igitur tumultuaris? vt quid Deorum & hominum fidem imploras, & omnes execrationum diras in nos depromis, quod sensibus conuicti, panem & vinum recognoscimus, cum ab eisdem sensibus tu iudicium facias, vt accidentia salua esse, negare non possis?

Scarga à suis  
sensibus decipi-  
tur.

Imò si saperes, & naturam Sacramentorum bene cognitam haberes, adeò sensus omnes nihil fidei tue officerent, vt quod extrinsecus isti renunciarent, id fidei interius apprehendendum esse, te doceret. Idè enim hæc Sacramenta sunt, quia aliud foris ostentant, & aliud intus exhibent. Nec verò externa hæc, quæ percipiuntur sensibus, aboleri attinet, quando abolita, non amplius essent Sacramenta. Sed veterum patrum citas nobis plurima testimonia, qui quidem ante consecrationem panem & vinum esse, post consecrationem autem, corpus & sanguinem Christi existere, disertè scribunt. Verùm non ea illorum fuit

Quid patres mens, & substantiam rerum visibiliū, in Sacramento  
 tollent: sed vt res cum signis simul coniunctas esse  
 docerent, & ex communi ordine naturę exempta, signa  
 rerum diuinarum & cœlestium existere statuerent. Ita  
 enim Irenæus vetustissimus Ecclesię doctor scriptū re-  
 liquit. Panis, inquit, qui est à terra, percipiens vocatio-  
 nem Dei, iam non communis panis est, sed Eucharistia  
 ex duabus rebus constans, terrena & cœlesti. Et Gela-  
 sius Episcopus Romanus. Certe Sacramenta, inquit,  
 quę sumimus corporis & sanguinis Christi, diuinę res  
 sunt, propter quod & per eadem, diuinę efficimur con-  
 sortes naturę. Et tamen esse non desinit substantia, vel  
 natura panis & vini. Ab hac verò veterum sincerita-  
 te, procul distat Concilij illius Lateranensis definitio, &  
 palinodia, Berengario oblata, qua perhibetur corpus &  
 sanguinem Domini sensualiter, non solum Sacramen-  
 to, sed in veritate manibus Sacerdotum tractari. Qua-  
 re quibuscunq; elogijs, autoritatem conciliorum isto-  
 rü nobis Scarga deprædicet, quę p̄ transsubstantiatio-  
 ne posterioribus temporibus sententiam tulerunt: no-  
 bis tamen non persuadebit, vt non maiori pretio sancta  
 illa & pia vetustas apud nos reputetur, quę procul ab  
 omnibus his & rerum & verborum mōstris abfuit: quo-  
 rum ingens pelagus, post trāssubstantiationem intro-  
 ductam, in Ecclesiam exundauit. Nam vt multa absur-  
 da & inconuenientia omittam, certe vel vnica hæc de  
 accidentibus sine subiecto subsistentibus asseritio, tam  
 nihil cum sacris scripturæ oraculis habet commune, vt  
 quia magis redolet argutias Philosophicas, meritò Chri-  
 stianis omnibus debeat esse suspecta.

Quid patres  
 sentire de E-  
 ucharistia.

Palinodia Be-  
 rengarij An.  
 Do. 1059.

Accidentia si-  
 ne subiecto in  
 uetum est so-  
 phisticum.

Diuigi

Diui quæ Pauli Apostoli sententia, omnibus humanis te-  
 stimonijs preponderat, qui in Sacra hac cœna & panem  
 frangi & panem manducari perhibet, & qui tamen in-  
 dignè manducauerit panem hunc, & calicem Domini  
 biberit, non in panem, sed in ipsum corpus Domini pec-  
 care, iudiciumq; sibi manducare asserit. Ita enim Sa-  
 cramentorum omnium à Domino institutorum fert na-  
 tura, vt quod externis sensibus ingerunt visibilia ele-  
 menta, id fidei & menti res ipsa diuinæ, ac cœlestes ap-  
 prehendum offerant. Nam sicut panis vitam su-  
 stentat, vires corporis reficit, ita caro Christi, immorta-  
 litatem animæ nostræ tribuit, & omnibus diuinis doti-  
 bus eam exornat, ac per mutuuum commercium, in corpus  
 etiã ipsum immortalem vitam trãsfundit. Sicut vi-  
 num calefacit, & hilaritatem cordi inducit: ita & san-  
 guis Domini, à sordibus peccatorum animam repurgãs,  
 vera eam læticia instruit, & in certam vitæ æternæ spem  
 erigit. Appositè itaq; Augustinus in libro de doctrina  
 Christiana secundo, signum definit esse rem, quæ præ-  
 ter speciem, quàm ingerit sensibus, aliud aliquid ex se  
 facit in cogitationem venire. Et idem Sacramentum  
 finit, signum rei esse Sacre, ac item inuisibilis gratiæ vi-  
 sibile verbum. Ex hac verò sana veterum patrum do-  
 ctrina, cum scripturis Apostolicis optimè congruentem,  
 facile videre est, quidnam Pontifices Romani, cum suis  
 Concilijs effecerint, qui Apostolicam, & auitam Eccle-  
 siæ sanctæ conculcantes, de hoc Sacramento doctrinam,  
 nescio quod nouum dogmatis monstrum pepererunt,  
 & omni tyrannide, varijs cædibus hominum ac flammis  
 hæctenus propugnauerunt. Atque eò magis hæc illo-

Sacramento-  
rum natura.

Sacramentum  
est rei sacre si-  
gnum.



Vt in Baptif-  
mo aqua ita  
In Euchariftia  
non mutatur  
panis.

rum cœcitas deploranda est, quod cum in altero Baptif-  
mi Sacramento, ad obfignandam spiritualem gratiam,  
& testandum virtute spiritus S. regenerationis factę  
donum, elementum aquę non mutari, neque à sua sub-  
stantia difcedere fatentur: non poffe tamē corpus Chri-  
fti participes fieri, inuifibili panis figno fideles existi-  
mant, nifi panis, substantiam fuam deponat, & fola ac-  
cidentium fpectra nobis relinquat.

Sed Scarga multò fublimius, cœnę Domini  
mysterium, nec cum Baptifmo comparandum dicit, vt  
quam elemēti mutationem non necesse est in Baptifmo  
interuenire, in Sacramento Euchariftię eam omnino fi-  
eri oporteat. At quare obsecro? Quia, inquit, de elemento a-  
quę hac verborum forma Chriftus non est vſus, quā in pane tradito vſurpauit.  
Nam quia panem acceptum vocauit corpus ſuum, veram ergo panis mutationem in  
corpus ipſum factam eſſe credendum eſt. De aqua autem Baptifmi nuſquam Chri-  
ſtus dixit, hæc eſt regeneratio ſpiritus Sancti, ſiue hoc eſt ſpiritus Sanctus.  
At verò Petre, Apoſtolus Paulus optimus inſtituti Do-  
minici interpres, vocat aquam hęc lauacrum regenera-  
tionis & renouationis ſpiritus S. & quicunq; bap-  
tizati ſunt, eos induiſſe Chriſtum teſtatur, vt tam in Ba-  
ptifmo, quam in Euchariftia, vnum idemq; obiectum  
omnibus ad ſalutem propoſitum, Chriſtum nimirum o-  
ſtendat eſſe: eiusque participes factos, in omnium bo-  
norum eius ſocietatem cooptatos, & in poſſeſſionem  
vitę ac ſalutis æternę admiſſos. Ideoque Auguſtinus  
omnes eos, qui ex hac vita ſine Euchariftię vſu exceſſe-  
runt, nihilominus ſalutis æternę compotes eſſe teſtatur,  
vtpote quod in Baptifmo, carnis & ſanguinis Domini  
participes facti ſunt.

Mortui abſq;  
vſu eucha-  
riſtię

Quod autem ex benedictionis vi, quam Chriſtus  
In cœna

In cœna sua adhibuit, mutationem elementorum in res ipsas cœlestes factam asseris, id quidem sicut temerè à te dicitur, ita nullo negotio à nobis refellitur. Vtitur quidem Mattheus & Marcus benedicendi verbo, sed dum calicem à Christo discipulis datum commemorant, pro benedictione gratiarum actionem, factam ab eo subijciunt. Lucas autem, & Apostolus ad Cori. Cap. II. nulla benedictionis mētionē facta, gratiarum actionem ponunt: vt nimirum quid per benedictionis vocabulum sit intelligendum, tam clara interpretatione ostendant. Atque vt Scargæ concedamus, vtrumq; à Christo sicuti contendit, fuisse adhibitum, & quod gratias egerit, & quod simul benedixerit, quid tamen ex benedictionis verbo, ad trāssubstantiationem suam comprobendam subsidij habeat, videre non possumus. Benedixit Christus, vt Lucas memorat, illis quinque panibus, & duobus piscibus: qui tamen non mutati, sed aucti sunt, & ascensurus in cœlum, benedixit Apostolis: nihilo post factis alijs. Nam quotiescunque Dominus, vel nobis vel alijs creaturis benedicere dicitur, id perinde est, ac si suam beneficentiam effundere dicatur, vt fideles quidem gratijs ac donis cœlestibus afficiat: reliquis autem omnibus creaturis, virtute sua potenti incrementa sua supeditet, & eas in statu suo perenni conseruet. Ita verò Paulus Apostolus ad Ephes: Cap: I. Benedictum Deum & Patrem Domini nostri Iesū Christi, nobis benedixisse omni benedictione spirituali; in cœlestibus in Christo prædicat, eò quod omnes diuitias cœlestes, vtpotè ex gratuita electione sua, peccatorum remissionem, & vitam æternam nobis donauerit. Moses autem Gen: Cap: I.

H

omni

De benedicti  
one.

Eucharistia.

Quali benedi-  
ctione Chri-  
stus in sua cer-  
na usus.

omni anime viuenti Deum benedixisse affirmat, quod nimirum nutu, ac potentia sua facunditatem & generandi potentiam illi infudit. Nos autem Domino benedicimus, quum pro omnibus illius beneficijs in nos collatis gratias agimus, & summam illius bonitatem debitis laudibus predicamus. Et sanè non alia benedictione Christum in cœna sua usum, testantur Evangelistę & Apostoli, nisi quod æterno Deo & Patri, pro admiranda redemptione generis humani facta, gratias egerit, & salutem, in suo corpore, pro peccatis mundi tradendo, oblatam hominibus, iustis præconijs celebrauerit. Facessat ergo Scarga cum falsa sua verborum Christi interpretatione, quam quibusuis quæsitis coloribus vbiq; adhibet, dummodò monstrum transsubstantiationis sue quocunque modo approbet.

Papistarũ be-  
nedictio.

Sed maior etiam impudentia & improbitas istorum, in eo se prodit, quod natiuam ac genuinam vocabuli huius significationem, tam fœdè corrumpant, vt nihil aliud istis iam sit benedicere, quàm figuram crucis exprimere, & ex benedictione magicum quendam exorcismum constituere. Sic nimirum isti benedicunt aque, & innumeris alijs creaturis, dum signo crucis imposito, ex profanis sacras faciunt, & nescio quę salutis subsidia, ex frivolis suis nugis, non minus stultè quàm impiè venantur. Neque enim in cuiusuis hominis potestate est, sacras res cõstituere, aut verbum ipsum Dei, quo solo Sacramenta ordinantur, in ceremonias extraneas, & ab instituto Christi alienas, conuertere. Solum enim promissionis diuinę verbum est, quo elementa ad testadã Dei gratiam semel instituta, ita sanctificantur,

Solo Dei ver-  
bo res Sanctę  
sunt.

1. Timo. 4.

vt in

vt in eis dona cœlestia amplectamur, & sub visibilibus symbolis, inuisibilibus gratiæ Dei muneribus, nos reuera donari credamus. Accedat, inquit Augustinus, verbum ad elementum, & fiet Sacramentum. Vnde enim ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. Indè verò cuius perspicuum est, quæ sint verbi diuini, in consecrandis elementis partes, & quomodo signa rebus ipsis respondeant, ac diuersis officijs inter se distinguantur. Magna ergo stoliditas istorum est, qui aliundè elementorum consecrationem petendam, quàm ab ipso verbo vocali, & in aures hominum personante, ad fidem in corde concipiendam existimant, & qui elementa ipsa substantiam suam amittere, in resque ipsas significatas conuerti somniant.

Mutantur enim, non in substantia, sed in vſu, dum ex profanis, per verbum Dei sacra esse incipiunt: & non ad eum finem, ad quem natura destinata fuerant, sed ad offerenda spiritualis gratiæ in Christo dona, vsurpantur. Sed Scarga mutationem hanc subſanat, & in cuiusuis hominis potestate sitam esse perhibet, vt virtuti diuinæ in permutandis rerum creaturis, nihil omnino à nobis tribui ostendat. Sic enim agricola, inquit, ex lapide limitem constituit, dum ad agros determinandos pro libito eum collocat. Sic & caupo hederam pro signo vini suspendit, & tot fore, hominum arbitrio Sacramenta cauillatur, quot signa rerum constituere illis libuerit. Sed in eo turpiter errat, quod inter res sacras & prophanas non discernit, signaque humana cum si-

Qualem mutationem in Eucharistia admittunt Eucgelici.

gnis diuinis temere confundit. Non negamus enim varia rerum ab hominibus ordinari posse signa, sed que rem diuinam ac cœlestem proponant fruendam, id quidem in nullius hominis arbitrio, sed in sola Dei situm potestate agnoscimus.

Sacramenta-  
lis mutatio.

Nisi forsitan Scarga Baptismi Sacramentum à quouis homine institui potuisse obganniat, eò quod sola Sacramentalem, & non substantialem aque mutationem, in hoc Sacramento factam recognoscere cogitur. Ita verò miser hic homo temere quiduis effutens, secum ipse pugnat, & quid aut neget, aut affirmer, ignorare videtur. Sed magna hic quoque inuidia nos sese aggrauare putat, qui in consecrandis Sacramentis, totam vim ex ipso Christi instituto, verboque eius Sacro petendam ducimus, totamque benedictionem nostram, in sanctis precibus, & gratiarum actionibus repositam, & non in crucis signo, quod passim pro benedictione isti vsurpant, credimus.

Scribit enim rem esse vetustissimam, & ab ipsis vsque Apostolorum temporibus in Ecclesia vsitatam, vt homines signo crucis, cubilia sua, parietes, fenestras, frontes insignirent, ipsamque in consecrandis etiam Sacramentis adhiberent. Probat etiam Iuliani Apostate exemplo, satanam signo crucis ab ipso fugatum, dum magicis artibus intentus, spectra dæmonum apparentium, perterritus ferre non posset. Inde verò certissimam

De signo crucis.

probationem Scarga se habere putat, quod nos vetustū intermittentes morem, non Apostolorum successores, sed hereticorum filios ipsis factis nos testemur, & quod Dæmonum nos socios profiteamur, qui crucem Christi perinde vt illi extimescamus. Nos verò non diffitemur, ab antiquissimis scriptoribus signi crucis mentionem fieri, & in ordine traditionum viua voce & non scripto traditarum à Tertulliano recenseri, sed tam ne-

cessarium

cessarium illius esse usum, vt sine abnegatione religionis Christianę omitti nequeat, id verò pernegamus. Recenset enim inter reliquas traditionum species, non magni sanè momēti Tertullianus, & eam traditionem, quod populus Christianus non nisi ad orientem conuersus oret. Verùm quis hodie in toto populo Christiano est, qui hanc legem imponi sibi patiat, vt dum orationem ad Deum fundit, orientem semper sibi spectandum esse statuatur? Omnes ergo hæreticos, & non legitimos Apostolorum filios, seque ipsum Scarga iudicet, qui traditionem Apostolicam tam securè contemnant.

Verùm ceremonias quasque, & externos ritus, p tempore à fidelibus & certa aliqua de causa vsurpatos, non in eo numero Christiana religio habendos statuit, vt non liberam vel vsurpandorum, vel omittendorum potestatem semper habeat. Quod si superstitione, & praua cultus opinio accesserit, ad eò non retinenda esse, quæ abusus polluit, pietas Christiana suadet, vt potius iusto iudicio repudianda censeat. Itaque quod sancta illa vetustas signo crucis, citra vllam superstitionem fuerat vsa, minimè reprehendendam ducimus; at verò quid sequens ætas ad impiam crucis adorationem, & prauam ligni illius vsurpationem fuit prouoluta, eam necessariò nobis esse tollendam iudicauimus. Testantur enim festa inuentę & exaltatę crucis instituta, & cantilenę in festis hisce vsurpatę, quàm horrēda cultus diuini hic fuerit profanatio, & quàm crassa viguerit idololatria. Non ergo sublata superstitione praua, o dium aliquod in signum crucis testamur, sed rei licite v sum, tam

Antiqui bene  
vñ sunt signo  
crucis, male  
ñ qui sunt ho  
dic Pontificij.

sum, tam fœdè & impiè conspurcari minimè ferimus. Nec verò ab Iuliano apostata, aut dæmonibus, quanta sit in eis repellendis crucis vis, exempla nobis petenda iudicamus, sed certioribus à spiritu Sancto instructi armis, contrà omnes satanę insultus inuicti perstare didicimus. Docet enim Apostolus ad Ephesios Cap: 6. quæ sit illa panoplia Dei, qua omnia iacula satanę ignita extinguere possimus, nempe si stemus lumbis circumcinctis veritate, & induiti thorace iusticię, calceatis pedibus præparatione Euangelij pacis, & assumpto scuto fidei, gladioque spirituali, hoc est verbo Dei, & omni prece ac supplicatione precantes per spiritũ, huicque rei inuigilantes cum omni perseverantia. Vide ergo Petre procacis ac maledicę linguę tuę vitium, qui sanctos Dei seruos, ita cum Satana certantes, socios illi fingere non exhorrescis, te verò illius esse hostem in profunda demersus idololatria, fallaciter opinaris.

Sed maius etiam acerbitatis suę virus iste in me euomit, dum nullum omninò pudoris, ac veritatis in me restare vestigium asserit, eaque mentiendi ac calumniandi licentiã me occæcatum dicit, vt me à mente deserì, & maledicentię studio in furorem compelli perhibeat. Est autem hoc, quod falsissimè à me tribui scriptoribus Ecclesię Romanę dicit, & apud nullum omninò Papam aut scriptorem probatum id reperiri contendit, quod nimirum Sacerdos, salua tamen reuerentiã Dei patris, maiorem potestatem quàm Deus ipse habeat, vtpotè quòd Deus, intra dies sex vniuersam creaturam condiderit, Sacerdos autem quinque prolatis verbis, creat ipsum creatorem. Hoc enim à me ipso, sine certo auto-

r e f i

panoplia dei  
non signũ cru-  
cis: sed fides &  
preces.

te fictum, & ad odium apud imperitos Sacerdotibus  
 conciliandum, falso excogitatum dicere iste non dubi-  
 tat. Ego verò vt me semel à tot contumeliarum ac- Scargæ conul.  
 leis expediam, falsaque omnia crimina ab hoc obiecta, Stus mēdaci.  
 ri mihi ostendam, certos huius sententię à me allegatę  
 autores producam. Ac primùm quidem circumfertur  
 liber istorum, hoc titulo prænotatus: Bulla Sixti Papę  
de dignitate Sacerdotali, qui atrocem hanc in Deum,  
 iisdem verbis vomit blasphemiam. Est & alius libel-  
 lus eorundem qui lauacrum conscientię appellatur, in  
 quo hæc leguntur. O veneranda dignitas Sacerdotum!  
in quorum manibus, quotidie incarnatur filius Dei. Est  
 item eiusdem officinę alius, stella clericorum dictus, in  
 quo non absimiles leguntur sententię, multis impijs &  
 in Deum contumeliosis vocibus scatentes. Verùm vt  
 authenticum librum iste habeat, & iudicio sanctę Eccle-  
 się Romanę approbatum, omnibusque huius Ecclesię  
 pastoribus ac parochis notum, legat obsecro sermonem  
Discipuli vigesimum octauum de honore, & sermonem  
centesimum vndecimum de Sacerdotibus. Ibi enim  
 inter cætera verba, & elogia, quibus dignitatem scri-  
 ptor hic celebrat Sacerdotalem, ita loquitur: Sicut  
 beata virgo per quinque verba, concepit Iesum Chris-  
 tum, fiat mihi secundum verbum tuum, sic Sacerdos  
 conficit per quinque verba verum corpus Christi. Et  
 sicut immediatè post consensum Marię, fuit Christus  
 totus in vtero eius, sic immediatè post plationem ver-  
 borum consecrationis, trãssubstantiatur panis in verum  
 corpus Christi. Sicut beata virgo post partum Chris-  
 tum portauit in manibus suis, & in præsepe collocauit,  
 sic Sacer-

Blasphemię  
 papisticę.



Sacerdos cre-  
at suum crea-  
torem.

sic Sacerdos post consecrationē, leuat corpus Christi, & locat & portat, & tractat eum in manibus suis. Et paulo post: Nam Sacerdos est altior regibus, felicitior Angelis creator sui creatoris, quare merito est honorādus. Vides ne Scarga me nō fuisse mentitū, & quę probra ac male dicta in me congeris, hæc in teipsum cadere iudicio bonorum omnium animaduertis? Sed aderit breui Dominus huius tuę pētulantię, & linguę maledicę iudex, nisi pœnitentiam egeris, & aliquando tandem ad saniorē mentem redieris.

Nunc ad tertiam columnam accedo, Missę nimirum sacrificium in quo quidem cum totius religionis Romane cardo, & fortunarum omnium columen istis consistit, pluribus etiam fulcris ad eam stabiliendam vtitur Scarga. sed omnibus adeò ruinosus, vt leui impulsu facilè omnia labefactari, & in nihilū redigi possint. Ac primum quidem fulcrum ad erigendam Missę columnam dicit se afferre, scripturam scilicet Propheticam & Apostolicā. Audiamus, obsecro, quid tanto dignum ferat, hic promissor hiatu. Hoc enim si ex scripturis pbauerit, vltro pedib9 in eius sententiā ibimus, nec vllas præterea pbationes, quas in mediū adducit, requiremus. Dixit inquit Christus in vltima illa sua cœna. Hoc facite in meam commemoratiōnem. Hoc autem verbo, dicit Scarga, Sacerdotes à Christo constitutos, vt potè quibus corporis sui offerendī potestatem, contulit, idque facere, quod primus ipse fecit mandauit. Prius autem ipse corpus suum Deo Patri obrulit, ac deinde post oblationem peractam, comedendum illud Discipulis suis exhibuit. O inlignem hominum istorum impudentiam, & Diabolicam in obterenda tam clarę veritatis luce audaciam! Ab istisnè aliquid bonę frugis expectandum est, qui tam proteruè Deo, & sancto eius verbo insultant, adeòque cum ipsa conscientia

3  
Tertia colu-  
mna missę sa-  
crificium.

conscientia sua bellum gerunt? Describunt Evangeliste  
 concordia omnes voce, & Apostolus Paulus, quid  
 Christus in cœna illa sua egerit, quomodo panem in  
 manus acceptum fregerit, discipulisque suis, corpus su-  
 um vocatum edendum dederit, idque facere in memo-  
 riam mortis suæ mandauerit, at aliam quandam actio-  
 nem, quod ad panem illum & poculum attinet, à Chri-  
 sto institutam esse, ne minimo quidem verbo mentio-  
 nem faciunt. Scarga autem contrà assurgit, & quod  
 prius in specie panis ac vini corpus suum ac sanguinem  
 Deo Patri Christus obtulerit, quàm hæc comedenda &  
 bibenda Discipulis tradiderit, comminisci non veretur.  
 Cuiusnam hic fidem habebimus, vtrum spiritui Sancto,  
 clarè de instituto Christi per os Apostolorum testificati,  
 an verò homini temerè nec visa vnquam, nec audita fin-  
 genti? O cœcam hominum temeritatem, & securum  
 Diuini iudicij, in corrumpēda eius veritate contēptum!

Scarga Chri-  
 sto aduersa  
 scribit.

Et isti tamen se iactitant Catholicos, se solos  
 scripturarum legitimos interpretes, qui ex professo il-  
 larum conculcandarum, & ad sensus suos detorquēda-  
 rum, se hostes profitentur. Verùm Scarga priorem il-  
 lam hic mihi inculcat cātilenam, ex leuitico nimirum, &  
 numerorum libro, vbi facere columbum aut turturem,  
 pro peccato sacerdos iubetur, ad comprobendam cor-  
 poris Christi oblationem, eò quòd facere illic significet  
 offerre. Miror autem cur ex Ecloga tertia Vergilij id  
 quoque prætermiserit, Cùm faciam vitula pro frugibus,  
 ipse venito. Sed vanitatem hominis iam ante confu-  
 saui, cum & subiectum rei argumentum, ad quod ex-  
 primendam

Hoc facite.

Scarga Apo-  
stolus.

primendum adhibentur verba, istam interpretationem non admittit, & Apostolus Paulus sensum verborum Christi ita explicat, vt facere nihil aliud esse intelligat, quàm ex præscripto Christi manducare & bibere, ad mortis eius commemorationem. Verùm Scarga Paulo reclamatur, neque in eius interpretatione acquiescit, vt potè cum Christus prius dixerit, Comedite, ac deinde subiecerit, Hoc facite, ac proinde hoc ad illud referri minime posse contendit. Nos verò interim Pauli interpretationem amplectemur, donec ex numero Apostolorum expuncto, in locum eius Scargam substitutum à Domino viderimus, vt potiorem huius quàm illius interpretationem ducamus. Putat enim Scarga idè se Apostolum, quod nullibi certam ac fixam habeat sedem, & qui nuper Viennæ fuit, nunc subito migrare Rigam se coactum dicat, ac fortassis etiam in Indiam vsq; nouam, excurrendum sibi metuat. Habet enim hanc potestatem nouus ille Romæ Christus, vt sicut omne illius varijs artibus ac dolis rapuit imperiũ, ita ad subiugandum sibi ignotum etiam orbem, & spargenda falsa doctrine mendacia, hos nouos creat cursores & Apostolos. Sed viderint illi, quam Apostolatus huiusce noui rationem, Christo Domino & iudici sint reddituri.

Illud saltem in præsentia, expediat nobis bellus hic Apostolus Scarga, cur in verbis Christi, illud quod facere ipse in memoriam sui mandauit, non posse ad præterita referri verba existimat. Verùm sicut iste vanæ opinionis suæ nullam rationem afferre potest, ita eam omnium linguarum vsus, & sermonis inter omnes homines vsitata forma reuincit. Nec attinet ex profanis scripto-

his scriptoribus, & quotidiano dicendi vsu producere exempla, quando scriptura Sacra infinita testimonia nobis suppeditat. Loquitur alicubi scriptura. Si videris inimicum tuum esurientem, ciba eum, si videris sitientem, pota eum: Hoc enim faciens, carbones ignis coaceruabis super caput eius. Quid obsecro in verbis istis facere aliud significat, nisi quod præterita verba denunciant, vt nempe rebus afflictis inimici cōsulatur. Sed Scarga sacrificium Missæ perpetuo somnians, facere hic pro sacrificare vsurpabit, eò quod in Leuitico facere significat offerre: & quod quæ prius dicta sunt, eadem in sequentibus verbis, non nisi absurdè repeti posse opinatur. Verùm quidquid tandem sentiat, aut loquatur iste, videt nihilominus causam totam suam, si culneo niti præsidio. Itaque omni scripturæ sanctæ autoritate destitutus, ad humanum confugit subsidium, & quosdam ex veteribus citat scriptoribus, qui Christum dicunt in cœna sua noui Testamenti, nouam donauisse oblationem: quàm Ecclesia ab Apostolis accipiens per vniuersum terrarum orbem offert Deo. Ita enim loquentem inducit Ireneum, ita Cyprianum, ita Chrysostomum, & reliquos non paucos, qui oblationis à Christo factæ, & deinde à Sacerdotibus vsurpandæ mentionem faciunt.

Scarga destitutus testimonij, ad humana confugit.

Sed magnam his quoque patribus antiquis facta ille iniuriam, quibus hunc Missandi, vel Sacrificandi ritum, qualis quidem in Romana hodie vsurpatur Ecclesia, attribuit. Nihil enim aliud per oblationem corporis Christi illi intellexerunt, quàm gratiarum actionem, & Sacrificium laudis, quod ab omnibus fidelibus

Quid veteres per oblationem corporis Christi intellexerent.

ad Sacram illam mensam Deo penditur, pro redemptione generis humani facta: & quod sit commemoratio sacrificij illius, semel in cruce p peccatis hominum peracti. Ita enim loquitur Augustinus. Dum hostiam frangimus, & ex calice sanguinem in ora fidelium fundimus, quid aliud facimus, quam oblationem corporis Christi in cruce, & sanguinis eius ex latere effusionem significamus? Ita verò oblatio, cuius patres meminerunt, in communicandis ac distribuendis populo fidei Sacramentis, tota peracta fuit, & non in priuata vnus Sacerdotis actione, qui offerendi corporis Christi partes susciperet, talèque oblationis munus, quale nunc in Missa peragitur, sibi vsurparet. Hoc verò & in alio loco testatur idem Augustinus. Solus in se semel tantum oblatus est Christus, & tamen in Sacramento, non tantum perfecta paschatis, sed quotidie offertur hominibus. Huic verò adstipulatur & Ambrosius. Quia per mortem, inquit, Domini liberati sumus, hoc in memoriam facientes, manducando ac bibendo, corpus & sanguinem Domini, que pro nobis oblata sunt, significamus. In hanc autem sententiam multis in locis loquitur Cyprianus, Chrysostronus, Cyrillus Alexandrinus, & plurimi ex veteribus alij. hoc nimirum omnes innuētes, sacrificium illud quod vocant incruentum, in sola Sacramentorum distributione, & non in priuata aliqua Sacerdotis vnus oblatione peractum fuisse. Fucum ergo faciunt nobis noui isti Apostoli, ex vocabulo oblationis à veteribus vsurpato, suo detestando errori affines illos facientes, à quo tamen fuisse alienos, vniuersa eorum scripta testantur. Et sanè Canon ille Missaticus,

in quo

Canonē Mis-  
sæ scholasti-  
cus excogita-  
uit.

In quo hæc oblatio istorum tota continetur, post om-  
nes hosce, quos citauimus scriptores demum inuentus,  
malitiosum & vanum figmentum istorum redarguit.  
Scribit enim innocentius Lib: 3. de sacro Altaris myste-  
rio Cap: 10. quo ad Gelasium Papam, ordinatio Cano-  
nis principaliter referatur: Sed vt beatus, inquit, Gre-  
gorius asserit in Registro, scholasticus illam orationem  
composuit, quæ super Eucharistiam dicitur in secreta.

Inde verò perspicuum cuiuis fieri potest, quan-  
ta istorum impudentia sit, qui rem nouam, & olim in-  
auditam, ac quingentis demum annis post tempora A-  
postolorum, ab obscuro quodam autore compolitam, ab  
omnibus sanctis illis patribus vsurpatam, dicere non e-  
rubescunt. Atque adeò nihil dignitatis ac veneratio-  
nis habet cento ille Missaticus, vt à magestrate veterum  
omnium alienus, magnam inscitiam simul, & fœditatem  
sermonis redoleat. Et quia non Apostolicum, sed hu-  
manum est inuentum, ideò ingenio hic quisque suo in-  
dulsit, vt multiplicem subinde huic Canoni, affingerēt  
formam, variosque illi pro arbitrato suo adderent colo-  
res. Itaque Græca Ecclesia diuersam, à Latina in eo se-  
quitur formam: & quæ Chryostomo ac Basilio falsò  
tribuuntur Liturgiæ, præter multas friuolas ac nuga-  
ces ceremonias, diuersam, & sibi mutuo repugnantem  
oblationis à Sacerdote vsurpandæ speciem ostentant.  
Nam superstitionem quidem ridiculam, annon merito  
quisquam iudicet, quòd sacrum illum panem sacra eti-  
am quadam dicunt se pungere lancea, & ad singulas  
puncturas, verba quædam ex capite Esaia 53. recitant:  
ac deinde dextram sacri huius panis partē lancinando,

Missæ Græco  
rum canon.

hac pronunciant, & vnus ex militibus lancea latus eius aperuit, & confestim exiuit sanguis & aqua. Ac deinde stellulam quandam thurificatam, super panem ponunt, ac dicunt. Et veniens stella stetit supra, vbi puer erat positus, vbique nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Hos & similes humani ingenij lusus, quis dicat redolere grauitatem Apostolicam, ac nõ potius malam fatanę recognoscat fraudẽ, qui in adulterãdo Christi instituto, & explodenda simplicitate Apostolica, hic maxime ingenium suum ostentauit? Quod autem ad Canonem oblationis attinet, nunc quidem hostiam incruentam, nunc rationalem cultum dicunt se offerre Deo, p omnibus in fide requiescentibus, pro patribus, Patriarchis, Prophetis, Apostolis præconibus, Euangelistis, Martyribus, Confessoribus. Singulariter autem pro Sancta, immaculata, benedicta, gloriosa domina nostra, Dei genitrice, & semper virgine Maria.

Hoc verò ænigma soluat nobis Scarga, vt quia corpus Christi à Sacerdote in Missa offerri dicit, p expiãdis viuorũ & mortuorũ peccatis, adhucne Patriarchas, Prophetas Apostolos, & potissimum virginem Mariam in pœnis purgatorij ignis detineri putat, vt ab illo igne liberandis, sacrificio Missæ succurrere illis oporteat: An verius, quia iam secuta composita pace, quiescere omnes hos confitetur Ecclesia, nihil aliud per oblationem rationalis cultus intelligi oporteat, quàm gratiarum actionem, pro vniuersa Ecclesia; quod eam inde vsque ab initio Dominus elegerit, iustificauerit, & sanctificauerit. Ita verò Scarga medius hic tenetur, vt in quamcumque propendat sententiã, nullum oblationi suę sit reperturus

Quæstio Scarga  
proposita.

reperiturus firmamentum. Et sanè quàm sibi hic mini-  
 me consent Liturgiæ istarum artifices, id multum  
 ab his diuersa, quæ Basilio tribuuntur verba demon-  
 strant. Nos verò, inquit, omnes ex vno pane & pocu-  
 lo participantes, aduna in mutuam vnus Spiritus San- Cano Basilii.  
 cti communionem, & neminem nostrum in iudiciũ, aut  
 condemnationem fac participare Sancto corpori &  
 sanguini Christi tui, sed vt inueniamus misericordiam  
 & gratiam, cum omnibus sanctis, qui à sæculo tibi pla-  
 cuerunt, pro patribus, Patriarchis, Prophetis, Apostolis,  
 Praconibus, Euangelistis, Martyribus, Confessoribus,  
 Doctoribus & omni Spiritu iusto in fide consummato,  
 singulariter sancta, immaculata, benedicta, gloriosa  
 Domina nostra, Deigenitrice, & semper virgine Maria.  
 Ex his vero diuersis & repugnantibus Liturgiã ver-  
 bis, non aliqua doctrinæ Apostolicæ, aut sinceritatis pri-  
 scæ, in administrando cœnæ Domini Sacramento appa-  
 rent vestigia, sed hominum auribus prurientium, & va-  
 rios sibi doctores coaceruantium, manifesta proponun-  
 tur exempla. At verò prisca illa & Apostolica ætas, ni-  
 hil hic sibi à Christi instituto alienum tentare permisit,  
 sed in simplicitate sibi præscripta fideliter sese continu-  
 it, & nulla Sacrificia corporis Christi vsurpans, in solo  
 corporis Christi esu, & sanguinis potu, memoriam sa- Prisca Chri-  
 stianorum æ-  
 tas caruit sa-  
 crificijs.  
 crificij semel in cruce peracti recoluit. Id verò vel  
 nus abundè nobis testatur Iustinus, scriptor vt antiquis-  
 simus, ita consuetudinis vetustæ, & in Ecclesia Dei vo-  
 surpatæ testis fidissimus. Nam hic ritum Cœnæ Domi-  
 ni describens, in Apologia pro Christianis oblata An-  
 tonio, eos in cœtum solere conuenire dicit, ibique reci-  
 tari



citari diuinās literas. quibus postea præfectus, pastor nimirum vel Episcopus adijciat suam adhortationem, qua quidem peracta, surgitur, & oratur, panis autem & potus ad præfectum affertur. Super quibus, quanta cum vi potest, gratias agit, illique ab omnibus respondetur, Amen. Postea verò Eucharistia distribuitur. Ac deinceps fit communis gratiarum actio, & Eleemosynarum oblatio.

Profanatio  
cœnæ Domini  
exorta.

Longo ergo demum post tempore, ad istam Dominicæ cœnæ profanationem peruentum est, vt sublata illa fidelium omnium communione, vnus à toto populo segregaret se Sacerdos, hancque priuatam oblationis exercendæ potestatem sibi vsurparet. Quæ cum à mente Christi eiusque instituto sit aliena, non possum demirari impudentem hominum istorum audaciam, qui Christum nihilominus eius autorem, ex vnica vocula perperam intellecta, & violenter in extraneum sensum detorta, hominibus persuadere student. Sed Scarga vt id obtineat, alio etiam scripturæ testimonio armatus nos oppugnat, & prælium infeliciter semel tentatum, denuo nobis instaurat. Scriptum, inquit, est in Psalmo de saluatore nostro, quod ille sit Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, ergo sicut Melchisedech obtulit panem & vinum, ita Christus in pane & vino obtulit corpus & sanguinem suum Deo, eamque oblationem Ecclesie, tradidit. At verò oblationem hanc, ne minimo quidem verbo à Christo peractam fuisse, testantur Euangelistæ: & quam huius rei probationem tu attulisti, iam supra à nobis demonstratum est, non nisi falsissimum tuum esse figmentum, & manifestam scripturæ sanctæ deprauationem. Nec verò Melchisedech, Deo panem aut vinum obtulisse legitur, sed

De Melchisedech.

Abrahæ

Abraha & exercitui eius à prælio reuertenti : vt ex itinere lassum , cibo ac potu reficeret pro liberalitate sua regia , pro munere autē Sacerdotij illi benediceret.

Quando ergò in Melchisedecho , qui tamen fuit typus & figura Christi , nulla oblatio panis & vini præcessit , quomodo complementum eius in Christo perfici debuit ? Imo verò quomodo veritas figurę in hac oblatione , quam fingunt isti , respondebit , cum abolita tota panis & vini substantia , corpus ipsum reuera & sanguinem se in Missa sua offerre Deo dicunt , Melchisedecum autem non nisi panem & vinum obtulisse profitentur ? Deinde cum non nisi semel Melchisedech panem illum obtulisse legitur , quomodo secundum ordinem Melchisedech , & non potius secundum ordinem Aaron oblationem hanc isti se perficere dicunt , quàm toties & sine vltimo fine repetunt ? Itaque mutuis contradictionibus isti se perimunt , suoque se gladio , quem in aduersam vibrant aciem , ipsi iugulant.

Sed ne oblationis huius suę fictę aliquam speciem , in Melchisedecho & Christo frustra requirant , iam diu comparisonem vtriusque Sacerdotij , spiritus ipse Sanctus per os Apostoli , in insigni illa ad Hebræos Epistola nos edocuit , & quid præcessit in Melchisedecho , quod plenè perfectum fuit in Christo , clarissime proposuit. Ac primum quidem , sicut Melchisedech rex fuit pacis & iusticię in figura : ita Christus fuit in ipsa veritate. Deinde sicut Melchisedech fuit sine Matre & Patre , neque initium dierum neque vitę finem habens : ita & Christus Dominus , vtpotè verus Deus , & initio & fine caret , estque sine matre respectu diuinę nature , sine

Christi &  
Melchisede-  
chi compara-  
tio.

Patre respectu humane . Postremo sicut Melchisedech æternus est Sacerdos in figura , ita & Christus æterno potitur Sacerdotio , quod neque finem habeat , neque vlllo alio successore indigeat . Atque hoc quidem discrimine , Sacerdotiũ Christi ab Aaronico distinguitur , quod sicut hoc morte finitum , successores subinde sibi succedentes requirebat : ita Christi perpetuum Sacerdotium , nullum successorem exposcit . Ac sicut Melchisedech ab Abrahamo , & ab ipso Leui , qui adhuc erat in lumbis eius , decimas accepit , eoque superior illi benedixit , ita à Christo pendet & Abrahami & omnium fidelium benedictio ac sanctificatio , abolita scilicet per mortis eius Sacrificium , omni maledictione . His quidem gradibus diuus Apostolus , collationem Sacerdotij Christi & Melchisedechi describit , & de oblatione panis & vini , vt Christi Sacerdotium aliqua ex parte huic typo responderet , ne minimum quidem verbum facit . Magna ergo hominum istorum audacia est , qui aut tam obliuiosum spiritum Sanctum reputant , vt dum singularim cuncta recenset , id quod maximi erat momenti , & in quo solo summam Sacerdotij constare isti arbitrantur , prætermiserit : aut quia id necesse omnino non fuit , isti homines miseri de suo addere , contraque voluntatem Dei fingere non verentur .

Sed ne sine autoritate aliqua id facere videantur , rursus nobis veteres obijciunt patres . Augustinus enim , inquit , Scarga , Cyprianus , Eusebius , Hieronimus , Theophylactus , & quidam alij , oblationem illam panis & vini à Melchisedecho factam , typum oblationis huius fuisse commemorant , quam Christus in corpore & sanguine

Sacræ oblationis Melchisedechi non meminit Apostolus .

& sanguine suo Deo patri peregit. Non diffitemur sane ex veteribus quosdam ita sensisse : sed quia extra scripturas loquuti sunt, diuersis aliorum etiam patrum sententijs reuincuntur. qui quidem non Deo, sed Abraham panem illum & vinum, ad victum suppeditata fuisse diserte profitentur: ac verbum ibi Hebraicum, proferre non offerre significare dicunt. Deinde quem typum in Melchisedeco agnoscunt, eius tamen complementum in oblatione semel a Christo in cruce peracta, factum fuisse aperte docent. Ita enim Ambrosius in Epist: ad Heb: Cap: 7. scribit. Sacerdos dictus est Christus, qui semel seipsum in victimam obtulit Deo, sicuti semel tantum de Melchisedeco legimus in scriptura sancta, & de eius Sacerdotio. Quod si aliquando scriptores antiqui hanc Melchisedeci figuram, in extrema etiam illa coena Christi completam fuisse docent, non eam tamen ad oblationem hanc restringunt, quam aduersarij falso comminiscuntur: Sed ad Sacramenti participationem, quo nimirum fideles omnes ad commemorationem oblationis semel, in cruce peractae fruuntur. Hoc enim idem Ambrosius in eadem ad Hebr: Epistolam Cap: 7. testatur. Huius oblationis ordinem, inquit, per mysticam similitudinem Melchisedec iustissimus Sacerdos instituit, cum Domino fructum panis & vini obtulit. Manifestum enim est, quod pecudum victimae cessarint, quae secundum ordinem Aaron & non Melchisedech fuerunt, sed haec institutio permanet, quae per vniuersum orbem in distributione Sacramentorum celebratur. Idem & Clemens Alexandrinus Stromatum Lib: 4. testatur. Melchisedech rex salem Sacerdos Dei altissimi, vinum &

Veteres quidam hallucinati sunt.

Melchisedechi actio figurata est Eucharistia.

panem consecratum dedit ad victum, in forma siue figura Sacramenti. Et Epiphanius Libro 2. contra Hereses. Abraham cum esset nonaginta annorum, & ad minimum octoginta, tum Melchisedec occurrit illi in via, & protulit illi panem & vinum, arcane mysteria figurans & typos, cum Dominus dicat, ego sum panis viuus, & typum sanguis eius, qui ex latere eius transfixo fluxit ad purgationem peccatorum.

Hæ verò veterum sententię, quamcunque similitudinem ex pane & vino Melchisedeci, in corpore & sanguine Christi illi venantur, nihil aliud tamen docet, quàm quòd in vnica illa Christi oblatione semel in cruce facta, fuit cõsummata, & in distributione Sacramenti à Domino instituti per vniuersum orbem subinde perficitur. Nihil ergo faciunt noui isti Sacrifici, qui tot veterum testimonia citant, nisi quòd testes ad coarguenda sua mēdacia, & deprehendēdos, quos malitiose nectunt dolos, parum cautè producant. Vbiq̃ue enim hic audimus patres vnus tantum oblationis & semel factę, mētionem facere, & quàm in cœna Christi representari dicunt, eam non nisi in Sacramentorum distributione perfici, apertè docere. Concidit ergo, veterum etiam patrum testimonijs rectè expensis, falsa hæc, quæ in Missa peragitur oblatio, & manifesta deprehenditur istorum vanitas, qui contra sensum scripturæ, & veterum omnium patrum, non vnã sed duplicem Christi oblationem, cõminisci non sunt reueriti, vnã quidem in specie panis & vini à Christo factam, & alteram in cruce peractam. Quod autē ad Malachię attinet prophetiam, quoniam hoc quoque tertio scripturæ loco,

Locus Malachię explicat

Scarga

Scarga Missæ suæ sacrificium stabiliri putat, nō magno sanè labore nobis opus est, vt fumū hunc, quem imprudētibus venditat, vel vno flatu dissipemus. Non negamus enim in Ecclesia Christi per vniuersum orbem offerri oblationem mundam Deo, sed quæ in spirituali Dei cultu, abolitīs omnibus veterum sacrificijs tota consistit, vtpotè quā Apostolus ab omnibus requirit fidelibus, obsecrans eos per miserationes Dei, vt listant corpora sua, hostiam viuam, sanctā, acceptam Deo, rationalem illum cultum suum. Et idem beneficentiæ ac cōmunicationis illos non vult obliuisci, nempe quòd talibus victimis oblectetur Deus. Petrus autē sacrum fidelium cœtum, spirituale vocat edificiū, Christo tanquā lapidī viuo superstructū: eosque in spirituali illo templo, tanquam Sacerdotes dicit constitutos, vt offerant spirituales hostias, acceptas Deo per Iesum Christum.

Magna ergo Scargæ incogitātia est, qui tot sacrificiorum species in Ecclesia propositas, clausis præterit oculis, & quarum nulla vsquam in scripturis Apostolicis mentio fit, has nobis introducit. Sed enim ex veteribus quosdam citat, qui Malachiæ vaticinium, ad oblationem sacræ Domini cœnæ referunt. Verūm ex veteribus fuit etiam Tertullianus, qui contra Iudæos scribens, per hanc Prophetiam, non nisi Sacrificia spiritualia laudis, & cor contribulatum acceptabile Sacrificium Deo, designari docet. Qui autem veterum ad sacram Domini cœnam hanc prophetiam accomodant, in eò tamen totam consistere docent, quod nimirum Christiani Sacramenta corporis & sanguinis Domini, in omni loco percipientes, perpetuam sanctissimi sacrificij

Quomodo in  
omni loco offerretur deo oblatio.

in cruce semel peracti memoriam faciunt, & pro tam eximio beneficio, sacrificium laudis immortalis Deo offerunt. Chrysostomus enim hanc explicans Prophetiam. Vide, inquit, quam latè & clarè Propheta mysticam exposuit mensam, quæ est incruenta oblatio. Iustinus autem, quid oblationis nomine intellexerint veteres, apertissimè docet, in Apologia secūda pro Christianis. Post precationem, inquit, salutamus nos osculo inuicè, deinde offertur calix aqua mixtus fratri priori, hocque accepto, patri omnium nostrum, gratiarum actionem, per nomen filij eius offerimus. Et Remigius. Non tantum solum, inquit, panem, sed & vinum docuit offerre Dominus, vt sitientes iustitiam, hisce mysterijs reficiantur. In hanc porrò sententiam & Augustinum, & alios vetustos patres loquentes iam ante ostendimus, vt qui eorum patrocinio hanc oblationem fictam se tutari putant, inanem saltem laruam nominis eorum prætentant, seque vtrò ipsi decipiant. Ex his verò omnibus commemoratis, iam satis cuius constare puto, quam scriptura sancta nihil omnino fictitio Missæ Sacrificio suffragatur.

Et quia in dogmatibus fidei Christianæ nihil omnino recipiendum est, quod nullo scripturæ testimonio comprobatur, ridiculum imprimis argutorem Scargam nobis se præstat, qui leuibus quibusdam præter scripturam ratiunculis adductis, hanc suam Missam se nobis probaturum putat. Est autem hoc primum, quod ad stabilendum suum commentum iste producit, præsentiam nimirum corporis Christi veram, sub accidentibus panis, quo quidem corpore Christi cum Deo parri nihil sit charius, nihil acceptabilius, offerendum ergo ipsi, quod semper in manibus habere licet, iste arguitur, vt ne in conspectu Dei, ita scilicet mandante Domino, manibus vacuis appareamus.

Scargæ argutia.

Scd

Sed fallitur iste vehementer, qui toties hoc offerri posse putat, quod non nisi semel oblatum ad cōsummationem sanctorum, spiritus Sanctus per os Apostoli testatur: & qui hoc oblationis munus, tribuere audet hominibus, cui nemo vnquam fuit par nisi ipse Christus Dominus, solus & victima, & Sacerdos. Deinde parum sobrii hominis est, id in manibus suis positum esse dicere, idque velle Deo offerre, quod iam ante semel oblatum, in conspectu Dei semper apparere pro nobis, scriptura sancta docet. Nec verò Dominus in vltima cœna sua, corporis sui fidelibus offerendi partes demandauit, sed per ipsum solum oblati, nobis ad immortalē vitam manducandi munus concessit. Hæc autem omnia cum certissimis scripturarum testimonijs habeamus consignata, & quæ contra assert Scarga, nihil ex scripturis approbet, pro anilibus fabulis, & meris nugis, cuncta illius reputamus. Sed pergit iste in causa sua approbanda, discrimen Noui & veteris Testamenti tale nobis statuens, vt quia excellentius Sacerdotium, & dignior victima in nouo Testamento proponitur, non esse Sacerdotio, nec oblationi finem impositum, sed *Nouæ legis sacerdos æter* vtraque salua manere contendat. Enim verò Petre *aus* nent hæc & quidem ita efficacia, vt quia æternam semel redemptionem, vna corporis sui victima Christus fidelibus acquisiuit, repetere oblationem nihil attineat: & quia manet ipse æternus Sacerdos, nullo vnquam successore indigeat. Hoc autem quia tota ad Hebræos Epistola, Apostolus Paulus luculentissimè ostendit, & nullum præterea Sacerdotem Christo substituit, te sanè *150. 16. 1093* figmenta que tua nihil moramur, & qui vltro in tanta luce



luce cæcutire volunt, tuo magisterio informandos per-  
mittimus.

Sacrificia  
christiana.

Addit iste legem etiam naturæ, omnibus gentibus istud expressisse, ut  
Sacrificium non nisi soli Deo pendendum esse crediderint, tanquam proprium munus  
ac debitum, quod nulli creaturæ, nisi soli Deo conueniat. Ac proinde, si Sacrificio  
Ecclesia Christi destituatur, proprium Deo cultum & honorem perditum iri, Deumque  
gloria sua priuandum cum magna eius iniuriâ clamat. Verùm tot sacri-  
ficia scriptura sacra commemorat, quæ ad proprium &  
legitimum Dei cultum, populus Christianus Deo suo  
pendere iubetur, & quæ Deo oblata, in nomine filij e-  
ius, Apostoli accepta illi esse testantur, huius autem Sa-  
crificij, quod tu Scarga cõminisceris, ne minimo quidẽ  
verbo meminerunt. Imo verò si hoc solum te iudice  
est, quod ad gloriam & cultum Dei pertinet, nullum er-  
go cultum vniuersa Ecclesia exhibet Deo, præter solos  
Sacerdotes ramos, ut quibus solis Sacrificandi hanc pote-  
statem à Deo datam gloriaris. Vide Petre, quid tu som-  
nies, et in quæ præcipitia ac tenebras imprudẽs proruas,  
dum sine verbi Dei luce lusciosus ac cæcutiens oberras.  
Non minorem & in eo vanitatem tuam prodis, qui A-  
postolica verba peruertens, alienum etiam sensum illis  
affingere niteris. Nam cum Apostolus dixerit, quoti-  
escunque ederitis panem hunc, & poculum hoc biberi-  
tis, mortem Domini annuntiabitis, donec venerit.  
Tu in alia forma hæc verba profers, quotiescunque hoc feceritis, mortem Domini  
annuntiabitis, donec venerit. Et verbum faciendi, more tuo sacrificium designa-  
re dicis, quod aliter scilicet mors Christi exprimi nequeat, nisi per Sacrificium. Ideo  
enim inquis hoc Sacramentum sub duabus speciebus est institutum, ut cum separa-  
tim attollitur corpus, & separatim sanguis, subito mors Christi in mentem populo  
veniat, quam nimirum ille propter hominem subire dignatus est. Hæc qui-  
dem argumenta sunt tua Petre, sed tam belle secum cõ-  
uenientia, & ad causam tuam accomodata, ut tu præua-  
ricatore

Scarga verba  
apostoli per-  
uertit.

reatorum agens, arma vltro in manus nobis dare videris,  
 quibus te oppugnemus, primum enim quia verba  
 Apostoli corrumpis, & pro esu corporis, potuque san-  
 guinis, quem commendat Apostolus, oblationem sup-  
 ponis, manifestum te falsarium prodis, magnumque ar- Falsarius est.  
 gumentum exhibes omnibus, te non aliter causæ tuæ  
 patrocinari posse, nisi gnauiter mentiaris. Nos autem  
 quia Apostolo teste, in esu corporis Christi & sanguinis  
 eius potu, mortem Domini ritè annunciare possumus:  
 Oblationem tuam fictam, & minimè necessariam, iustè  
 repudiamus. Deinde, quia tu Sacramentum à Christo  
 institutum, idque sub duabus, vt vos loquimini, specie-  
 bus, ad exprimendam veram mortis imaginem, per quã  
 sanguis à corpore fuit separatus, vltro fateris, falsò er-  
 go sacrificium, pro Sacramento à vobis excogitatum  
 recognoscis. & quia pro duabus in hoc Sacramento  
 speciebus à Christo institutis, vnã saltè populo Chri-  
 sti obtruditis, intolerandum Sacrilegium vestrum, tua  
 ipse confessione prodis.

In sexta probatione tua, idem quod in antecedentibus  
 te affers, vt noua responsione nihil opus habeamus. 6. Columna  
Scargæ.  
 Fateris enim Christum semel in cruce pro peccatis oblatum. Sed oblatione hac vt  
 vocas incruenta, totum fructum & efficaciam in credentes deriuari dicis, vt illa qui-  
 dem oblatio sit instar fontis, hæc autem tanquam canalis, per quam omnis passionis  
 Christi fructus hauriatur. At nos à Christo & ab Apostolo e-  
 docti, ad vsurpandum mortis Christi beneficium, illo  
 sacro eius corpore pro nobis oblato vesci, & sanguinẽ  
 eius pro nobis effusum bibere iubemur, vt hoc pacto  
 in Sacrum eius corpus coalescentes, illique coniuncti,  
 iustitiæ ac sanctitatis eius participes facti, vite illius co-  
 lestis compotes ac cohæredes efficiamur. Ac proinde  
 probationem

probationem nostri requirit Apostolus, antequam illum panem edamus, & e calice bibamus, ne in iudicium hoc sacro epulo vescamur. Quando ergo per esum & potum, totum redemptionis beneficium in nos deriuari testatur. Apostolus, minimè altero oblationis ritu, quippe superuacaneo, neque vsquam à Christo tradito indigemus. Nam si ex eo, ut tu fingis, totum mortis beneficium in homines flueret, inutilis prorsus & superuacua, panis & calicis à Christo instituti esset vsurpatio, quando vel communis illa testatur regula, stultum esse id fieri per plura quod fieri potest per pauciora. Et sane hoc figmento vestro, in Ecclesiam Dei introducto, eodem rem recidisse videmus, ut tota plebs in sacrificio hoc ritu occupata, omnem sacre communionis memoriam deposuerit, seque tam singulari & incomparabili Dei dono, à vobis dementata priuauerit. Nec amplius, quæ debeat esse, in populo Dei conspicitur communitio, sed horrenda quaedam à Sacris hisce mysterijs, ouium Christi excommunicatio. Sed venit hora, quando pro tam atroci furto, quocumque id nunc colore contegitis, iustum suum in vos iudicium Dominus exercebit.

Plebs obliuiscens  
domini

7. Columen  
Missæ.

Verum Scarga iudicium hoc Domini minimè reueritus, similis esse sui pergit, & quod fingere semel præter institutum Christi ausus est, in ea etiamnum audacia persistit, septimumque columen pro astruenda Missa sua nobis falso admouet, Ex esu, inquit, carnis Christi & sanguinis eius potu, quem discipulis commendauit, manifeste apparere, quod prius oblatio corporis Christi peracta fuerit, quam hæc ad vescendum distribuerit. Nec enim, inquit, in veteri lege, prius in templo homines sacrificio vescabantur, quam oblatum esset. At vero Petre vanum tuum cõmentum Evangelista

gestæ repudiant, qui corpus non iam in mortem traditum, neque sanguinem effusum, sed qui in remissionem peccatorum effunditur, Apostolis datum commemorant: ut sacrificij paulò post peragendi, perpetuam memoriam, in eius esu ac potu retinerent. Quoniam enim mors Christi iam instabat, quæ pro salute generis humani persolvenda fuit, eius perinde fructus in Apostolos redundavit, ac si iam re ipsa perfecta fuisset. Nec immerito Apostolus agnum ab origine mundi occisum prædicat, eò quòd mortis eius fructus iam antè ab omnibus sanctis esset perceptus, tametsi re ipsa post tot secula esset immolatus. Eo verò sensu & Apostolos iam oblatum manducasse Christum non diffitemur, & in hanc sententiam Gregorium Nisenum, quem tu producis, loquutum agnoscimus. Dicit enim Nisenus oblationem corporis Christi fuisse peractam, sed eò tempore id fuisse factum perhibet, quando corpus suum dedit manducandum, & sanguinem suum servis suis bibendum, ut oblationis nimirum iam quasi peractæ, in esu ac potu eius essent participes. Egregiè verò hic scriptor abs te citatus vanam tuam opinionem refellit, qui quidem in ipso cibo ac potu Apostolis subministrato, oblationem Corporis Christi perfectam dicit, tu verò prius in accidentibus panis, Christum obtulisse corpus suum fingis, antequam ad illius esum Apostolos admitteret. Ita verò quoscunque veteres in acie tua collocas, eosdè signis cõversis te ipsum ferire animadvertis.

In octava probatione tua Missam hanc siue Liturgiam, qualis quidem hodie in Ecclesia celebratur, à Diuo Iacobo Apostolo cõscriptam asseris, magno quodam

Christus corpus suum morti obijciendum dat Apostolis.

8. Probatio Missæ.

dam extremæ impudentiæ argumēto. Nam cum rerū Ecclesiasticarum scriptores, minimas quasq; Missæ particulas, ad certos pontifices & autores referant, donec per multa demum secula, integra ædificij huius cōpages esset constituta, hominis est omni prorsus fronte carentis, figmenti noui, & à varijs autoribus inuenti, aliquem Apostolum facere Architectum. Nec sanè Apostoli in animum vnquam induxerunt id instituire, aut populo Dei tradere, quod ab instituto Christi Domini & magistri discreparet. vt Apostolus Paulus, vsum sacri huius instituti à Corinthijs deprauatum corrigens, nihil aliud in hac actione illis se proponere testetur, quàm quòd à Domino accepisset. Proponit autē non aliquam oblationem, ab vno aliquo homine aut sacerdote peragendam, sed sacrum omnibus fidelibus instruit epulum. in quo carne ac sanguine Christi ònes ex æquo vespentes, sanctæ illius oblationis ac victimæ, per quam in cruce totius mundi peccata sunt expiata, memoriam perpetuam recolerent. Hoc verò institutū, cū per multa secula, vniuersa sequeretur Ecclesia, sicuti & superius ex Iustino demonstrauius, & tota testatur vetustas, nullam prorsus pudoris rationem habere isti se declarant, qui rem nouam & ab hominibus male feriatas inuentam, ad autores Apostolos referre audent. Itaq; Scarga vno Apostolo Iacobo non contentus, Andreā etiam Missæ suæ approbatorem citat, ex nescio quorum Diaconorum Epistola, mortē huius Apostoli describentium. Qui quidem Andreas moriturus eorum, testimonio hæc verba profert: Ego, inquit, singulis diebus offero, non solum thymiamatis, nec boum rugientium carnem, sed agnum immaculatū quotidie in altari crucis offero, cuius carnem cū vniuersus populus fidelis manducat, & sanguinem bi-

Missæ Iacobo  
& Andreæ  
apostolis Fal-  
so tributa.

bit, agnus oblatuſ, integer & viuus permanet. Talibus nimirum teſtibus rem ſuam iſti approbant, quos partim ementitoſ, partim ſuppoſititioſ, & falſo titulo donatoſ, pallio vetuſtariſ veſtiunt, & ſimplici popello pro diuinis oraculoſ obrudunt.

Sed age ſint hæc authentica, & ipſius Andree Apoſtoli verba, adeo tamen Miſſatico huic Sacrificio nihil ſuffragantur, vt illud potius ſubuertant. Dicit enim ſingulis diebus à ſe offerri Chriſtum, at nõ in Miſſa ſed in crucis ara, eamque oblationem tum perfici docet, quando fidelis populuſ carnem eiſ manducat & ſanguinem bibit, & nihilominuſ agnuſ oblatuſ integer manet. Talem enim & non aliam oblationem, ab omnibus veteribuſ fuiſſe intellectam ex ſuperioribuſ citatiſ teſtimonijs, iam ante oſtendimus, quæ tum ſcilicet peragitur, quando fideleſ, ſacriſ corporiſ & ſanguiniſ myſteriſ veſcuntur, illiuſque ſacrificij memoriam grata mente proſequuntur. Ab alijs ergo autoribuſ, & non ab Apoſtoliſ hic nouuſ ſacrificandi moſ introductuſ eſt, in quo vniciſ homo, excluſiſ, à communi conuiuio fidelibuſ, ſe mediatorẽ inter Deum & homineſ interponit, & ſacrificiuſ corporiſ ac ſanguiniſ Chriſti Deo ſe offerre temerè iactat. Quoſcuque ergo ex veteribuſ producit Scarga, vt hæc oblationem ſtabiliat, illi tamen diuerſum omnem ab hoc nouo deſcribentẽ ritum, commentitiã hanc offerendi rationem reuincunt, & in vocabulo dextrè à ſe uſurpato, manifeſtaſ ſtrui inſidias ab iſtiſ demonſtrant. Et quæ pro nouo Miſſæ ſuæ adducit fulcro, vetuſtiſſima Sanctorum patrum Concilia, illa omnia Sacre huiuſ oblationiſ hanc mentionem faciunt, vt nimirum incruentã hoſtiã tum ſe peragere dicant, quando in cœtu fidelium aut mortem Chriſti prædicant, aut reſurrexerunt eiſ, aut in

9. Columna.

Sententia Veterum de incruenta hoſtiã

cœlos ascensionem, aut Sacra hæc myſteria indistribuendo corporis & ſanguinis Chriſti Sacramento celebrant.

10. Miſſæ probatio.

Quod autem ad Lateranum & Tridentinū attinet cōcilium, iſtis hanc quam & Scarge tribuimus autoritatem, vt quia Romanus Antichriſtus his præfuit, qui per ſe vnum integram iubendi reſidere poteſtatem, & reliquis parendi incumbere neceſſitatem ſuperbo ore iactat, tam huic pro libidine quiduis imperanti, quam Scarge ſine ſcripturis garrienti, nullam fidem habemus. Sed affert iſte decimam Miſſæ ſuæ probationem, ex conſenſu nimirum totius orbis Chriſtiani. Dicit enim in vniuerſo terrarum orbe, quocunq; fama nominis Chriſtiani penetrauit, illic Miſſam ſiue oblationem hanc celebrari, vt vniuerſalem hunc conſenſum, non niſi ab Apoſtolica traditione promaſſe coarguat. Verūm ſi à communi omnium vſu veritatis regulam petendam eſſe Scarga iudicat, nulla erit tam fœda Idololatria, que hoc argumento approbari non poſſit. Quem enim ex vniuerſa Iſraelitarum multitudine nobis dabit, qui in deſerto vitulum illum aureum non adorauerit, & communi omnium Idololatria non ſe polluerit? aded qui dem vt nec ſummus Sacerdos Aaron, nec Eleaſar, aliq; Sacerdotes, & præclari omnes populi Dei Duces, ab hoc contagio fuerint alieni. Neque tamen hic communis omnium conſenſus obſtitit, quin Moſes Aaronem ob grande commiſſum peccatum acriter obiurgauerit, & deteſtandum illud Idolum in ignem coniectum, ac in puluerem redactum de medio ſuſtulerit. Nec Dominus hunc omnium conſenſum approbat, ſed horrendæ Apoſtaſiæ

Apostasiæ omnes accusat, utpotè qui derelicto Dei mào dato, cito de via recesserint, & sacrum Domini fœdus corruerint.

Rectè ergo Cyprianus in Christi Domini instituto, illum solum audiendum esse docet, nec attendendum, quid aliquis ante nos faciendum putauerit: Sed quid, qui ante omnes est, Christus, prior fecerit. Neque enim, inquit, hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem. Ac profecto, quàm necessaria hæc Cypriani admonitio fuerit, vel hæc Sacramenti huius potissimum corruptelæ, quæ astu Satane in vniuersum exundarunt orbem, manifestum exhibent documentum. Ita enim hic Satan lusit, ita artificium omne in adulterando Sacro Dei instituto declarauit, ut similiorem homini simiam, quam cœnæ Domini videre liceat Missam. Nec verò vna & eadem, apud omnes Christianos eiusdem conspicitur forma, sicuti Scarga fingit: sed tanta & rerum & verborum conspicitur discrepantia, ut vel hoc vno figmenti humani speciem redoleant, & nihil simplicitatis Apostolicæ retinere testentur. Neque tamen tam penitus sinceritas institutionis Christi, figmentis humanis obruta fuit, quin inter aliquos Christianos, prisca illa & Apostolica simplicitas locum obtinuerit. Descriptam enim habemus sacræ cõmunionis formam, quam Christiani in Cayro celebri Aegypti Vrbe celebrare dicuntur, quæ penitus ab omni oblationis Missæ formæ dissidet, & solam communem omnium mensam ac Sacramenti vtriusque distributionem, nullo Sacerdotis & plebis discrimine denotat. Ab hac ergo dissimilitudinis specie Scarga potius Missæ suæ vanitatem

Plum b. Cypriani consilium.

Satan cœnæ Domini corripit.

Vrbis Cayri cœnæ Domini forma.

tem



tem agnoscat, quam ex communi multorum errore veritatis regulam petendam sibi iudicet. Sed nec exempla hominum vlla hic sunt nobis quærenda, tam luculenter & clarè toto cœnæ Domini instituto ab Apostolis nobis descripto, vt qui ab his oculos auertunt, vt veritatem in hominum inuentis inquirent, vltro se & mēte & oculis priuare videantur.

Vltima probatio Missæ.

verba Danielis de iugi sacrificio.

Restat vltima probatio, quam ad fulciendum Missæ Sacrificium adhibet Scarga, sed tam inutilis & euanida, vt pro fulcris, quæ se iste admouere suis putat columnis leues substernere videatur paleas, quæ vno disiectæ flatu, nullum vsquam certum obtinent locum. Ait vltimi huius sæculi, acre quoddam omnium hæreticorum in Missam odium, pro certa Antichristi esse nota, qui quidem à Daniele propheta describitur vltimis temporibus venturus, & quidem ante Christi de cœlo aduentum, tribus annis & sex mensibus regnaturus, hocque Missæ sacrificium expugnaturus. Verùm falsissimam hanc Prophetiæ huius interpretationem esse, omnes fãni agnoscunt, qui euentu prædicationis prophetiæ iam diu comprobato, vanam hanc opinionem iustè repudi-  
ant. Nam Daniel Capite octauo, quæ de paruo cornu prolixè differit, ablatoque ab ipso iugi Sacrificio, & proiecto loco sanctificationis eius, id quidem ab Antiocho completum fuisse historia Sacra testatur, qui Iouis Olympij statua in templo Sancto collocata, & iuge sacrificio & verum vnicuique Dei cultum sustulit, totumque illum locum sanctum nefanda Idololatria cõspurcauit. Sed Scarga crimen mendaciæ mihi obiicit, qui Christum abominationem desolationis à Daniele Propheta prædictam in futurum, & non in præteritum tempus referre dicam. At verò, Petre, Christus de illa abominatione desolationis concionatur, cuius Propheta in Capite

duodecimo

duodecimo meminit, quæ quidem post mortem Christi complenda fuerat, utpote perpetuam templi, ac legalis cultus, totiusque politiæ Israeliticæ euerfionem, factam à Romanis non autem temporaneam illâ iugis sacrificij abolitionem, quæ perficit sub Antiocho prædicans. Illa enim templi euerfio, & iugis sacrificij abolitio, iusto Dei iudicio subsequuta est nempe in cuius locum multò sanctior ac perfectior successit, ea nimirum, quam in perpetua corporis & sanguinis Christi participatione pro nobis semel oblatis recolimus. Vides ergo quam vana sint illa capitis tui somnia, quia ex prophetia Danielis fictitium Missæ Sacrificium ab Antichristo extirpandum, tanquam sacrum quiddam ac Deo placitum stultè opinaris. Nam si in Antiocho typus Antichristi verè nobis repræsentatur, sicuti multi ex veteribus senserunt: quia tamen procul à rerum conspectu positi illi fuerunt, non mirum est, si in exitu rerum, illis obscuro & incerto decepti sunt. Longè enim aliter rem euenisse quàm illi opinati sunt, experientia ipsa hodie testatur.

Nam cum multa iam sint elapsa sæcula, ex quo Antichristus supremum in Ecclesia obtinuit dominatū, vanam illorum opinionem fuisse constat, qui tres saltem Annos & Menses sex illius imperio determinauerunt. Neque enim vnum quendam certum hominem paucis annis regnantem, scriptura sancta ostendit nobis Antichristum, sed longa ætatum serie Principes sibi inuicem succedentes, sub Antichristi nomine Ecclesiam Christi vastaturos, clarè prædicat. Paulus enim Apostolus non vnā ætatem, tristi Ecclesiæ ruine, & horrendæ Apostasiæ definit, sed quem filium peccati & per-

M

ditionis

Antiochus an  
tichristi typus

De antichristo  
Romano.

ditionis vltimis demum temporibus reuelādum tradit, iam tempore suo mysterium iniquitatis fuisse inchoatū, & prima sedis Apostaticæ fundamenta iacta perspicue docet. Nam quæcunque contra Dei filium veramque eius doctrinam exoriatur secte, vt salutem generis humani in solo Christo fundatam aliò deriuarent, tot iam impij illius regni fuerunt præludia, quod sub nomine Christi, & in medio Ecclesię sinu erectum, ac in templo Dei collocatum, ipsum tamen Christum oppugnaret. Ridiculus ergo in primis est Scarga, & omnes eiusdem opinionis sectatores, qui tam paucos annos & vni homini regnanti tribuunt, vt à verò Antichristo oculos hominum auertant, & in vanis figmentis cæcas hominum mentes detineant. Sed nulla tanta potentia cuiusquã hominis esse potest, nulla tanta illius celeritas, aut infallendis hominum mentibus tam effîcax impostura, vt intra tam exiguum temporis spacium, Christi doctrinam in vniuerso terrarum orbe euerteret, vniuersamq; Ecclesiam Christi pestiferis suis erroribus contaminaret.

Si tantum 24  
menses regna-  
ret Antichri-  
stus, sciretur  
dies aduentus  
Christi.

Accedit eò non minor insania siue potius incogitãtia istorum, qui cum vltimum illum iudicij diem, vniuersę creature, ipso Christo teste, ignotum esse sciunt, omnium tamen cognitioni imprudentes subijciunt, ita certum Antichristo præfigentes tempus, vt nimirum post expletos annos tres, & menses sex imperij eius, Christum ad iudicandum orbem, subitò de cælo descendurum temerè statuunt. Sed sic dementari iustò Dei iudicio oportebat homines, qui Antichristo nomina dantes, & regnum eius summis viribus promouentes, alium

tamen

tamen frustra expectarent, aut volentes & scientes, expectandum seducto ab se populo falso persuaderent. Nos autem manifestis scripturæ sanctæ oraculis edocti, & prædictionem Spiritus Sancti cum euentu rerum comparâtes non alium esse Antichristum statuimus, nisi qui Romani Imperij sedem, pulsus iustis ac legitimis successoribus illius fraude dolisque occupauit, seque Principem, siue vniuersale Ecclesiæ caput scelerate constituit. Hoc enim ex Capite Apocalypseos 17. manifestè patet, vbi Antichristus sub similitudine meretricis magnè depingitur, quæ quidem sedeat super bestiam, habentem Capita septem, & cornua decem. Quo nomine, quod sola Roma, sedes Antichristi intelligatur, id Angelus ipse Ioanni interpretatur, hoc nomine urbem designari perhibens, quæ super septem montes sita sit, & quæ habeat regnum super reges terræ. Nulla enim alia vrbs vnquam fuit, quæ in Reges terræ imperium exercuerit, & quæ septicollis ab omnibus Historicis dicta sit, præter ipsam Romam.

Nō alius quā  
Papa Antichristus.

Nec, ab eo abluat, quod ab Apostolo Paulo eundem Antichristum describente traditum est, eum nimirum tempore suo relegendum, postquam id quod obstat, de medio sublatum fuerit. Ita enim ex veteribus quidam hunc locum interpretati sunt, vt sublato Romano Imperio, in arcem & sedem eius, Antichristum successurum apertè docerent. Sed nec omnes notè quibus describitur Antichristus, verius in quenquam competunt, ac in ipsum Pontificem Romanum, vt siue imaginem ab ipsius typo petas Antiocho, siue descriptionem spectes Apostoli, hunc ipsum graphicè suis depictum

Sublato Imperio Ro: exorsus est Antichristus.

Antichristus  
intra Ecclesi-  
am est.

Antichristus  
intra Ecclesi-  
am est.

Antichristus  
Simulator Dei  
honorem ad se  
transiulit:

ctum coloribus intueri liceat. Nam quod non extra se-  
pta Ecclesie, sed in ipso Dei templo sessurum, omniaque  
que Dei sunt, ad se translaturum prædixit Apostolus, id  
in hoc egregio Põtifice Rom: à multis completũ esse sæ-  
culis clarè perspiciamus. In Ecclesia enim Catholica, i-  
ste se Christi vicarium, & supremum omnium eius om-  
nium Pastorem prædicat, eamque iudicij in omne homi-  
num genus exercendi potestatem sibi vendicat, vt sicut  
in Canonibus continetur, ipse omnes iudicans, à nemi-  
ne iudicari debeat, vel si turmatim animas hominum in  
infernum ducat. Sed Scarga falso istud Pontifici Ro-  
mano tribui contendit, & alium quendam ab Apostolo  
designari dicit. quandoquidem nullus vnquam Pontifi-  
cum se Deum vocauerit, sed seruum seruorum Dei di-  
xerit. At verò non quem titulum iste sibi imponat, sed  
qualem potestatem vsurpet, & quid iuris in vniuersam  
religionem se habere profiteatur, perpendendum est.  
Nam inter reliquas fraudes & præstigias, quibus hæc  
vulpecula, in tam sublime fastigium conscensura erat,  
hoc quoque simulationis dolo astutè vsa est, vt sub hu-  
mili ac contempto mancipij nomine, impotentem in to-  
ta Ecclesia Christi dominatum exerceret.

Dei quidem omnipotentis honorem, an non ma-  
nifestè, ad se transtulit, dum legum omnium in Ecclesia  
ferendarum, totiusque religionis pro arbitrio suo con-  
stituendę, ac vitę æternę cuius tribuendę, plenariam  
facultatem sibi vendicauit? Scriptura quidem sancta  
Deo soli omnipotenti, vtpote vnico legislatori, & sal-  
uandi & perdendi potestatem tribuit: Pontifex autem  
Romanus, in sua potestate constitutum clamat, vt qui-  
bus velit

bus velit legibus conscientias hominum constringat, & tam cœli quam inferni se arbitrum constituat. Eadem scriptura, Sacramentorum omnium autorem Deum facit, in soloq; mortis Christi beneficio plenariam omnium salutem residere docet: At Papa partim noua Sacramēta instituit, partim ab ipso Christo instituta adulterat, & vitę æternę quarendę diuersos ac varios modos pro sua libidine comminiscitur. Etsi verò omnia, quę Dei sunt, Sacrilega quadam audacia ad se trās fert, tamen nullum honorem Dei sibi vēdicare, quod se seruuum seruorum Dei vocat, Scargę videtur. At seruus hic Reges & Principes, quos scriptura Deos vocat, superbo pede calcavit, & quando libuit, imperio ac diademate spoliatos, vel procul extorres expulit, vel crudelissimis bellis, tradito alijs regno, implicuit. Hinc verò istis mōstris, plena superbię & vanitatis nata sunt verba, petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho. Hunc enim versiculum Gregorius septimus, missa Rodolpho Sueuię Principi corona vsurpauit, cum Henricum eius nominis quartum anathemate percussum Imperio deiecit, & omnes Principes ac populos iurisiurandi religione, qua Imperatori obstricti fuerant, exoluit. Alexander quidem tertius vt testantur Historici, cum tāta animi elatione & inaudita superbia in Urbem quondam intrauit, vt Ludouicus Rex Gallię dextri pedis stapedam, Henricus Anglię sinistri tenebant, & pedites equitem tanquam serui comitarentur. Et nostra hac ætate conscendenti equum Clementi septimo, Carolum quintum Imp: asstitisse perhibet Iouius, vt sacrato pedi auratam (eius enim vtor verbis) induceret

Superbia Pontificum Rom:

Caesar Papæ  
pedem impo-  
nit in stape-  
dam.

Ciuitates Pa-  
pisticæ Deum  
suo honore  
spoliant,

ceret stapedam. Infinita alia intolerandi fastus & su-  
perbie, ac vitiorum omnium, Antichristorum istorum,  
Historiæ nobis suppeditant exempla, adeò vt eorum le-  
gere vitam, nihil sit aliud, quàm in vasto quodam gur-  
gite, omnium ex toto orbe sordium contemplari col-  
luciem. Eos tamen Scarga veri Dei cultum retinere, & procul ab omni An-  
christi suspitione remotos esse: dicit, nec quenquam Doctorem probatum aut grauem  
à nobis adduci posse, qui hac labe aliquando Pontifices aspergeret. Egregiam  
verò colendi Dei rationem, ab istis hæctenus conserua-  
tam esse, tot foedissimæ idololatriæ testantur exempla,  
quando in vniuerso papatu omnes gentes & Vrbes in  
tanta tutelarium Deorum turba, inane saltem nomen  
Dei retineant, omnem autem eius honorem & gloriam  
ad creaturas, in expetendis omnibus vitæ & salutis ab  
eis beneficijs, impiè trāsferant. Ipsorum verò Ponti-  
ficum priuatim quàm sincera sit religio, id tota illorum  
declarat vita, quando omnes ferè hæctenus ita vixerint,  
vt non Christi se sectatores, sed impuros de secta Epi-  
curi porcos omnibus dictis & factis testarentur. Alij e-  
nim vt præclaram hanc conscenderent sedem, & tam  
immensas possiderent opes, Sathane subsidium, illi se  
deuotentes postularunt. Alij per beneficia & cædes,  
ad hanc dignitatem aspirauerunt, alij ex scortorum nu-  
tu totum Regnum Pontificium administrauerunt, alij in  
adulterijs deprehensi & occisi, turpem nominis sui fa-  
mam toti posteritati, reliquerunt. Et erant ex tanto  
illustrium heroum numero, quibus hoc insigne elogium  
tributum est: Intrauit vt vulpes, regnauit vt Leo, mor-  
tuus vt canis.

Ipsa porro foedissimarum scortationum Mater  
Roma,

Roma, tantę disciplinę ab his magistris de se præbet e  
xempla, vt Baptista Mantuanus olim scribere fuerit co  
actus.

Qualis sit  
Roma.

Viuere qui sanctę cupitis, discedite, Romę  
Omnia cum liceant, non licet esse bonum,  
Et.

I pudor in villas, Vrbs est iam tota lupanar.

Quanta autem omnis crudelitatis & cędium, ab hac vr  
be & eius præsidibus promanarint exempla, testatur i  
dem poeta, cum sic, inquit.

Tu fratres in bella vocas, in pignora patres,

Et scelus omne audes, & paris omne nefas.

Fas & iura negas, homines & numina fallis:

Nec Iouis imperium, nec phlegetonta times

Hęc enim ad cęteras Antichristi notas, accedere oportet, Cętere Antichristi notę.  
tebat scelera, vt quod Daniel prædixit & Ioannes in Apocalypsi, cum sanctis bella gereret, & meretrix san  
guine sanctorum ebria, in omni crudelitate & tyranni  
de latę imperium exerceret. Sed quid antiquis opus  
est exemplis, cum nostro sæculo, totus orbis Christia  
nus sanguine Martyrum exundet, & inexplebilem hau  
riendi sanguinis humani sitim, atrocissimę huius bellę  
vbique clamitet? Nullis enim hic draco parcat sum  
ptibus, nihil non molitur, principum & regum accedēs  
animos, vt qui eius detrectant imperium, omni suppli  
ciorum atrocitate excruciat, tristi ac miserabili morte  
occumbant. Et quam belli molem, grauissimęq; ob  
sidionis calamitatem æstate proxima, sancta illa Vrbs Geneua Anno  
Geneua perpeffa est: id consilijs & viribus huius inclyti 1582. ob-  
Pontificis sessæ.



Pontificis effectum est, qui iam diu ad eam deuorandam  
 cruentis inhiat faucibus. Dolet nimirum illi, tantum  
 sibi à beato illo Urbis antistite Caluino impositum vul-  
 nus, eamque inflictam plagam, vt quam diu quidem vi-  
 tam trahet, & in eo collocatus fastigio regnabit, nulla  
 vnquam sanari medicina posse tantum suum malum, nisi  
 extrema sanctorum internecone sentiat.

Hoc verò nec Scarga, crudelissimi Pastoris san-  
 guinarius discipulus diffitetur. Qui quidem doctrinam, vt vo-  
 cat ille Zuinglianam, radices in Italia & Hispania ideò agere non posse dicit, quod  
 scilicet tam Sancta in trucidandis hominibus, vigeat illic disciplina. Sed san-  
 guis iusti Abelis subinde de terra clamitans iamdiu iu-  
 stum vobis minatur exitium, & ea etiam nunc vulnera  
 conscientie infligit, vt furie tanti sceleris vindices, vel  
 volentibus ac inuitis, & animo & oculis vestris perpe-  
 tuo obuersentur. Quid quod summa Dei in liberandis  
 suis prouidentia, quæ etiam nunc in hac Vrbe à crudeli  
 vestra carnificina eripienda enituit, istas mentibus ve-  
 stris adinuet faces, vt cum ipso Deo, impium vos ge-  
 rere bellum agnoscere cogat. Hæc autem tam perdi-  
 ta necandorum Christianorum consilia, tanta crudelissi-  
 mi huius lupi in dissipando ouili Christi rabies, sine vl-  
 lo modo ac lege sæuiens, tamen legitimi Christi vicarij,  
 & veri pastoris imaginem Scarge retinere, ab omni que  
 Antichristi specie aliena videtur. Quam ergo maio-  
 rem vnquam cladem, in hominum genere fictus vester  
 Antichristus edere, & tam breui, vt creditis, temporis  
 spacio poterit, nisi forsan toti populo Christiano vnã  
 ceruicem tribuat, vt eam vno quasi ictu amputare possit.

Quod autem Scarga virorum probatorum &  
 grauium

v 581. Vilne-  
 sum conspira-  
 tio aduersus  
 Evangelicos.

grauum proferri, postulat exempla, qui aliquādo Pontificem Romanum vocarent Antichristum, miror quam maiorem hominum auctoritatem aut grauitatem iste requirat, præ tantis eorum virorum iudicijs, qui ante à me producti, id & vocibus & scriptis, idque diuersis temporibus, apertè testati sunt. Ex quo quidem numero, cum Franciscum Petrarcham, Laurentium Vallam, Hieronymum Sauonorollam, & Picum Mirandulanum citassem, viros, si ingenium, doctrinam, ac virtutem spectes, omni veterum excellentissimorum scriptorum memoriæ faciliè comparandos, eos quidem Scarga cum summo contemptu reijcit, & homines de impia hæresi suspectos, atque conuictos temerè pronuntiat. Ita verò si Scarge iudicio standum est, nulla tam eximia doctrina, nulla tanta cuiusque hominis pietas produci poterit, quæ non ab isto contempta & spreta pro execranda hæresi reputetur. Sed quia præclaræ omnes istorum virorum dotes, & insignia, quæ omni posteritati reliquerunt, monumenta, ab omni conuiciatoris calumnia faciliè se vindicant, ipsi quidem lunæ lucenti per similes perpetuo fulgebunt, canis autem per noctis tenebras illam allatrans, vano & ridendo conatu frustra se fatigat. Francisko quidem Petrarchæ, nullum vnquam tempore ipsius hæreseos crimen obiectum fuisse legimus: & quid tamen de Roma, eiusque religione senserit, id tam in epigrammatis suis, quàm in epistolis ad amicos, abunde demonstrat. Eam enim non amplius Romam, sed fallacem Babyloniam vocat, errorum ludum, sectarum mobile templum, carnificinam boni, & iniqui sedulam nutricem, viuorumq; infernum.

Qui Papam  
Antichristum  
dixere.

Petrarcha de  
Româ.

Alibi autem adhortatur amicū, nè Romam se conferat, vtpote vbi nullam esse pietatem, nullam Dei reuerentiam, nullam veritatem, testis oculatus, ipsaq; experientia edoctus, verè profiteatur. Nam quis, inquit, vero locus, vbi omnia mendacijs plena sunt? Adiuuro te, inquit, pater, per temetipsum, ne illuc eas, vnde nemo vnquam exemplo melior factus, pessimi autem innumerabiles rediere.

Gregorius vocat Antichristum.

Sed Scarga interrogat, quādo nam initium regni sui in hac vrbe Antichristus auspicatus est, anne à Petro vel Clemēte, aut Euaristo vel alio quopiam, per tot secula hoc Pontificium munus administrante. Illi verò Gregorius Magnus, & ipse Episcopus Romanus respōdeat pro nobis, qui libro Epistolarum 4. scribens ad Mauricium Epistola 76. & ad Ioannem Constantinopolitanum Epistola 92, Antichristum eum vocare non dubitat, qui titulum vniuersalis Episcopi sibi vendicat, Ioanemq; Constantinopolitanum hac pestifera ambitione tumentem acriter obiurgat, & Eulogium Alexandrianum Episcopum, à quo tam superbo titulo pape, scilicet vniuersalis decoratus fuerat, vehementer reprehendit.

Primus Antichristus anno Do. 607.

Primus ergo Bonifacius tertius Antichristi sedem erexit, quando ab impio Phoca tyranno, & parricida hanc dignitatem obtinuit, vt ille quidem vniuersalis Ecclesie Episcopus, Roma autem omnium Ecclesiarum caput diceretur. Inde enim tanquam à perenni fonte, omnium errorum, & superstitionum riui in totam Ecclesiam profluxerunt: inde verè Doctrinæ Christi euersio subsequuta est, & Antichristi Romani pro libito suo cuncta administrantis, tyrannis ac dominatio impotens stabilita

stabilita est. Nam etsi multi erant, qui primum iniquissimo Phocę decreto reclamarent, neque se in hanc seruitutem redigi paterentur: euectis tamen sequentium Principum autoritas, & Pontificum Romanorum, pro imperio suo certantium acerrimum studium, ut tandem in summum hoc dignitatis culmen, Episcopus Romanus euectus, noua religionis placita cuderet: & sub umbra Christi delitescens, seque vicarium eius iactitans ipsum Christum oppugnaret.

Nec verò ab illo tempore integrum cuiquam fuerat, quibus decretis ac institutis Romani Pontificis reclamare, aut erroris alicuius eum accusare, quando tam superbum decretum promulgare non est reueritus, ut habetur in libro decretalium sub nomine Nicolai & Innocentij. Quòd neque ab Augusto, neque à Regibus, neque ab omni clero, neque à populo iudex sit iudicandus, & quod nemini iudicium Romane sedis retractare liceat, propter Ecclesie huius primatum. Multę & alię in hanc sententiam, citantur in decretis & canonibus voces, quę inauditum fastum, ac intolerandam audaciam hominum perditorum spirant, & euidentibus rerum documentis filium illum peccati, qui extollitur supra omne numen designant. Neque sperandum est, sicuti somniat Scarga alium quendam in Ecclesia exorturum Antichristum, quando nulla tanta superbia in hominis cadere ingenium, nulla tam effrenis potestas à quoquam usurpari possit, quin omnes tam enormium vitiorum partes, in vna Pontificis Romani mente explete videantur.

Illud porro quàm ridiculum est, Antichristum, sicuti

Papa à nemine  
iudicari debet.

Refutatur opinio de antichristo papistico.

isti fingunt, solis tribus annis regnantem, ad tantam subitò potentiam emersurum, vt Pontificem Romanum per multa secula supremū sibi imperiū summis omnibus humani ingenij artibus, & maximis potētīe viribus parantem, tam citò in ordinem cogere, eiusque sedem ac imperium in Ecclesia obtinere possit: Iam multa effluxerunt secula, ex quo clarissimi viri, maximis quibusque sapientiæ diuinę donis instructi, & potētīe spiritū oris Domini armati, regnum Pontificis Romani oppugnare non cessant, illumque esse Antichristum, quem diuina prædixerunt oracula, certissimis Argumentis demonstrant: & illum tamen penitus conficere, ac de possessione semel occupata deturbare nequeunt. Homo autem vnicus, ex nescio qua tribu Dan oriūsus, tantam breui temporis spatio consequetur potentiam, vt immensis totius ferè orbis opibus, & suprema in Ecclesia potestate Romanum Pontificem spoliet, seque adorandum in loco eius constituat: O miseram Petre, mentis tuę omniumque tuorum cecitatem, qui futilibus præstigijs, & ridiculis de Antichristo fabellis delusi, verum Antichristum agnoscere non potestis, aut quod deterius est, volentes ac scientes, regnum eius, magna ex parte iam labefactatum, omnibus studijs ac conatibus erigitis. Sed nullas iam tantas potētīe vires adhibere, nullis ingenij, ac sophismatum tricis oculos ac mentes hominum perstringere potestis, quin subinde Antichristus in conspectu omnium proruat, Spiritu oris Domini, nunc se in veris verbi ministris potenter exerenti, magis ac magis conficiatur, ac tandem illustri illo Christi Domini & saluatoris nostri aduentu prorsus abolitus dispareat.

Yesuitę regnū antichristi erigunt.



Ac

At verò Scarga quarit, vbi nā hoc tēpore omni fu-  
 erit Ecclesia, si tam diu eam Antichristus occupauit, in  
 eaque sedem suam fixit, quandoquidem scriptura testa-  
 tur, portas inferni, contra Ecclesiam non fuisse praua-  
 lituras. Imò verò, Petre, vel ex hoc scripturę sanctę te-  
 stimonio discere debeas, hanc calamitatem Ecclesiam  
 Christi fuisse subituram, vt ab Antichristo vel portis in-  
 feri esset quidem oppugnanda, neque tamen sceleratis  
 eius conatibus diruenda. Nam quòd oppugnatis, neq;  
 tamen funditus euersis accidit vrbibus, vt mania con-  
 cussa, ædificia diruta, ac turres collapsæ, strataq; passim  
 cadauera, magnam vbique deformitatem ostendent: nō  
 dissimilem & Antichristus in Ecclesia Christi edidit stra-  
 gem, vt funditus quidem euertere eam non potuerit,  
 magna quadam ruina tamen oppresserit. Ac sicut in  
 populo olim Israelitico, grassante fœda idololatria, e-  
 xulantibus veris Prophetis, aut atroci ignominia affe-  
 ctis, & contra Sacerdotibus impijs, falsis Prophetis  
 regnantibus, aliquas tamen in communi strage populi  
 sui Dominus conseruauit reliquias: ita sub impotentī  
 Antichristi dominatu, non totam penitus verbi sui di-  
 uini lucem extingui passus est, & Baptismum, sacri sui  
 fœderis symbolum, ita restare voluit, vt multis quidem  
 superuacuis additamentis inquinatum, nulla tamen ho-  
 minum perfidia euersum retinuerit. Illæ tamen in Ec-  
 clesia Antichristi regnantis sunt certissimæ notę, quod  
 cultus Dei cum varijs creaturis sit communicatus, & ad  
 infinita Diuorum nomina impiè trāsflatus, quòd bene-  
 ficium mortis Christi ferè obliteratum, quòd Sacramē-  
 ta Domini conspurcata, & in extraneos vsus conuersa,

Vbi fuit eccle-  
 sia antichristo  
 eam oppugnā  
 te.

Notę anti-  
 christi regnā-  
 tis in ecclesia.

quod tota doctrina Apostolica varijs hominum figmentis, stultisque ac fallacibus fabellis ac pestiferis Monachorum institutis profanata, quod tota pastorum functionio, ad externum dominatum, splendorem, & luxum vitæ conuersa, omnisque Apostolica pascendi gregis dominici sollicitudo, penitus derelicta.

Hæ autem cum passim in toto papatu vigeant, corruptelæ, & cum ante multa sæcula tanta rerum omnium indignitas Bernardo, alijsque viris sanctis iustam extorserit complorationem, vt ad tanta Ecclesiæ vulnera ingemiscerent, & ab ipsis pastoribus laceratam ac deperditam Ecclesiam clamitarent: Scarga tamen simul surdus ac cæcus, ab omni crimine pastores absoluit, & sicut illos nusquam à recta fide, veraque doctrina aberrasse contendit: ita Romanam Ecclesiam, veræ ac nativæ Ecclesiæ Christi retinere faciem, liberè prædicat. Inde autem falsæ suæ opinionis probationem se habere putat, quod cum Ecclesiæ Apostolos pastores & doctores datos commemoret, non posse eos errare & excæcari existimat, cum hoc nomine lupi potius quam pastores dicerentur. At verò vt te secutus eadem repetam, idem Apostolus ad coarguendam vanitatem tuam, ex ipsis pastoribus lupos exorituos rapaces prædixit, qui non parcerent gregi, peruersaque loquerentur, vt abducant discipulos post se. Nec non ex pastoribus, ac supremis Ecclesiæ præsidibus illi fuerunt, qui Christum Dei filium cum vniuersa eius doctrina condemnauerunt, crucique affixum, in omnibus eius membris semper persecuti sunt. Quanta ergo ista stulticia est, ita veritatem in sinum pastorum depositam credere, vt  
quacunq

Quod alij con-  
fiteantur, id Ie-  
suitaræ negant.

prædicti Apo-  
stoli de malis  
pastoribus.

quæcunquẽ tandem somnia ac mēdacìa in populum illi  
 spargant, id tamen pro oraculis diuinis recipiẽdum es-  
 se, authore Scarga, iudicetur? At quanto prudentius  
 Gorra non indoctus, nec incelebris scriptor sentit, qui  
 abominationem desolationis in loco Sancto stantem,  
 vocat pastorem malum in loco Apostolico sedentem, il-  
 lud præ oculis nimirum habens, quod apud Zachariam  
 Deus loquitur: Ecce suscito pastorem in terra, qui o-  
 ues succisas non visitabit, quod paruum est, non queret,  
 & quod contritum est, non sanabit, quod consistit, non  
 portabit: sed carnes pinguium comedet, & vngulas  
 earum confringet: O pastor Idolum, qui derelinquit  
 gregem, gladius erit super brachium eius. Hilarius  
 autem contra Auxentium scribens, Antichristum in lo-  
 co sancto sessurum dicit, vbi antea Apostoli celebres fu-  
 erunt: populumque commune facit, ne nimium tali-  
 bus locis sint addicti, tutiores asserens montes, sylvas,  
 speluncas, in quibus antea sancti Dei serui profugi ha-  
 bitarunt, ac prophetauerunt.

Abominatio  
 desolationis.

Vbi antea suc-  
 runt Apostoli  
 ibi nunc Anti-  
 christus.

At Scarga multum his dispar, Romanum Pontifi-  
 cem ideò Antichristum fieri posse negat, quod Petri A-  
 postoli locū obtineat, titulumque pastoris Ecclesię pre-  
 ferat. Sed quia & cum scripturis, & cum doctissimo-  
 rum omnium virorum iudicijs, atque adeò cum ratione  
 ipsa pugnat, in eo sanè auditorio dictis suis fidem quæ-  
 rat, quod non alium quàm Scargã meretur magistrum.  
 Vnam tamen adhuc Antichristi notam in medium iste  
 profert, miraculorum nempe falsorum patratorum  
 facultatem, quæ cum in Pontificibus Romanis ostendi  
 nequeant, Antichristi suspicionem in eos cadere non  
 posse



Miracula anti-  
christi nota.

posse docet. At verò quibus alijs obsecro artificijs Mis-  
sarum sacrificia, pro viujs ac mortuis substructa sunt,  
qui alijs fomites ad ignem purgatorium, latè accèdendū  
sunt appositi, quæ alia testimonia pro simulachrorum  
cultu producta, quæ p trāssubstāiatione firmiora argu-  
menta prolata, quàm quòd frequenti miraculorum fa-  
ma sunt corroborata, & credulo populo falsò persua-  
sa? Legat obsecro qui volet Gregorij Dialogos, de va-  
rijs ad fulciendam missam, & purgatorium ignem edi-  
tis miraculis, legat conformitatum librum Francisci, &  
omnes item sub varijs titulis & argumentis, à sequen-  
tibus Monachis conscriptos libros, & nihil inueniet, ni-  
si putidas fabellas, miraculorumq; nugacium infinita e-  
xempla, in hoc solum à Satana conficta, vt derelicta in  
Christo salute vnica, multiplices æternę felicitatis com-  
parandę modi quærentur. Et cùm in vniuerso Pá-  
patu, tantam hominum cæcitatem falsis prodigijs delu-  
sam, ita grassantem conspiciamus, vt oblitérato Chri-  
sto, in diuersis rerum medijs saltem constituent, & vel  
peregrinationibus ad simulachra diuorum suscipiēdis,  
vel altaribus sacrificiorum, aut Monachorum claustris  
magnificè erigendis sedulam operam impendāt, adhuc  
ne dubitabimus, illum non esse Antichristū, qui hæc om-  
nibus viribus propugnat, & rerum earum contemptū,  
cedibus ac flāmis vindicat: Expectate sanè Loiolite An-  
tichristum, sicut & Iudæi excæcati expectant hætenus  
Christum. Sed ille diuine virtutis suę vim latè diffun-  
dens, & in cognitionem veram sui electos aggregans,  
regnumq; Antichristi subinde conuellēs, cum certa spe  
breui venturus creditur à fidelibus, vt in possessionem  
glorię

Iesuitæ Anti-  
christum iam  
exortum ex-  
spectant.

glorie sue, quo eos vocauit per Euāgelium, inducat: & qui veritatis dilectionem, credentes mendacio, non sunt amplexi eos æternis supplicijs adiudicet.

## LIBER TERTIVS.



Vnc ad quartam Scargę columnam accedendum est: In hac autem magno quodam verborum strepitu, nullisq; parcens conuicijs, & se ab omni Idololatrię crimine, quod scilicet Christum in Sacramento, & non ipsum adoret Sacramentum, expurgare studet: & nos non ferendę cuiusdam impietatis accusat, quod corpori Christi in Sacramento præsentis, adorationem non exhibentes, illi diuinitatem adimere videamur. Nam cum caro Christi, siue humana Christi natura ita diuinitati vnita sit, vt saluis vtriusque nature proprietatibus, vnā & eandem constituent personam, non posse adorationem corpori Christi adimi causatur, quin vera eius diuinitas pernegetur. Atque hic passis velis in nos inuehitur, partim Arrianos, partim Nestorianos calumniosę vocitans, vt Calvinum etiam, sententia quadam eius maliciose detorta, huius pestiferi erroris magistrum faciat. Verum cum vniuerso mundo, nota sit Ecclesiarum nostrarum de æterno Dei filio sententia, & cum doctissimę scriptorum nostrorum, subinde prodeant lucubrationes, quibus æterna filij Dei diuinitas, ab omnibus Arrianorum & Ebionitarum moribus acerrimę defenditur, primusq; extiterit Ioannes Calui-

Quarta columna Iesuitica

nus,

nus, qui infernalem Arrij hydram, ab impuro Serue to Hispano deuo ab inferis excitatam, Herculeo ac pene diuino labore oppressit, mira est Scargę malignitas & impudentia, qui in tanta testium luce, tamque euiden- tibus rerum documentis, tamen Caluinum, & omnes Ecclesias nostras in suspicionem detestandi Arrianismi, aut Ebionismi, vel Nestorianismi pertrahere nititur. Sed hic etiam nomini suo satisfaciatur oportet. Scarga enim hoc est criminator, siue accusator ideo dicitur quod seruos Dei falso semper accusat, nullam autē ob- iecti criminis probationem vnquam affert. Et cuius pe- tulantię exemplum de se omnibus præbet, eam quoq; ipsius socij æmulari non sunt reueriti, libello quodam conuiciatorio, nuper in vitam Caluini edito. quo eum falsis criminibus confictis lacerant, & tanquam sordidi mures Leoni mortuo, proteruē insultant.

Sed maiora in clarissimo hoc viro, omnis virtutis & innocentie, summe pietatis & admirandę doctrinę fuerunt ornamenta, quam vt morsum cuiusuis sycophā- te extimescant. Ac non immerito admirandus ille vir Beza, totam eius vitam mortemq; describens, in hoc v- no viro, & vitę & mortis Christianę luculentum propo- situm exemplum demonstrat. Huius ergo potius tan- quam perpetuo vitę illius inspectori, & in ea vrbe in qua maximam fere vitę transegit partem, historiam de- scribenti, fidem adhibendam censemus, quam impuris hisce mystis, qui in omnibus sordibus volutati, scabiem suam sanctis & innocentibus viris affricare student. Sed extrema hæc Phariseorum & hypocritarum est ars, vt cum in doctrina cœlesti nihil reperire possint, quod mordeant

Scarga accu-  
satores signi-  
ficat.

Beza de Cal-  
uino.

mordeant, tandem ad infamandam hominis personam  
 insurgant, vt in aliqua eius labe & macula, doctrinę in-  
 uidiā pariant. Ita nimirum scelesti illi hypocritę,  
 Christum Dominum, vini potatorem, publicanorum  
 socium, fabri filium, Samaritanum, & Dęmoniacum vo-  
 care non sunt veriti, quando doctrinę & sapientię illius  
 cęlesti contradicere non potuerunt. At verò si ob ali-  
 quod vitę delictum totam Caluini aut Beze doctrinam,  
 (nam & hunc venenatis suis moribus impetunt, & cę-  
 soriam virgulam, in mores eius adolescentię stringunt)  
 suspectam reddere volunt, vt quid ergo totam pontifi-  
 cum Romanorum doctrinam, non subito repudiant,  
 quos ita vixisse omnes historię testantur, vt cacodamo-  
 nibus quām hominibus similiore meritò videri queāt?  
 Verum ne in diluendis falsis criminibus frustra tempus  
 consumam, ac quod iniuste, Scarga accusatorem nobis  
 se pręstat, re ipsa ostendam. Agnoscimus cum sancta  
 & Catholica Ecclesia, oppugnantes simul, & Eutyche-  
 tem & Nestorium, quod vnus idemque sit Iesus Chri-  
 stus Dei filius vnigenitus, in duabus naturis, inconfusè,  
 inconuertibiliter, indiuisè & inseparabiliter manifesta-  
 tus, haud quaquam differentia naturarum propter vni-  
 tatem sublata, sed magis vtriusq; nature, in vnā per-  
 sonam, & vnā hypostasim concurrentis, proprietate  
 seruata, non vt in duas personas bipartiat, aut diui-  
 datur: Sed vt sit vnus & idem filius vnigenitus, Deus  
 verbum, & Dominus noster Iesus Christus.

Ac proinde secundum hęc orthodoxam Catholi-  
 cę Ecclesię confessionem, nunquam ita naturas diftra-  
 himus, siue separamus, quin vnā eandemq; honoris

gloriam Christo Dei filio simul homini & Deo pendamus, tamque diuinam hominis carnem, quam veram filij Dei in carne manifestati naturam adoremus. Sed quia secundum hanc doctrinam Catholicam sententiam, ita unitatem personae Christi confitemur, ut suam utriusque naturae proprietatem conseruatam verè credamus, non utique carnem Christi per infinita locorum spacia diffusam quòd solius verbi Dei proprium est, sed in vno illo caelesti loco collocatam rectè profiteamur. Agnoscat ergo potius Scarga, an non Eutychem ex orco nobis reuocet, qui per infinitos eam locos diffusam credens, illi proprietatem suam adimit, & quod soli naturae diuinæ competit, imprudens in humanam Christi carnem transfundit. Scriptores quidem Ecclesiae antiqui secum vtriusque naturae non permiscendis proprietatibus, aperte subscribunt. Itaque Vigilus fidelis Christi Martyr, falsam simul Eutychemis & Scarge opinionem refellens, in hac verba loquitur. Dei filius, inquit, humanitate sua recessit à nobis, qui secundum diuinitatem dixit: Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Item, quando caro fuit in terris, non fuit in caelis: & nunc quia est in caelo, non est utique in terra, quum è caelo venturus speretur. Similiter & Fulgentius: Christus secundum humanam substantiam absuit caelo, quum esset in terra, & dereliquit terram, quum ascenderet in caelum.

Vigilius mar-  
tyr de Christi-  
ano.

Fulgentius.

Augustinus.

Augustinus autem in Epistola, ad Dardanum copiose hoc argumentum persequens, inter cetera sic scribit. In eadem carnis forma atque substantia venturus est ad iudicandos viuos & mortuos, cui profecto immortalitas

mortalitatem dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formam non est putandus ubiq; diffusus. Cauendum est enim, ne ita diuinitatem adstruamus hominis, vt veritatem corporis auferamus. Non est autem consequens, vt quod in Deo est, ita sit ubiq; vt Deus. Et alibi: Quia secundum carnem ascendit in cœlum, non est hic, & ibi, non autem hic, sedet ad dexteram maiestatis, Item. Dominus sese corpore absentauit ab omni Ecclesia, & ascendit in cœlum, vt fides ædificetur. In hanc porrò sententiam loquitur & Cyprianus: Corpore absens Christus, sedet & interpellat apud patrem, qui spiritu, id est, secundum deitatem & efficaciam, in sanctis habitat. Plurima & alia veterum patrum citari possunt testimonia, quę cum scripturis Apostolicis Christum quoad carnem in solo residere cœlo demonstrant, & non aliunde ad iudicandum orbem venturum clarè prædicant. Inde autem omnibus pijs æstimandum relinquo, quantum ab Orthodoxa fidei confessione distat illa Scargę opinio, quam tamen Catholicam dicere non erubescit, sic nimirum scribens. Firmissime, inquit, credimus, & constantissime prædicamus, verum & naturale, & substantiale, ac reale Christi corpus, omnibus præditum qualitatibus, & quantitate, sed per modum substantialem inuisibilem, non localem, non circumscriptiuum, sed ineffabilem, esse sub speciebus panis, vt eodem momento & sit in cœlo modo naturali, & sit in Eucharistia supra naturam, non per descensum de cœlo & loci mutationem, sed per conuersionem substantiæ panis, in ipsum Christi corpus, & eius substantiam.

Cyprianus.

Fides Iesuitarum de corpore Christi.

Obsecro te per immortalem Deum chare lector, quidnam in prædictis antiquorum & Orthodoxorū patrum sententijs audisti, quod aliqua ex parte huic Scargę mataxologiæ conueniat, ac non potius ex diametro repugnet. Illi simpliciter non alibi Christi carnem,

quàm in cœlo esse definiunt: Scarga autem vno eodemque momento tam in cœlo, quam in speciebus panis eam contineri dicit. Nam quòd solum præsentis modum distinguit, vt aliter in cœlo, aliter in speciebus panis carnem esse Christi asseueret, quia tamen integram carnis substantiam in Eucharistia collocat, patribus certe antiquis, totique veteri Ecclesie repugnat, qui nullibi in terra sed saltem in cœlo Christi corpus esse docent. Non difficile enim erat hac saltem Scargana exceptione scriptoribus antiquis vt, si aliquam carnis præsentiam substantialem, & non localem in terra stauerent. Sed profectò hæc Aristotelica theologia, nunquam illis in mentem veniebat, vt quod in schola omnipotentis Dei de vero corpore Christi didicerant, id ex placitis Philosophorum dediscerent, ac substantiam carnis Christi insensibilem, quia scilicet substantie, rerum, secundum Philosophos sensibus non sunt expositæ, stauerent. Itaque cum talis de corpore Christi confessio, qualem edit Scarga ab omni Sancte veterisque Ecclesie doctrina dissideat, cum non sanorum verborum formam, sed euanidas humane mentis speculationes, & argutias Philosophicas redoleat, non ad spiritum sanctum, sed ad alium quemuis potius autorem est referenda, ac ab omnibus Christi fidelibus merito repudianda. Et quia non quod mens humana fingit, aut falso sibi persuadet: Sed quòd sola vox Dei docet, id nobis credendum ac firmiter retinendum ducimus, non possumus non Idololatriæ crimen vobis merito obijcere, qui Christi quidẽ carnem vos adorare profiteremini, reuera tamen panem, siue accidentia panis, ( quia hæc sola iudi-

Scargæ theologia Aristotelica.

Subra con  
 in x. m. n.  
 scribit in sa  
 no. p. p. p.

Iesuicæ Idololatriæ.

la iudicio vestro manent) prapostere adoratis. Neq̄ enim caro Christi in vllō terræ angulo, tanto minus in aliqua panis specie hæret, sed in cœlestem illam gloriã euecta, omniq̄ diuina laude ac potestate cumulata, non nisi in fine sæculi de cœlo ventura creditur, & cum summo fidelium omnium desiderio expectatur. Hoc verò cum passim scriptura sancta testetur, idq̄ tam fideliter prisci omnes & sancti patres, scriptis suis consignarint, nihil Antichristi figmenta moramur, & sub larua Ecclesiæ, ita merente mundo, istas diu venditatas fuisse nugas, vehementer deploramus.

Nec verò hæc ita dicimus, vt non adorandū Christi, veri Dei corpus credamus, aut de dignitate Sacramenti, in quo participandam corporis sui substantiam ille nobis exhibet, aliquid detrahamus: sed sacramentum & rem sacramenti ita discernere nouimus, vt illud quidem in terra positum manu apprehendamus, oreq̄ in cibum percipiamus: corpus autem ipsum Christi de cœlo, ipsiusmet Christi spiritusq̄ eius sancti virtute, verè in cibum mentis ac fidei nobis communicari profiteamur. Ablit autem vt ipsum signum, pro re signata adoremus, & carnali animæ seruitute nos detineri, id quòd vitare Augustinus iubet, testificemur. Carnalē enim animę seruitutem ille vocat, si quis signa pro rebus ipsis accipiat, & supra corpoream creaturam, oculos mentis, ad hauriendum illud æternum lumen minimè attollat. Et qui operatur, inquit, aut veneratur vtile signum diuinitus institutum, cuius vim significationeq̄ intelligit, non illud veneratur, quod videtur & transit, sed illud potius, quò talia referenda sunt. Nec aliter sensit

*Confessio Euan-  
gelica.*

*Discernendū  
est sacramen-  
tum à re sa-  
cramenti.*



Aquilas nos  
esse oportet.

sensit Chrysoſtomus, qui ad percipiendum corpus Chriſti fideles accedentes, non in terram depreſſas, ſed in cœlū elatas mētes habere mandat. Ita enim ſcribit: Iubet nobis, vt concordia & charitate maxima ad ſe accedamus, & aquilę in vita facti, ad ipſum cœlum euolemus, vel potius ſupra cœlum. Vbi enim cadauer inquit, ibi & aquilæ. Cadauer Domini corpus eſt propter mortem. Niſi enim ille cecidiſſet, nos non reſurrexiſſemus. Aquilas autem appellat, vt oſtendat, ad alta illum oportere contendere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cum terra, debere illi eſſe commune, neq; ad inferiora trahi, aut reperi: Sed ad ſuperiora ſemper volare, & in ſolem iuſticię intueri, mentisq; oculum acutiſſimum habere. Aquilarum enim non graculorum hæc menſa eſt. Ex his porro Auguſtini & Chryſoſtomi verbis, liquidò omnibus conſtat, quod non in ſpeciebus panis, ſed in ipſo cœlo poſitum Chriſti corpus docent: itaque hoc ſacro veſci cibo fideles iubent, vt terrę oblitū ad alta contēdant, indeq; hanc ſalutarem animę eſcam, petendam ſibi eſſe ſciant.

Verba Chryſoſtomi quomodo ſint intelligenda.

Itaq; quod Chryſoſtomus in multis ſcriptorum ſuorum locis, aliquando corpus Chriſti in altari poni, illudq; manibus tractari, & oculis hominum videri aſſeruat: quis non animaduertit, Sacramentalem dicendū illum uſurpare modum, vt nimirum id rei ſignificatę tribuat, quod tamen nonniſi ſoli competit ſigno? Id verò nec Scarga ipſe inficiari poteſt, qui quidem corpus Chriſti in Sacramento contineri inuiſibile, ſolaq; accidentia panis viſui expoſita tradit. Nihil ergo agit, qui veteres contra nos producens patres, illorum teſtimonio nos

hio nos obrui putat, cum optimè sensum suum vbiq̃  
illi explicent: & si quid durius alicubi loquuti sunt, id  
planioribus alibi verbis emolliant. Hoc quidem pro  
confesso apud omnes est, ita in Sacramēto corpus Chri-  
sti manducandum fidelibus exhiberi, vt qui non signi-  
tantum, sed & rei cœlestis participes esse velint, fide ac  
mente in cœlum elata, corpus Christi diuinum adorent,  
illudq̃ verè percipientes, omnia simul cum eo ad vitam  
aternam necessaria dona percipiant, iusticiæq̃ illius &  
totius meriti morte eius acquisiti compotes, in conspe-  
ctu omnipotentis Dei intrepidi semper consistant. Nec  
verò ab ea sententiâ, Nicenæ Synodi canon discrepat,  
qui vetat nos humiliter attentos esse ad præposita sym-  
bola: Sed eleuata fide, mente contemplari in illa cœle-  
sti mensa, immaculatum agnum Iesum docet. Videat  
ergò Scarga cum suis socijs, qui toties nos degeneres  
patrum filios clamat, an non ipsimet terminos, quos  
posuerunt patres eorum transgressi sunt, qui ad eò hu-  
militer ad symbola illa attentisunt, vt non symbola,  
sed Deum ipsum esse clamitent, totoq̃ corpore & men-  
te prouoluti, ea pro ipso Deo adorent.

Nec impietatem hoc facto suo excusant, quod  
non accidentibus visibilibus panis, sed inuisibili corpo-  
ri Christi istam se tribuere adorationem dicunt, cum  
Christum non nisi in cœlo quærendum, illicque adoran-  
dum vniuersa scriptura sancta præcipiat. Et quia eo-  
rum confessione, sola illic visibilia panis accidētia pro-  
ponuntur, corpore inuisibili existente: quodnam obse-  
cro effugium inuenient, vt non accidentibus, quæ sola  
samen vidētur, diuinum se tribuere honorem ostendāt

Modus man-  
ducandi cor-  
poris Christi.

Christus in  
solo cœlo que-  
rendus.

Inde enim omnis idololatrię vsus est interdictus, vt quid  
 quid de prototypis adorandis idololatrię garrunt, per  
 uersam hanc, & præposteram colendi Dei rationem, Do  
 minus excretur. Non vitulum aureum visibilem Isra  
 elite, sed Deum inuisibilem, qui illos eduxit e terra Ae  
 gypti, se adorare profitebantur, neque tamen impieta  
 tis crimen, & debitam sceleris pœnam, iusto Dei iudi  
 cio effugerunt. Ac profectò magna est humani inge  
 nij audacia, istam colendi Dei rationem in Ecclesiam in  
 troducere, quàm nulla vox diuina tradit, neque aliquod  
 exemplum Apostolicum comprobat. Euangeliste qui  
 dem omnes circumstantias extreme illius Domini cœ  
 nę accuratè describentes, discubuisse Dominum cum  
 duodecim Apostolis commemorant, discumbentibusq;  
 illis ac vescentibus panem ab eo acceptum, ac pro cor  
 pore suo eis traditum testantur. Et Lucas in Actis A  
 postolicis, conuenisse fideles ad frangendum panem,  
 scribit. De adoratione autem aliqua Sacramento ex  
 hibita nullum verbum facit. Nec Paulus aliud se Co  
 rinthiorũ Ecclesię tradere dicit, nisi quòd à Domino ac  
 cepit, nempe vt de communi omnes mensa vescantur,  
 corporiq; ac sanguini Christi participare se sciētes, cum  
 mensa Dæmoniorum nullum habeant commercium.

Papistæ nimi  
 um audaces.

Adorationis  
 sacramenti  
 nusquam fit  
 mentio.

Quid? quòd longo tempore, Apostolicam hęc  
 simplicitatem in Ecclesia Christi fuisse retentam, noua  
 Romanorum Pontificum edicta testantur? qui quidem  
 post multa sæcula, de honorifica Sacramenti asseruatio  
 ne, eiusq; adoratione, & campanarum pulsu leges pro  
 mulgauerunt. Quò magis admiranda est magna que  
 dam Scarge impudētia, qui adorandi Sacramenti vsus,  
 ad ipsum

ad ipsum Authorem Christum referre non dubitat. Non esse possibile asserens, vt Christus tempore cœnæ suæ sederet, in quâ Sacerdotii munere perfunctus non nisi magna mysteria, summâq; veneratione digna peregerit. Ita vero homines isti dum quæuis figmenta, cerebricq; sui somnia sequuntur, spiritui etiam Sancto diuersum in scriptis Apostolicis tradenti, mēdacium obijcere non reformidant. Sed benè habet, quòd testimonio ipsi suo se condemnant, & quam mendaciū labem Euangelistis aspergunt, ipsi confessione sua in fœdissimo hoc crimine deprehensi tenentur. Omnia enim illorum templa ita historiam cœnæ Domini habent depictam, vt Christum quidem in medio Apostolorum ad communē mensam sedentem, symboliq; corporis & sanguinis sui in illo confessu distribuentem ostendant. Et in summo Ecclesiæ Cathedralis Vlnensis, vt isti vocant, altari, talis Historia depicta conspicitur, hisce additis versiculis. Rex sedet in mēsa, turba cinctus duodena: Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus. Ac vt certius sic administratę Domini cœnæ, omnibus exhibeant documentum, in eodem Vlnensi templo, quarto ante festum Paschæ, tertia die, Canonici instruunt mensam, ad quam pane ac vino oneratam, ipsi cum suo resident Episcopo: vescētesque ac bibentes ritum diuinitus instituti Sacramenti concelebrant. Et quamuis in re seria illi ludunt, veritas hoc tamen ipsa eis extorquet, conscientiamq; eorum testem contra se citat, vt quod sacrilego ausu peruertere non sunt reueriti, ex communi nimirum mēsa priuaras comminiscentes Missas, pœnam, tempore suo sibi sustinendam sentiant.

Scarga Spiritui S. obijcit mendacium.

Ritus Vlnensium Canoniorum.

Mirum tamen est, quibus probris ac contumelijs

Sessio ad mē-  
sam Domini.

quanta verborum petulantia Ecclesias nostras profcūdit Scarga, qui in mutuo confesso his sacris Domini epulis vescimur, sacroq; eius corpori ac sanguini in mēsa illa communicantes, institutum Christi Domini sequendum nobis esse ducimus. Ac quo magis sacro fidelium cœtui insultet, non aliter exemplum à Christo prescriptum, à nobis exprimi posse ostendit, nisi cœnam noctu administremus, nisi fœminas ab ea arceamus, & in solo duodecim virorum numero vnum proditorem habeamus. Sed maledicum hominis os minimè attendit, quid Christi Domini institutum ferat, & in quem scopum collimet, & quid item hominum malitia designet, vt non ad imitationem, quæ abusu deprauantur, sint nobis trahenda: sed horrenda Dei iudicia in grauiissimo vnus hominis lapsu, vehementer extimescenda. Nam quòd vesperi cœna illa fuerit administrata, hoc festum agni Paschalis postulabat, vt nimirum veteris legis figura peracta, nouum succederet fœdus, tantoque maioris beneficij, quanto maior, offerebatur victima, memoria in perpetuum recoleretur. Nec attingebat fœminas eodem momento ad illam mensam adhiberi, quando in persona paucorum virorum, quid vniuersę Dominus tradiderit Ecclesię, doctrina exemploque suo posthac Apostoli declarauerint. Immutauerunt ergò ordinem temporis, & reliqua quæ ad naturam sacramenti euertendam nihil faciebant, ipsum autem Domini institutum firmiter sæculis omnibus, eaq; quam à Domino acceperunt forma, retinendum docuerunt. A qua quidem quantopere isti religionis Romane recesserint architecti, tanta actionis disparitas, tanta rerum omnium

Cur Christus  
vesperi cœnā  
peregit.

omnium dissimilitudo, imò totius legitimi vsus euersio, abundè demonstrat.

Nec mirum quãdo multis post Apostolorum tempora sæculis, in hoc ingenium suum maximè ostentabãt Pontifices Romani, vt nouis subinde additis coloribus ac fucis, natiuam sacrę cœnę faciem corrumperent, & in diuersum quendam habitum transformarent. Inter reliquos autem Vrbanus quartus, crassę cuidam idololatrię ianuam aperuit, qui festum corporis Christi singulis

Festum corporis Christi,

annis celebrandum instituit, & ea quidem pompa, vt ociosę plebis per omnes vrbium plateas cursitatio, funeralium & tedarum ardentium vexillorumq; ac conopœorum gestatio, & variorum musicorum instrumentorum, ac item nolarum ac bombardarum strepitus, horrendaq; tormentorum explosio, insanam illam prisca gentium superstitionem exprimat, veręque pietatis & totius Christianę religionis euersionem inducat. Hoc enim modo suas Veneres, Cereres, Isides, suosq; Bacchos, stolidę coluerunt gentes, talibusq; omnibus exercitijs impuris sacrificabant dæmonijs. Nec mirum, quando verum Deum ignorantes, & ex carnali sensu totam religionem metientes, talibus oblectamentis falsos suos Deos capi existimauerunt, qualia sensus carnales titillant, humanoq; adlubescunt ingenio. At verò noster Deus est Spiritus, & quia nullis carnalibus desiderijs ac cupiditatibus ducitur, Spiritu & veritate, ita iubente eodem est adorandus, quòd ad eò verum esse testatur ipse Christus, vt quibuscunq; ceremonijs, in templo veteri implicitus fuerit veri Dei cultus, istos iam plena filij Dei manifestatione facta, omnes abolendos, solo Spirituali

Cultus Dei  
mosaicus ab-  
rogatus.

manente Dei cultu, palam denunciauert. Quod si hec, quæ mandauit ipse Deus, post aduentum in carnem filij sui abrogari uoluit: annon hunc omnem apparatus ac splendorem execrandum iudicabit, quem homines carnales, & Sardanapali isti Romani, in Ecclesiam Christi introduxerunt, & quod ab impijs Ethnicis mutuati sunt, in Christianam religionem inuexerunt.

Et Scarga tamen in laudanda hominum istorum liberalitate immodicus est, qui his temporibus ad prætiosas Sacerdotum vestes, ad altaria magnificè ac pomposè exornanda, aurum argentumq; illis suppeditant. Sed quid faceret aliud seruus Antichristi, ipse se ubiq; suo iudicio prodens, & cui militet Domino manifestè declarans? Illi nimirum, qui Deum suum Maosim colit auro & argento. Verum enimuero grauissimo hoc nomine affici se queritur contumelia, quando Catholicos perhibet Maosim ignorare, nec quenquam ex popularibus, quid sit hoc nominis cognoscere. At verò Petre, nec quid Missa sit, hæctenus uestrum quisquam, nec dum popularis idiota intellexit. Sunt enim quidam qui Syriacam uocem esse putant: sunt qui Latinam, & in ea explicanda tot sunt ferè sententiæ, quot capita, vos uerò uanis altercationibus, ut de re uana & inutili omisissis, missam illam facile, & sic demum quod uanum fuerit ludibrium, cognoscetis. Nisi enim eam missam feceritis, tamdiu id, quod non intelligitis coletis, ut iam tibi mirandum non sit, id te cum popularibus tuis adorare, quod tamen non cognoscitis. Hoc tamen ad indagandum, quid sit Maosim, aut Missa calcar tibi addere debuit, ut quoniam Dominus, ad cultum nominis sui Sancti,

Incertū quid  
sit Missa.

Sancti, nullo amplius auro & argento egere voluit, *Missa Maosim*  
 sa autem auri & argenti splendore omnino carere ne-  
 queat, ne Missa paucis inuersis literis sit nobis Maosim.  
 Hæc sola profecto amplissimas nobis opes conciliauit,  
 hæc tantum auri tantumque argenti, quantum in omni-  
 bus Sacerdotum conspicitur mensis, vobis suppeditauit  
 hæc tot Maosim, id est, tot arces ac superbas munitiones  
 vobis contulit.

Sed Scarga magnum quoddam acumen hic se o-  
 stentare putat, qui in Zuinglianos, vt vocat ille, hoc cri-  
 men ita retorquet, vt illos Maosim, hoc est, aurum, &  
 argentum colere perhibeat, qui multa templa auro &  
 argento spoliauerint, & in priuatos suos vsus conuer-  
 terint. At verò mendacem oportebat esse memorem,  
 vt quia in Antichristo hanc prophetiam explendam an-  
 tea dixerat, quem tribus saltem annis ante Christi ad-  
 ventum regnaturum comminiscitur, non nisi falsò ali-  
 enum crimen Zuinglianis, obijcere possit. Et certè a-  
 liud est aurum & argentum per auaritiam colere, & a-  
 liud Deum Maosim auro & argento adorare, vt tam di-  
 uersa & repugnãtia connectere, non nisi hominis sit in-  
 sapientis. Nam quicumque auaritię student, & in cumu-  
 lando auro & argẽto sedulam operam impendunt, ido-  
 lolatrię quidem vitio, teste Apostolo, vacare nequeunt,  
 at Maosim colere Deũ, quod soli competit Antichristo,  
 dici non possunt. Si qui ergo ex Christianis sunt, quos  
 calumniosè Zuinglianos Scarga vocat, qui aurum &  
 argentum templis dicatum, non in ministerium verbi  
 Dei, nec in alios pios ac legitimos vsus, sed vsibus suis  
 domesticis destinant meritò, eos reprehendendos om-  
 nes du-

Deum Mao-  
 sim auro cole-  
 re, & auaritię  
 studere diuer-  
 sa esse.



nes ducimus. Deo, tamen Maosim cultum aliquem obsequij illos præstare dicere non possumus. Ita verò Petre calumniosa scripturæ interpretatio nusquam sibi constat, & ubi te maxime sapere putas, frustra te, & ocium & verba in futili tractando argumento perdere omnibus patefacis. Non agnoscunt, neque adorant veri Christiani extraneum aliquem, & patribus suis Apostolis, virisque Apostolicis ignotum Deum, sed solum ac vnicum æternum illum conditorem cœli & terræ, Patrem nimirum Domini, nostri Iesu Christi. Atque hunc item eius filium, virtute Spiritus Sancti semel in utero virginis conceptum, verumque hominem natum confitentur, & credunt. ex substantia autem panis, subinde illum creari, & in solis accidentibus panis adorandum proponi, pro extrema impietate reputant.

Quibuscumque ergo effugijs tu vteris, ut ab omni idololatriæ crimine te excusatum efficias, qui non panem sed verum Deum Christum te in accidentibus panis adorare profiteris, vivit ille & regnat in cœlo, qui hanc contumeliam nomini sancto suo illatâ tempore suo vindicabit. Ac profectò magna est quædam insania, & brutâ penè stupiditas, ad Christum in cœlo adorandum, ubi in sublimi diuinæ maiestatis solio collocatum, tota scriptura sancta testatur, mentem attollere nolle, & in aliquo alio vili domicillio corruptioni obnoxio, adorandum prostituere. Hoc enim perinde est, ac si quis regi in tribunali suo sedenti tergum obuertat, & ad sceptrum eius conuersus regi se exhibere honorem profiteretur. Nam Sacramenta in hunc finem à Domino sunt instituta, ut nos ad Christum ducant, & alimentum vitæ Spiritu

Insani sunt  
qui Christum  
alibi quâ in  
cœlo statuunt.

te Spiritualis ab illo esse petendum, qui mortis inferni ac Satanae victor, aeterna in caelo fruitur vita, nobis demonstrant, non autem ut nos in terra detineant, ac in sui cultum affigant. Sunt enim haec signa vitae in Christo nobis oblatæ, non causæ, salutis, quæ in solo Christo est fundata, nobis constitutæ. Ideoque in esum ac alimentum sunt nobis à Domino destinata, ut tanquam visibilia sint sigilla & testimonia, per quæ testatur Dominus, se in nobis velle habitare, vitæq; immortalis, quæ in eo residet, nos participes efficere. Hoc in pane ergo, nec in accidentibus panis habitat Christus, sed per spiritum Sanctum habitat in fidelibus, qui castam puramq; mentem illi offerunt, & solis fidei, non autem oris faucibus illum apprehendunt. O miseros & errabundos homines, qui tantæ dignitatis suæ obliti, illum recipere renuunt, & panem in tantam dignitatem extollunt, ut domicilium Christo in pane, ubi ille nunquam se habitaturum recepit, constituent. Ad solos enim fideles, & eos qui sermonem eius audiunt, se venturum, & unâ cum patre suo mansionem se apud eos facturum promissit. Manete, inquit, in me, & ego manebo in vobis, ut per hoc insinuet, se utiq; in eis non mansurum, qui non manent in ipso. At verò panis non manet in Christo. Ergo neq; Christus in pane manet. Ac vident hoc miseri homines isti, ideò panis substantiam abolitam esse volunt, ut ne quid indignum Christo tribuant. Sed quid de accidentibus panis facient, quæ integra manere dicunt, num ea tanta dignitate pollere, tantaq; eminentia prædita esse dicent, ut quod panis obtinere nequit, hoc tanto beneficio species euanidas Dominus afficere dignatus sit.

Q

O mi

Fidei sacramentorum.

Christus non in pane sed in credentibus manet.

O mi Scarga quando tu tandem oculos mentis aperies, vt tantum veternum qui te torpidum defixit, & omni vigilantia priuauit, aliquando excutias? Non ego odio tui, & totius ordinis vestri in graues aliquando querelas errupo, vt calumnijs & conuictijs, sicuti me iniuste accusas, te oneratum velim: sed vt obstinatum hanc peruertende veritatis pertinaciam in vobis emolliam. Alij enim qui minus ingenio & doctrina pollent, fortassis excusationem merentur: tibi verò cum socijs tuis nullus excusandi delicti locus relinquitur, q̄ volētes, ac sciētes tā crassum & palpabilē errorē defēditis. Magnū scilicet argumentum ad refellendum idololatrię crimē tibi obiectum reperire te putas, quod non panem, quem in Sacramento nullum amplius restare dicis, sed ipsum Christi corpus te adorare profiteris. At verò falsam hanc imaginationem tuam reuincit Apostolus Paulus, qui panem quem frangimus, dicit communicationem Christi corporis esse, & restare iudicium his minatur, qui panem Domini manducauerit, & poculum Domini indignè biberit. Ideoq; seriò mandat, vt probet seipsum homo, antequam illum panem edat & calicem bibat. Huic verò tam claro Spiritus Sancti testimonio, an ideò tu repugnabis, quia Innocentius Romanus Pontifex diuersum te docuit, & substantiam panis in substantiam corporis Christi conuertí commentus est? Verùm si maiorem hominis, quàm Dei ipsius per os Apostoli loquentis autoritatem esse existimas, at saltem alterius hominis, qui itidem Romanus fuit Episcopus, autoritas te commoueat, & in diuersam sententiam meritò deducat. Gelasius enim Sacra-  
menta

Iesuitæ inex-  
cusabiles.

Conuersio pa-  
nis in Chri-  
stum Papæ  
est cōmētum,

menta, quæ sumimus corporis & sanguinis Domini, res diuinas esse perhibet & propterea per illa participes nos fieri diuinæ nature, neque tamen desinere substantiam vel panis, vel vini, sed manere in suæ nature proprietate, expressè docet.

His ergo diuinis simul & humanis testimonijs cedit impie illius vocis usurpatio, quã per vicos urbium oberrantes, & panem auro inclusum adorantes, non panem, sed Deum esse ac liberatorem vestrum personatis, omnemque gentium abominationem, hoc vestro facto adæquatis. Si enim Sacramenta, quæ sunt rerum diuinarum ac cœlestium signa, citra impietatem Augustino teste, adorari nequeunt, vt cum rebus ipsis cœlestibus, & non lignis omnis debeatur honos & gloria, quàm execranda impietas illa meritò est reputanda, vbi ne Sacramento quidem honor penditur; Sed res noua ac sola curiositate hominis introducta, ab omni Sacramento aliena adoratur? Quibus enim argumentis Sacramentum id esse approbabitis, quod ab omni diuino dissidet instituto, & quod non ad esum neque ad potum, licet ferente Dei mandato, sed ad circumgestandum ac adorandum à vobis proponitur? Deinde cum Gelasio papa teste, diuisio vnus & eiusdem Sacramenti, sine gratiæ sacrilegio prouenire nequeat, cui nam persuadebitis id Sacramentum, ac non potiùs sacrilegium esse, quod tam turpiter laceratur, & neglecto calice solus panis adoratur? Ita verò nihil afferri potest, quod non Verba ni istius nouum commentum ac institutum, summæ cuiusdam impietatis redarguat, & hominem scelestum, ac sacri Domini instituti euersorem improbum accuset?

Non est panis  
sed Deus.

Sacrilegæ sint  
qui diuidunt  
sacramentum.

Sed hæc fuit illa potestas tenebrarum ; ita Antichristo imperium suum in Ecclesiam exercente, vt quibuscunq; vellet legibus illam premeret, seruitutisq; iugum, quodcunq; eius adlubesceret animo, ei imponeret.

Occasio Instituti festi Corporis Christi versus mulieris.

Ac opere præcium audire est, quæ res homini auctori occasionem dederit, vt nouum hoc, & per mille adducendos annos Christianis ignotum festum instituerit, & abominandæ idololatriæ vexillum crexerit. Fœmina quædam Eua nomine, in terra Leodiensî : reuelationem diuinitus sibi de hoc festo instituendo factam, ad Pontificem perscripsit, atq; vt illud pro autoritate sua ordinaret, impense rogauit. Cuius quidem votis obsequens Pontifex, ita illi per literas respondet, vt certum iam se huic festo designasse diem ostendat, eamq; vniuersis Christicolis noua festiuitate iucundam, & ampla iucunditate festiuam, perpetuisq; temporibus celebrandam demandet. O graues & iustas causas, quibus bellus hic Pontifex permotus, mulierculæ vili parendum omnino decreuit, & tanto quidem fructu, qualem literis significat, vt noua festiuitate iucundus, & ampla iucunditate festiuus perpetuis temporibus existeret? Atq; vtinam intra hunc saltem finem, Christiani se continerent, & solis iucundis ac festiuis lusibus otiosè obambulantes, oculosq; fulgore auri & argenti pascentes, ac aures suauis musico concentu demulcentes, sese oblectarent, ac non crassam etiam Idololatriam in pane adorando exercerent. Sed quia & indignam colendi Dei rationem, solisq; hominibus Ethnicis propriam vsurpant, & fœdissima præterea Idololatria se contaminant, Urbanum hunc, quisquis fuit, & hominem impium

In festo corporis Christi crassa comitatur idololatria.

impium, & verum fuisse Antichristum clamitant. Ita nimirum Eva antiquum reperit serpentem, vt mutuo consensu ab arbore vite, sacro nimirum illo epulo diuinitus instituto homines repellerent, & illud concupiscendum, quod speciosum fuit visu, dementate plebi persuaderent. Sed quia his delicijs suauiter indormiunt, Scargaq; tam suauibus escis se ad satietatē expleri non posse asseuerat, illos sanè iudicio Domini relinquamus, nos autem ne in tam vastum impietatis & idololatriæ gurgitem præcipitet, ardentibus ab eo votis exposcamus.

In quinta columna prolixè differit Scarga de manducatione corporis Christi, eam nimirum duplicem statuens, vt spiritualem eam dicat, quæ Spiritu siue anima perficitur, Corporalem autem, qua corpore corporaliter caro Christi comeditur, eamq; manducationem, à nemine vnquam extra Sacramentum perfici posse, vt potè in quo solo corporalis corporis Christi manducatio, & non alibi à Domino tradita est. Nos autem vt rectè intelligamus, quæ corporis Christi manducandi sit ratio, primum statuamus oportet, qualis hic cibus sit, & quali vite sustentandæ seruiat. Si enim non dissimilis hic cibus sit omnibus alijs escis, quibus extimulante fame ad reficiendas humani corporis vires vescimur, vt temporaneam hanc vitam conseruemus, non repugnamus, corporaliter, omnibusq; his nature instrumentis, quibus omnes corporales manducantur cibi, & hanc corporis Christi escam ab omnibus manducantibus percipi. At verò qualis hic sit cibus, & quali seruiat vite, ab ipso Christo saluatore nostro discamus oportet, qui vt solus hunc se cibum dare profiteretur, ita hic solus optimè omnium vsum ac fructum illius nobis edifferere potest. Docet autem Christus apud Iohannem Capite sexto, quòd sit

Quinta Scargæ columna corporalis manducatio.

Corpus Christi qualis cibus.

discrimen cibi huius terreni, & cibi, quem non alium quam corpus suum testatur esse, celestis. Ac terrenum quidem, quo & Iudæi à Christo fuerunt saturati, & quo patres eorū in deserto vescebātur, eiusmodi fuisse cibū testatur, qui perit, & in æternā vitam neminem, recipit. Cibum autem corporis sui talem esse perhibet, qui in vitam æternam permanet, & nisi quis illius particeps fuerit, eum vitam omnino non habiturum denunciat. Quare id? Quia nimirum hic solus & vnicus cibus est, quem ille sit daturus pro mundi vita. At verò mundus quomodo vita excidit, nisi quòd omni rectitudine & iusticia priuatus, ac in cœnum omnis peccati prouolutus, se æternæ damnationi ac morti obnoxium reddidit? Iusticia ergò ac sanctificatione Christi fruamur oportet quando hic omnis iusticię & vitę fons est, vt nisi quem ille irrigauerit, eum ariditate sua emarcescere, & spiritali animę fame contabescere oporteat. Ideo enim iustus pro iniustis mortuus est, vt iusticia sua Deum æternum placaret, ideò Spiritum Sanctum sine mensura accepit, vt sanctitate sua omnia corporis sui membra perfunderet.

Ex his verò omnibus dictis, quę tota passim proponit scriptura Sancta, & quę de se ipso testatur Christus, omnibus apparet, qualis hic sit cibus, & cui repellendę seruiat fami, vt manducantibus suppeditet vitam. Hac verò fame oppressa est anima nostra, iusticię nimium indiga, & vitę æternę appetens, vt quę suo vitio perdidit, hæc sola in Christo acquirat. At quo obsecro instrumento tantum apprehendet bonum, quoniam ore æternum hunc, vt immortalem ex eo hauriat vitam, percipiet

Iustitia Christi  
frui nos oportet.

Corpus Christi  
cibus animæ.

cipiēt cibum? Solam fidem testatur esse Dominus, cum  
 ita dicit: Amen dico vobis qui credit in me habet vitam  
 æternam. Ego, inquit, sum panis ille vite. Ac propter  
 rea qui ex Discipulis hoc Christi sermone tanquam du-  
 ro offensi, pedem retulerunt, neque capaces huius cibi  
 fuerunt, eos esse dicit, qui non credebant. Petrus au-  
 tem ideò cum reliquis se à Domino, non recessurum  
 confirmat, quia verba vite æternæ illum habere ait,  
 seque credidisse & cognouisse, quod ille sit Christus fi-  
 lius Dei viventis. Inde verò sole ipso clarius spectan-  
 dum nobis proponit Christus, quod sicut solus vnicus  
 est vite cibus, & quidem ad æternam animæ vitæ susten-  
 tandam propositus, ita neminem illius capacem fieri  
 posse, aut ad eum venire, nisi quem pater traxerit, hoc  
 est, nisi cuius mentem Spiritu Sancto suo illuminauerit,  
 & cor ac sinceram fidem, ad apprehendendum tam di-  
 uinum ac cœlestem cibum formauerit.

Fide mandu-  
 candum.

Quia ergò Christus Spiritualis est animæ cibus, &  
 quidem non corporali huic ac caducæ vite, sed æternæ  
 immortalitati destinatus, & quia non alio instrumento,  
 nisi fide sola, & quidem à Spiritu Sancto informata re-  
 cipitur, attendat obsecro pius lector, ex qua nam The-  
 ologia opinionem suam Scarga hauserit, qui præter v-  
 nicam hanc ac Spiritualem manducandi corporis Chri-  
 sti rationem, aliam etiam esse perhibet, & quidem in so-  
 lo Sacramento institutam, quæ corpore ipso corporali-  
 ter caro Christi comedatur, & in vētriculum humanum,  
 sicut reliqui omnes cibi conijciatur? Illius quidem in-  
 fallibilem testem habemus ipsum Filium Dei: huius au-  
 tem non nisi vanam imaginationem, in fumoso Scargæ  
 cerebro

Christus non  
 ore sed sola  
 fide manduca-  
 tur.



Non v̄tris  
est sed mentis  
cibus.

In verbo mā-  
ducandi figu-  
ra est.

cerebro conceptam. Nam corporales omnes cibi, qui corpore percipiuntur, non vitam in eternum manentem suppeditant, sed sola caro Christi viuifica, ut potè diuinitati indissolubili nexu vnita, hoc officium præstat, ut quicūq; illam ederit, vitam eternam sit habiturus, Christusq; in illo vltimo die eum sit excitaturus. Non ergo ventri sed menti hic proponitur cibus, non faucibus ac dentibus, sed fide percipitur, non esuriem externi cor rumpendi, sed interioris hominis perpetuo conseruandi requirit, ut verissimè passim in scriptis suis inculcat Augustinus. Et ne propter manducandi verbum quo Christus vtitur, crassam hanc externam manducationis rationem somniet Scarga, hunc scrupulum eximit illi Augustinus, qui verbum manducandi in hoc quidem loco non posse nisi trāslatitiè ac figuratè accipi contendit. Flagitium enim & facinus esse docet, carnem Christi comedere, & quidem atrocius esse, quàm perimere, nisi manducationis hic accipitur modus, qui soli menti ac fidei, non autem ventri competit.

Nec verò diuersè manducationis, sed solius huiusce spiritualis, inuisibilia symbola sunt nobis à Domino in Sacra illa cœna instituta, ut quam in seipso vitam omnibus credentibus verbo suo repositam testatur, hæc quodammodo propius spectandam in externis ac visibilibus signis exhibeat. Itaq; quod ad externam signi visibilis manducationem attinet, hæc quidem corporaliter perfici agnoscitur. Cæterum ipsa res Sacramenti, quæ corpus Christi est, non nisi spiritualiter, hoc est, fide & animo comeditur. Sed turpiter in eo fallitur Scarga, qui metonymiam illam Sacramentalem non agnoscit, qua

scit, qua fieri ostendit Augustinus, ut externum symbolum, nomen ipsius rei accipiat: ideoque corpus Christi multoties dicatur corporaliter manducari, cum tamen id soli competat signo. Non dissimili enim ratione multoties a veteribus scriptoribus corpus ipsum Christi, oculis hominum videri & manibus atrectari perhibetur, atque item in terram cadere, cum omnes sani id ad solum referri signum proculdubio agnoscant. Neque enim corpus ipsum Christi, a sensibus humanis vel ipso Scârge teste in sacramentis apprehenditur, qui illud invisibile esse asserit, neque ulli amplius fractioni aut iniurię obnoxium esse cognoscitur. Vnde merito ridenda & explodenda illam Berengarij palinodiam, a Nicolao Pontifice, in concilio Romano illi oblatam iudicamus, secundum quam confiteri coactus est, quod verum corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi, non solum in Sacramento, verum etiam sensualiter, & in veritate, manibus Sacerdotis tractatur & frangitur, & fidelium dentibus atteritur. Hoc enim ab omni veritate dissi- dere, & a sententia totius veteris Ecclesię discrepare, luculenta, & minimè ambigua Sanctorum Patrum scripta testantur.

Augustinus quidem manducandi corporis Christi modum describens, inter cætera sic loquitur. Manduca vitam, bibe vitam, habebis vitam & integra est vita. Tunc autem hoc erit unicuique corpus & sanguis Christi, si quod in Sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducetur, spiritualiter bibatur. Inter hanc verò Augustini & Nicolai Pontificis sententiam, tantum discrimen agnoscitur, ut facilius a-

R

quam

Symbolum co-  
gnomè rei ac-  
cipit.

Palinodia Be-  
rengarij.

Veritas Sacra-  
menti spiritu-  
aliter mandu-  
canda.

Iesuitæ sunt  
hostes spiritu-  
alis manduca-  
tionis.

quam igni misceas, quàm adeo diuersa & contraria in-  
uicem concilies. Augustinus enim solum Sacramentum  
sensualiter percipi, at corpus ipsum Christi in veritate,  
non nisi Spiritualiter manducari docet; Nicolaus autem  
in concilio suo Romano, tam Sacramentum quàm cor-  
pus ipsum Christi sensualiter, & manibus frangi & den-  
tibus atteri tradit. Inde verò facilè animaduertere li-  
cet, quibus consilijs, & autoribus factum est, vt vera ac  
genuina de Sacramento cœnæ Dominicæ sententia, tan-  
dem abolita, hæc monstrosa manducandi corporis Chri-  
sti, ratio in Ecclesiam Christi sit introducta. Quæ qui-  
dem ad eò pertinaciter ab istis Romanæ Ecclesiæ fauto-  
ribus defenditur, vt Scarga omni animi impetu, dolori & iracundiæ obse-  
quens, Spiritualem corporis Christi manducationem vocare non reformidet, phan-  
tasticam, euentitiam, præstigijs & somnijs homines fallentem, & non reuera mentes  
eorum pascentem. Magnam autem rationem ad corroboran-  
dam hanc opinionem suam, se habere putat, eò quod  
animam solam absq; corpore capere cibum non posse  
affirmat, & quod integrum hominem saluare velit Chri-  
stus, tam animæ igitur quàm corpori escam carnis suæ  
suppeditet. Verum quòd ad primam rationem illius  
attinet, non animaduertit omnem erroris occasionem  
inde se haurire, quod corporalem hunc cibum perpetuo  
somnia, & naturalis manducationis, qui perficiatur de-  
tibus ac faucibus, modum imaginetur. Verum ex Au-  
gustino iam abunde superius demonstrauius, non vè-  
tri sed menti hunc cibum à Domino esse destinatum, nec  
verò dentibus atterendum, sed fide ad salutem animæ,  
& vite immortalis fructum percipiendum ab ipso Chri-  
sto esse ordinatum.

Non

Non requiruntur ergo vlla hic, ad cœlestem hanc escam participandam corporis instrumenta, quæ à natura ita sunt fabricata, vt solis his alimentis percipiendis seruiant, quæ vitam momentaneam conseruēt, illam autem æternam & immortalem tribuere nequeant. Nec in secunda ratione Scarga plus coloris habet, dum quia integro homini instaurādo hic cibus sit propositus, tam animam quam corpus eo vesci rectè se colligere putat. Anima enim à sordibus peccatorum sanguine Filij Dei purificata, etiam æternæ vitæ vim in ipsum corpus transfundit, vt in resurrectione illa vltima, eiusdem gloriæ ac immortalitatis capax, sit perpetuò victurum, Qui credit in me, inquit Christus filius Dei, habet vitam æternam, & ego resuscitabo illum in nouissimo die. Ita nimirum ille ob fidem in se, integrum hominem se seruaturum promittit, & qui tamen fidem, in aliqua corporis parte, & non in sola anima statuat, amens & ineptus hic sit oportet. Ita verò sola anima per fidem corpore Christi vescitur, vt immortalis ac cœlestis vitæ succus non minus in animam, quam in ipsum corpus ex carne Christi viuifica defluat. Nec obscure dicit Apostolus, Christum habitare per fidem in cordibus nostris, vt ridiculum inprimis arguatorem nobis se exhibeat Scarga, qui fidei insultans, & mendacij Apostolum arguens, omnino animam per fidem Corpore Christi non posse vesci contendat. Hoc autem fidei solum relinquit, vt illa quidem ad dignam corporis diuini perceptionem nos præparet: anima autem per corpus, ipsum Christi corpus in Sacramento percipiat. Ita verò homines isti apertè iam Spiritui

Sola anima  
fidei vescitur  
corpore christi.

Iesule Spiritui  
sui S. repu-  
gnant.

Sancto repugnant, & præ somnijs suis totam authoritatem diuine vocis conuellant. Apostolus in sede mentis humane Christum habitare, idque per fidem aperte testatur: Scarga autem non fidem, sed corpus instrumentum esse dicit, per quod anime caro Christi subministratur. Et dubitabimus vtri potius à nobis sit adhibenda fides? Spiritui ne Sancto totius veritatis magistro, an verò homini, & se & alios fallenti, ac quicquid venerit in buccam, temerè effutienti?

Fidei præstantia.

Sed pergit iste vim & efficaciam fidei conuellere, eam nimirum anime oculum esse perhibens, quo res procul à nobis sepositas aut abditas contemplerur, & non rebus præsentibus perfruamur. Sed quia carne Christi, inquit, in præsentia nos vesci oportet, nullam ergo fidei esse vim, ad percipiendam hanc escam contendit. Verùm temerarius & incogitans homo vehementer fallitur, qui ad sola futura, & non ad præsentia ac præterita fidem restringi putat. Fide enim, vt Apostolus inquit, intelligimus verbo aptata esse sæcula, fide Christum natum & passum, peccatiq; & mortis victorem in cælum conscendisse, ac deprecatorem apud patrem pro nobis agere cognoscimus. Eadem fide cum Apostolo, Christum habitare in nobis credimus, & ob certum arrhabonem spiritus Sancti, quo obsignata sunt corda nostra, æternam illam vitam indubiè expectamus. Toto ergo cælo errat Scarga, qui in sola futura, & non in præsentia fidem nostram ferri putat. Imo quia alio quopiam instrumento, & non fide Christum à nobis in salutem percipi comminiscitur, videat ad quem authorem hoc suum commentum referat. Longe profectò aliter sensit Augustinus, qui omnia corporis instrumenta, in manducatione carnis Christi procul remouens, solam fidem desiderat. Quid paras, inquit,

ventrem & dentem : Crede & manducaſti. Ac dicit quidem alio in loco, quod testimonium producit Scarga, carnem Christi fidei corde & ore percipi, sed de Sacramentali simul & Spiritualiter manducatione verba faciens, vt corpus quidem Christi ore etiam manducari dicat, sed Sacramentaliter, siue Sacramentotenus, reuera autem corpus Christi, non nisi Spiritualiter percipi asseueret. Itaque qui fide & pœnitentia vacui, vel heresi ab Ecclesia reſeissi non reputantur in membris Christi, Sacramento tenus corpore Christi vesci dicuntur ab Augustino, quia scilicet signum corporis manducant, re tam ipsa, veri corporis Christi minime participes efficiuntur.

Impiū Sacra-  
mento tenus  
manducant.

Hanc autem Augustini sententiā, cum tanquam validum quendam arietem, ad disturbandum transubstantiationis, & carnalis manducationis commentum vibramus, mirum quātopere veritatis inimici tumultuentur, vt tam claram lucem fallis suis interpretationibus obscurent, & Augustinum partibus suis minime aduersantem ostendant. Sed quia simplex & aperta oratio, nullum calumnię periculum extimescit, isti quidem nihil iniquis suis studijs proficiunt aliud, nisi vt illos esse caudicicos testentur, qui nihil non fallaciarum intermittunt, dummodo causam obtineant. Non minorem autem in eo errorem suum prodit Scarga, qui nullum ex fide-

Error Scarge.

ribus, corporis Christi participem fieri posse asseuerat, nisi qui Sacramento diuinitus instituto vescatur, vt quo solo & non alio instrumento, Christus carnem suam manducandam potrigat. Nos enim longè aliter scriptura Sancta docet, quæ per Baptismum etiam, corpori Christi ita omnes promissionis filios inseri tradit, vt perennem il-

Per baptismum  
inferimur cor  
pori Christi.  
iam & cœlestem alimoniam, ex eius corpore in mortem  
tradito semper percipiant, Baptismumq; tanquam cer  
tam, & infallibilem redemptionis tesseram vsurpent.  
Hoc verò & Augustinus clarissimis edisserit verbis.  
Nulli est, inquit, aliquatenus dubitandum, vnumquemq;  
fidelium corporis ac sanguinis Dominici tunc esse parti  
cipem, quando in baptisinate membrum efficitur Chri  
sti, nec alienari ab illius panis calicisq; consortio, etiamsi  
antequam illum panem comedat, calicemq; bibat, de  
hoc seculo migrauerit, in vnitatem corporis Christi con  
stitutus. Sacramenti quippe illius participatione ac be  
neficio non priuabitur, quando in ipso hoc, quod Sacra  
mentum significat, inuenitur.

Coniunctio  
cum Christo,  
præcedit Eu  
charistiam.  
Ita verò Augustinus non ab ipso primum cœne  
Dominicę Sacramento, in communionem ac participa  
tionem corporis Christi fideles admitti docet, sed iam  
ante participes illius factos, hoc eos habere testatur,  
quod Sacramentum dari significat. Reuera enim Chri  
stus seipsum offert & omnibus communicat, qui aut  
gratuito Dei fœdere in populum eius cooptati, aut fide  
donati capaces illius esse possunt: vt Sacramenta per  
se non eam gratiam donent, sed iam ante mero Dei be  
neficio donatam obliquent. Sacramenta enim semper  
gratiam cœlitus donatam subsequuntur, non antece  
dunt ita vt omnibus his inuilia ac infructuosa sint, qui  
illa, gratię Dei minime compotes, & Spiritu Sancto  
vacui vsurpant. Quid enim Simoni mago Sacramen  
tum Baptismi, aut Iudæ Sacramentum cœne profuit,  
qui donorum cœlestium & Spiritualis gratię, minime  
participes facti, non nisi in condemnationem sacra hæc  
mysteria

Quibus Sacra  
menta inuilia  
sunt.

myſteria perceperunt. Ac proinde Lucas in actis Apoſtolicis baptiſatos à Philippo tum viros tum mulieres narrat, qui ei Euangelizanti crediderunt, quæ ad regnũ Dei, & nomen Ieſu Chriſti pertinebant. Idemq; Philippus Aethiopi eunucho baptiſmum expoſcenti, non ante conferendum iudicauit, niſi ex toto credidiſſet corde, quod Ieſus Chriſtus eſſet Filius Dei. Petrus autem tum demum Cornelium, & alios in nomine Domini Ieſu Chriſti baptiſari præcipit, poſtquam eos viſibilem ſpiritus Sancti gratiam accepiffe perſpexit. Adeò Sacramenta non Sanctos faciunt. Sed ſanctificationem ex vno Spiritu Chriſti hauſtã infallibiliter obſignant. Neq; enim aliud eſt nomen ſub cœlo, in quo nos Apoſtolo teſte oporteat ſaluos fieri, niſi in nomine Ieſu, vt nec Sacramentis, nec quibusuis alijs medijs, extra ipſum Chriſtum, eumq; fide perceptum, ſalus æterna imputari omnino poſſit.

Sacramenta  
non faciunt  
Sanctos.

Fallax ergo in primis, & erroris plena eſt opinio Scarge, qui nec Diſcipulos Chriſti ante Sacramentum cœnæ inſtitutum, corporis Chriſti participes fuiſſe, nec reliquos fideles fieri poſſe putat, niſi dum ſacra hæc myſteria percipiunt. Iugis enim & perpetua in omnibus electis eſt permãſio, vt tanquam palmites ex vite, ita iſti ex carne Chriſti, cui per fidem inſerti ſunt, continuam hauriant vitam. Qui manducant, inquit Auguſtinus, & bibunt Chriſtum, vitam manducant & bibunt. Illum manducare eſt refici, illum bibere eſt viuere. Ac proſecto plurimos ex cœtu fidelium ab omni ſpe ſalutis æternæ excidere oportet, ſi Chriſti carnem niſi in Sacramento participare non poſſent, quando neminem habi-

Non excidunt  
ſalute Sacra-  
mentorum ex-  
ortcs.



turum vltam ipse testatus sit Dominus, qui carnem eius non manducauerit, neq; sanguinem biberit. Sed nullum tale, fideles extimescunt periculum, ita firmiter se carni Christi semel inritos sentientes, vt non ad vnum temporis momentum, sed perpetuo se carnem ex carne eius, & os ex ossibus illius esse verè credant. Verùm enimvero Scarga, superfluā & inutilem fore Sacramēti institutionem causatur, si quam manducationem corporis sui Christus in cœna sua offert, eam etiam quouis tempore extra vsum Sacramenti habere liceat. Sed non animaduertit, crebram Sacramenti huius, à Domino mandati repetitionem, & quidem tamdiu donec venerit à fidelibus vsurpandam, idem reprehensionis crimen subituram, quando vno eodemq; semper, nec diuerso corpore Christi, in hac sacra mensa vescamur. Nam quia vnus idemq; semper proponitur cibus, superflua itidem & inutilis crebra Sacramenti repetitio iudicio Scarge reputanda esset, quæ nihil nouum affert, sed eandem, quæ semel in Sacramento percepta est, manducandam proponit escam.

Verùm nihil superfluum à Domino institutum est, qui conscius infirmitatis nostræ, & quàm facile rerum diuinarum, cœlestisq; huius cibi nos capiat obliuio, his adminiculis tarditatem mētis nostræ, & fidei subinde vacillantis debilitatem, excitare voluit, vt cuius boni nos semel participes reddidit, de eo retinendo perpetuo cogitemus, hisq; illud subsidijs quæ idem nobis offert, conseruare studeamus. Quamuis ergo in ipso etiam Baptismo fideles omnes Corporis ac Sanguinis Christi participes fiunt, & ex assiduo verbi Dei auditu, fidei incrementa

Cur Deus Sacramentis cœnæ ius instituit.

cremehta capiunt, per quã Christus habitat in cordi-  
 bus eorum: non superuacaneum tamen cœne Domini  
 & quidem crebrò vsurpandę institutum reputant, quod  
 visibilibus etiam signis, de vera manducatione carnis  
 & sanguinis Christi, fides confirmatur, & res significa-  
 ta efficacius mentibus eorum obsignatur. Accedit eò  
 non minor & inde fructus, quòd cum in verbo simplici,  
 vniuersaliter omnibus Christus in salutem proponitur,  
 in Sacramentis autem singularibus personis quasi Dei  
 ipsius manu præbetur, vt maiorem singuli fideles de ve-  
 ra in habitatione Christi in se fiduciam concipiant. Hãc  
 verò salutarem de vera communicatione carnis Christi  
 doctrinam, cum passim proponat scriptura, illiq; vete-  
 ris Ecclesię consonent testimonia, Scarga tamen pro ab-  
 surda eam reputat fabula, indignamq; iudicat, cui di-  
 scutiendæ vel tantillum temporis impendat. Quis, inquit  
 vsus erit cœnæ, cum quod illa dare debuit, hoc Baptismus offert? quæ, inquit, Bap-  
 tismi erit utilitas, cum verbum Dei & fides, Christi nos participes facit? Postremo  
 non conuenire sapientię Dei iudicat, vt culus boni vnum Sacramentum non compo-  
 nes facit, alterum sine vilo institueret fructu.

Sed quia Scarga Deum incogitantię arguit, & minus prudenter aliquid ab eo factum existimat, illum aliquando iustam facti sui ratio-  
 nem ei redditurum agnoscet, vt nos pro ipso Deo, isti respondere nihil attineat. Nos quidem & summam Dei simul sapientiã, & singularem illius bonitatem in sacris eius institutis admiramur, vt quęcunq; salutis no-  
 strę & gratię suę voluit ordinare adminicula, ea minime superflua iudicemus, sed potius infirmitati nostrę maxi-  
 me necessaria amplectamur. Istis sanè Romani Ponti-  
 ficis satellitibus, Deum imprudentię impune accusare licet, quando hic bellus Pontifex quædam in Sacramen-  
 tis, vt

Per sacramen-  
 ta Christus sin-  
 gulis propo-  
 nitur.

Scarga Deum  
 incogitantis  
 arguit.

eis, utpotè superflua, amputauit, quædam autem à Christo omiffa, de suo addidit.

Papiste substantiale Corpus Domini ore accipiunt.

Sed operæ pretium tamen atdīre est, quod nam hoc tantum beneficium est, cuius Sacramentum cœnæ istos participes facit, quod neque in Baptismo, neque in simplici verbo fide apprehendi posse contendunt.

Atunt reale & substantiale corpus Christi, accidentibus panis tectum, ita ab omnibus, sine vilo fidei ac pietatis discrimine manducari, ut quicunq; illa accidentia ore percipiunt, simul & ipsum Christi Corpus deglutire, & in stomachum cum accidentibus panis coniicere dicantur. Hoc tamen discrimen inter fideles & infideles constituunt, ut illi in vitam, isti in mortem corpore Christi velcantur. Verùm si iudicio istorum hoc fides efficit, ut qui illa præditi ad sacramenta accedunt, corpore Christi viuifico fruantur, solum ergo fidei & mentis hunc cibum fateantur oportet: quando corpus Christi reuera perceptum, non potest esse nisi viuificum. Loquitur enim ipse Dominus, quod caro eius sit verè cibus, & sanguis verè potus, idoque non in venenum, sed in vitam æternam cedat manducantibus. Stolidi ergo & meritò ridenda opinio

Christi corpus per se nulli est mortiferum.

est, Christi carnem in ventrem conijci credere, aut mortiferam esse quibusdam somnare. A quo pestilenti errore quàm procul abfuerit sancta illa vetustas, id vel vnus Augustinus abunde nobis testatur. Huius rei, inquit, Sacramentum, id est, vnitatis corporis & sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi certis dierum intervallis in Dominica mensa præparatur, & de mensa Dominica sumitur, quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium. Res verò ipsa, cuius Sacramentum est, omni homini ad vitam, nulli ad exitium, quicunq; eius participes fuerit. Et: Hoc est ergo manducare illam escam, & bibere illum potum, manere in Christo, & Christum habere

habere in se manentem: Ac per hoc qui non manet in Christo, nec habet Christum in se manentem, proculdubio nec manducat spiritualiter carnem eius, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter & visibiliter premat dentibus Sacramentum corporis & sanguinis Christi, sed magis tantæ rei Sacramentum ad iudicium sibi manducat & bibit, quia immundus præsumit accedere ad Christi Sacramenta, quæ non dignè sumit aliquis, nisi qui mundus est. Ex hoc verò tam luculento Augustini testimonio satis apparet omnibus, quàm procul ab orthodoxa, veterisq; Ecclesiæ sententiâ aberrarint noui isti Ecclesiæ Romane Theologi, qui carnaliter tam Sacramentum quàm rem Sacramenti, hoc est, corpus ipsum Christi manducari perhibent, idemque corpus sic manducatum, quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium cedere docent. At verò Augustinus solum Sacramentum dentibus carnaliter premi, carnem autem Christi spiritualiter manducari idque ad vitam, & non ad exitium lucidè profitetur.

Spiritualis  
manducatio.

Sed Scarga aliorum etiam patrum testimoniis nos onerat, qui carnem carne & sanguine Christi vesci affirmant, qui virtutem benedictionis in mysteriis, hoc operari in nobis corporaliter per participationem corporis Christi dicunt, vt Christus habet in nobis, qui Christum in corpore nostro nos portare docent, quando corpus eius & sanguinem in membra nostra sumimus. Ex quorum quidem numero sunt Irenæus, Tertulianus, Cyrillus, Alexandrinus, & Cyrillus Hierosolymitanus. Nec Augustinū ab his dissentire, qui fidei corde & ore carnē, & sanguinē Christi percipi tradit. Verūm si Augustinum iste secum pugnare, & cum alijs veteribus dicit, magnam quandam temeritatem, & iudicij leuitatem, tanto viro tribuere videtur, cuius tamen iudicium semper sincerum & limatum ab omnibus doctis fuit habitum. Nam vt alicubi vel à se, vel ab alijs discrepauerit, vt non semper idem omnium de rebus om-

Qui patres de  
carnali scrip-  
sere manduca-  
tione.

nibus potest esse sensus : in explicando tamen sacri huius  
 ius mysterij negocio, nihil vsquam dissonum aut discre-  
 pans, tam à se, quàm ab alijs doctissimis scriptoribus  
 antiquis in Augustino deprehenditur. Hæc quidem  
 Patrum sen- certa & indubitata antiquissimorum Patrum fuit sen-  
 tentia, Sacramenta ex duabus rebus, cœlesti ac terrena  
 constare, & quod terrenum est, à solo comprehendi sen-  
 su, quod autem cœleste ac inuisibile, soli id menti & fi-  
 dei offerri. Sed quia ñdem apertè docent signa Sacra-  
 mentalia, propter certam rerum cœlestium ac spiritua-  
 lium donationem illis adiunctam, earundem rerum ac-  
 cipere nomina, ideo non rarè rei ipsius nomen tribuunt  
 signo, & quod huic soli competit, id ad rem, quod scipi-  
 us admonemus, transferre ipsam non dubitant.

Ita verò corpus Christi à ministris Ecclesiæ con-  
 fici, manibus attrahari, & oculis hominum videri, in  
 mensa q̄ iacere, & de mensa aliquando cadere, ac in mē-  
 bra ac viscera hominum sumi, in substantiamq̄ corpo-  
 rum nostrorum conuerti dicitur, quod tamen ad solum  
 pertinere videtur externum Sacramentum. Hoc verò  
 modo etiam à malis Corpus Christi manducari asserit  
 Augustinus, sed Sacramento tenus, non reuera ipsum  
 Corpus, quia videlicet signum externum, Sacramenta-  
 liter non proprie dicitur corpus. Panis enim, inquit, i-  
 dem vocatur corpus Christi, cum reuera sit Sacramen-  
 tum corporis eius. Et alibi dici panem corpus Christi  
 asserit; non rei veritate sed significante mysterio. Item  
 corpus, inquit, Christi nominamus, quod ex fructibus  
 terræ sumptum, & prece mystica consecratum, sumimus  
 in memoriam dominicæ passionis. Inde verò liquet,  
 quo

quo sensu multoties idem Augustinus & alij scriptores antiqui, externis actionibus ac perpeffionibus corpus Christi subiacere dicunt, cum non reuera id ipsi Corpori, sed Sacramento corporis tribuant. Quis enim, nisi insanus, corpus ipsum reale Christi in terram cadere, per partes frangi ac manducari, & in alimentum corporum nostrorum conuerti asseueret? Hoc verò cum nec ipsi aduersarij affirmare audeant, tamen ex patrum sententijs improprie dictis, oralem ac corporalem corporis Christi manducationem astruere nimis malignè tētant. Sed si qd frontis haberēt, patres ipsos dictorum suorū perspicuos interpretes sequerentur, & quæ ambigue aut minus proprie ab eis dicuntur, ad sententiā lucidam, nullisq; ambagibus tectam, cuncta reuocarent.

Quid enim ad abolendam corporalem Christi manducationem magis perspicue dici potuit ab Augustino, quàm quòd cibum hunc interioris hominis esuriam quarere, mentisq; & non ventris escam esse scribit? Hoc est enim inquit, manducare cibum, qui non perit, sed permanet, ad vitam, credere in Christum, vt quid paras ventrem aut dentem, crede & manducafti. Et: Nolite parare fauces, sed cor, inde commendata est nobis ista cœna. Item: Si laudaretur tibi aliquis magnus & eximius cibus, quem pransurus esses, parares ventrem: Laudatur tibi Deus, para mentem. Alio autem in loco ita loquitur. Et nos hodie visibilem cibum accipiemus, sed aliud est Sacramentum, aliud virtus Sacramenti. Et qui māducat de hoc pane, nō morietur, sed qui pertinet ad virtutē Sacramētī, nō q pertinet ad visibile sacramētū, q māducat intus & in corde, non qui manducat foris, & premit dente. Vnde & diuus

Explicatur  
sententia patrum.


Crede & manducafti.

Hieronymus, non corporis sed anime hanc vocat escam, impinguantem mentem non ventrem, & in qua qui non impinguatur, nimis æger iacet in flagitijs. Paschalius autem, scriptor non obscurus, & eruditus, hic veterum sacramenta sententijs pulchrè adstipulatur. Oportet, inquit, Spiritualem fidei & ritualia Sacramenta, palato mentis & fidei gustu percipere, dum diuina intelligibiliter, interior noster homo per Christi gratiam excipit, ac per eam virtutem fidei Christo incorporatur: vnde quinque corporis nostri sensus, ad mystica & intelligibilia spiritualiter, hoc est, diuino Spiritu vt conuertantur est necesse. Et: Vera Christi caro, & sanguis vera fide creditur, & Spirituali intelligentia degustatur. Item: Et si colorem & saporem carnis minimè præbet hoc mysterium, virtus tamen fidei & intelligentiæ, quæ nihil de Christo dubitat, totum illud spiritualiter sapit, & degustat.

## LIBER QVARTVS.



**H**is igitur veterum scriptorum sententijs liquidò constat, præsentiam & manducationem corporis Christi in Sacris mysterijs, non ab externa membrorum corporis perceptione reputandam: Sed fide & interiore mentis atque cordis affectu apprehendendam esse. Scarga tamen admodum ~~teretes~~ & religiosas aures se habere putat, qui ad tam perspicua Sanctæ veterisque Ecclesiæ testimonia, obsurdescens, solis faucibus ac dentibus, corpus diuinum Christi apprehendi, & in ventrem



~~teretes~~  
teretes

ventrem conijci statuit, meque scurrili quadam dicacitate proscindit, & minime Christiano affectu Satanae ad iudicat, qui fidei hunc cibum esse perhibeam, fidemque in cœlum & non in Symbola erigendam iudicem, vt vera carnis & sanguinis Christi participatione perfrui possimus. Nam fidem in cœlum habere erectam, & per eam corpori Christi cōmunicare, vocat nugas, præstigijs, phantasma, & somnium, meque scurriliter interrogat, ecquando è cœlo illuc sublatus in terras redierim & periculū cauēdū mihi denunciat, ne potius ad inferos precipiter ad eos scilicet amicos, in quorū odiū, crucē sanctā fastidians; incurrere nolim. Ego, verò bonę conscientię testimonio nitēs, virtuteque ac bonitate Christi Domini & Saluatoris mei suffultus, nihil iuris in me fata, nam habere confido, nec crucem Domini mei fastidio, vt in qua cum Apostolo Paulo sola gloriar, & tanquam vnicum omnis victorię tropheum contra mortem, & infernum supplex adorem. Hoc tamen discrimine me à tam polito Scargę iudicio separari puto, quod sub crucis nomine mortem & passionem Domini mei Iesu ego amplectar: Scarga autem ligneam crucem, tanto scilicet munere dignus, humiliter adorat. At ego omnibus sanis & pijs iudicandum relinquo, in vtra cruce contra omnes satanae insultus repellendos, & aeternę damnationis discrimen euitandum, plus præsidij collocent statuantue. Non possum tamen hominum istorum, satis demirari magnam quandam temeritatem, & malitiam, qui tam infesto odio se in nos flagrare declarant, vt iudicium etiā Dei sibi arrogare, toties non exhorrescāt. Nam cum hic solus vitæ ac mortis aeternę sit arbiter, tamen

Euāgelici crucem christi nō fastidiant.

ta tamen



ta tamen istorum homuncionum audacia est, vt quos visum est, tam viuentes quam mortuos in orcum præcipitent, & satanæ socios confidenter clamitent.

Volanus non  
condenat suos  
aduersarios.

Posseuini fe-  
suitæ maligni-  
tas.

Nos quidem istos etsi fœdissima idololatria pollutos, & veræ pietatis hostes, ac multis vitiorum sordibus inquinatos videamus: tamen condemnationis sententiam in eos ferre non audemus: magnam & infinitam reputantes Dei misericordiam, qui vel in extremo agone, latroni pœnitenti ianuam paradisi aperire non dedignatur. Isti autem cum in tota pietatis professione, ac sincero Dei, quem amplectimur cultu, nihil omnino quod iustè mordeant, reperire Possunt: Satanæ tamē nos & orco adiudicant, æternæq; damnationi addictos securè pronunciant. Antonius quidem Posseuinus, ex eadem cohorte Loiolitica Monachus, cum in Epistola quadã ad Serenissimum Poloniae Regem Principem nostrum, multis probris & calumnijs oneret Ecclesias nostras, & manibus etiam excellentissimorum quorundam virorum insultet: quicq; doctrinæ cœlestis, veræ pietatis, ac sanctimonie toti posteritati illustra reliquerunt exempla, eos æternis in inferno supplicijs torqueri pronunciet: ne mihi quidem viuenti parcat, & maledicus ac impudens homo, societatis cuiusdam cum malis dæmonibus inite me falsò accusat. Scribit enim eo tempore, quo bonus hic vir socios suos Loiolitas Vilnæ inuiserat, mihi quoque qui tunc ibidem fui, pecuniam furto sublatam, cuius recuperandæ causa, malis artibus Satanæ me vsurum, fidei in Diabolum specimen edidisse deblaterat, vt nimirum demonstret, quo Spiritu isti ferantur, qui se Euangelicos profitentur. Ac fateor quidem illo

dem illo tempore, non cōtemnendam pecunię summam fuisse mihi surreptam, sed quod aliquibus malis consilijs vsus fuerim, aut eas artes adhibuerim, quę satanam respererent, vel pietatem Christianam laderent, non nisi mendacissime hoc tantum crimen, homo futilis ac leuis mihi obiectat. Non attingo alia petulantis hominis conuicia, quibus bilem suam exaturat, & me tam Principi nostro, quàm alijs fœdissimum hoc eius scriptum legentibus, exosum reddere studet.

Nam quia in clarissima hominum gentis nostre luce verfor, quibus omnem meam vitam perspectissimam esse scio: adeo nullum cuiusquam hominis morsum extimesco, vt bonę conscientię testimonio fretus, hanc turpitudinis labem: quã aspergere mihi studet mendax Monachus, securè contemnam. Nec verò hæc & similia Possuini conuicia responsione digna iudicarem, nisi in hunc finem ab eo directa viderem, vt per meum latus, puritas doctrinę Christi, quam tuemur, cõfossa, & infamia quadam deformata conspiceretur.

Non alio enim consilio nunc isti, in omnes vitę partes Lutheri, Caluini, post fata inquirunt, eorumq; qui etiã annum superstites glorię Christi Domini illustrandę seruiunt, nisi vt ex eorum vitijs, quę tamen falsissime comminisci istos non pudet, maculam ac dedecus aliquod, verę pietatis & Christianę religionis professioni imprimant. Verùm si doctrinę Christi veritas, ab eorum vita, qui illam profitentur, esset æstimanda, iam diu mundus toti doctrinę Pontificiæ nuntium remittere debebat, quandoquidem isti Pontifices, & regni illorum proceres, nequitia, libidine, crudelitate ac scelere

Volanus apud  
suos spectatis-  
simus.

Veritas non  
est à vita do-  
ctoris æsti-  
manda.

T

omnes

omnes superauerunt. Nerones, Caligulas, ac Domitianos. Imo quę studia ac pietatis exercitia in istis Monachorum claustris proponuntur, vel ex vno Vlnensi cœnobio peti possent exempla, in quo quibus flagitijs ac sceleribus vacauerint Monachi, certissimis quibusdam indicijs, & rerum argumentis, paucos ante annos res fuit comprobata. Imò si parietes Claustrorum omnium clamitarent, aut ex officio magistratus in vitam, & mores religiosorum istorum inquireretur, tolerabilem etiã Sodome fuisse statum, præ istorum innocentia, homines experirentur. Hoc verò sub imperio Hærici octaui in Anglia probè fuit animaduersum, qui cùm Anno 1538. Viris quibusdam grauib. & præclaris, visitandi monasteria prouinciam delegasset, tanta spurcissimarum libidinum, & sceleratissimę scortationis, ex egregijs hisce cœlibatus Sacrarijs protracta fuerunt exempla, vt sine mentis & corporis horrore, tam enormia flagitia, ac scelera commemorari nequeant. Sed bellè isti scortationum fautores, ad omnia hæc conuiuēt, Luthero autem & Caluino vxores ductas, grauisissimi sceleris & criminis loco obijciunt.

Anglica monasteria libidibus scatuerūt.

Vofano hunc est tertia vxor

Nec Scarga Antagonistes meus, odium suum in sacrum matrimonij institutum, præ admiratione sui cœlibatus, dissimulare potuit, qui tertiam vxorem à me ductam, prioribus mortuis, æquo animo ferre non potest, mihiq; delicias nescio quas exprobrat. Idè tamen in explicandis diuinis scripturis, me operam desumere indignatur, ad quod munus exercendū me minimè idoneum, vt pote domus & vxoris liberorumq; cura oppressum dicit. Ita verò iste, quæ sūt in matrimonio delicia

litia, accuratè descripsit, vt quid in vita mea carpat, ne vel exiguum erratum proferre se posse iudicio suo demonstret. Non deliciarum causa, Petre, nos vxores ducimus, cum afflictionem carnis, Apostolo teste, matrimonia secū afferant: sed ordinationi & instituto Dei parentes, qui propagandæ sobolis, & scortationis euitandæ causa, vsum matrimonij castum ac legitimū voce sua approbavit, iugum duræ legis à Domino impositum, patienter ferre cogimur. Nam quantæ omnibus coniugatis ferendæ sint ærumnæ, quàm dura ac laboriosa ducenda vita, quàm multi ac difficiles in prole instituenda sustinendi labores, nihil attinet dicere, quando id perpetua omnium eorum, qui coniugij vinculis astricti sunt, exempla testantur. Non commemoro interim, quàm grauem & acerbum doloris humano cordi imprimat sensum, pudicissimæ vxoris & dulcium liberorum mors: vt si nihil præterea ex matrimonio accederet incommodi, vel hæc sola acerbitalis cogitatio, omne contrahendi matrimonij desiderium, facilè in mentibus hominum extinguere posset. Hos verò omnes matrimonij dolores & calamitates, si non expèdunt ex leges ac cœlibes Monachi, non mirum est, quod matrimonio infensi, illud probris afficere non cessant, & non nisi mel ac delicias in casto coniugio subesse criminantur. Verùm si omnia istorum instituta, omnemq; degendæ vitæ rationem contemplemur, ipsi potius solis carnis delitijs ac voluptatibus ducti vidètur, vt matrimonij vsum ob crucis acerbitalatem sibi interdicerent, & in magna quadam securitate animiq; tranquillitate vitam beatam sibi repositam statuerent. Atq; vtinam hac sola sceli-

Causæ matrimo-  
nij.

Molestiæ.

Monachi scortantur.

citate, & tranquille ac beate vite ocio frueretur, in nullo praterea turpitudinis delabentes vitium. Sed quia scortatione fœda sese polluant, & pessimis vitæ exemplis, ac libidinum intemperie, alijs etiam peccandi ianuam aperiunt, magno quodam impudentiæ crimine carere non possunt, qui matrimonio & Sacro Dei instituto notam intemperantię inurunt, ipsi interim scortantes, castitatis tamen nomine gloriantur.

Cœlibes superbi.

Nec multum refert, quod ex tanto istorum numero aliqui sint, qui domitas habentes libidines, à talibus flagitijs corpus cohibeant, cum vna & eadem lex cœlibatus, sine discrimine vlllo, omnibus imposita, tanquam ferocientes equos, multoties legis violentæ vincula perfringere plurimos cogit, & in multa libidinum scelera prouere compellit. A qua turpitudinis macula si se Scarga liberum esse sentit, ita hoc munere sibi concessio perfruatur, vt ne contumeliosis vocibus vsu comiugij proscindat: Nã que dona sua Deus onipotēs ita hominibus dispēsat, vt nō onia onibus ex æquo largiatur: neminē tamē aduersus aliū inflari mādāt: vt viliora & præstantiora in vno corpore cōstituta mēbra, vno eodemque se habere pretio testetur. Magna ergo cœlibum istorum arrogancia est, qui ob non ductas vxores, cœlum se vertice tangere putant, & coniugatos pro hominibus prophanis, & à regno Dei alienis reputant. Sed nec cœlibatus, nec matrimonium vllam salutis, aut condemnationis conditionem secum afferunt, vtpote cum sit sola fides, fructibus sanctimonie & innocentie exornata, que quosuis homines respectu nullo, in possessio-

nem

nem regni cœlestis inducit, & tam cœlibes quàm coniugatos, vitę immortalis compotes facit. Verùm Antichristi isti solidam æternę salutis gloriam Christo tribuere nolentes, partemq; illius operibus suis vendicantes, cœlibatum etiam in præcipua sanctitatis parte reponūt: & per hunc patefactam sibi regni cœlestis ianuam, nimis stolidè opinantur.

Sed improbitate hominum istorum paulo loſius à proposito argumento euectus, ad rem ipsam redeo: & quod sola sit fides, quæ in cœleste illud sacrarium conscendit, vt spiritualement corporis Christi percipiatur, testimonijs veteris illius & Sanctę Ecclesię demonstrare pergo. Ita enim scribit Augustinus, Ascendit ad cœlum, ibi sedet ad dexteram Patris: Audiant & teneant. Respondet aliquis, tenebo absentem? Quomodo in cœlum manum mittam, vt ibi sedentem teneam? fidem mitte, & tenuisti. Parentes tui tenuerunt carne, tu tene corde, quoniam absens Christus, etiam præsens est, nisi enim præsens esset, à nobis teneri non posset. Et alibi: Dominus noster absentauit (ideo se corpore ab omni Ecclesia, & ascendit in cœlum, vt fides ædificetur. Si enim non nosti, nisi quod vides, vbi fides? Si autem credis, & quod non vides; cum videris gaudebis. Aedificatur fides, quia redditur species. Veniet quod non videmus, gaudebunt fideles, confundentur infideles. Eusebius autem Sacrum Dei corpus fide respici, mente contingi, cordis manu suscipi, & totum interioris hominis haustu assumi docet. Idem autem & Athanasius scribit: Quomodo inquit fieri posset, vt totus mundus ederet de carne ipsius, quæ non suffice-

Sola fide corpus Christi manducari docent Patres.

Christi ascensionis causa.

ret paucis hominibus? Ideo Dominus, cum Apostolis suis de carnis suae manducatione loqueretur, ascensionis suae mentionem fecit, ut a corporali eos cogitatione abstraheret, & vel inde discerent & intelligerent, carnem de qua locutus fuerat, cibum esse superis caelestem, ab ipso spiritualem alimoniam dari. Cyrillus autem scribens in Iohannem: Nullus ambigit cum ad caelos ascenderit Christus, quamuis virtute Spiritus affuerit, praesentia tamen carnis abfuisse. Sed plene omnes veterum chartae talibus leguntur sententijs, quae manifeste docent, non corporalem corporis Christi, tam in Sacramentis, quam extra Sacramenta, in corpora nostra fieri transitum, sed eam corporis Christi manducationem, & sanguinis eius nobis designari potum, quo non corporali, sed Spirituali transitione Christo unimur, & corpus eius efficimur, ut verissime docet Cyprianus. Tantum autem in veritate asserenda, sanctae illius vetustatis consensum, vocet sane Scarga nugae & somnium, dum corporalem corporis Christi fingens, aut iam ante confectam defendens escam, ipse potius nugari, & sacra haec mysteria sacrilego pervertere ausu ab omnibus sanis conspicitur.

Ab hac autem peruersa illius opinione, non minor & iste error emergit, quod corpore Christi non tantum bonos ac dignos, corporaliter & spiritualiter in salutem, sed malos & indignos etiam corporaliter, non tamen spiritualiter, in damnationem vesca contendit. Verum superius iam abunde a nobis demonstratum est, nullam corporalem corporis Christi, sed solam fieri spiritualem manducationem, & quia semper haec sit viuifica, nemini autem exitiosa, ideo falsam & merito damnandam istorum

Error Iesuiticus.

istorum videri sententiam, qui indignis & malis etiam, corpus Christi communicari asserere non dubitant. Quod autem Scarga, ad comprobandum errorem suum, testimonio Apostoli Pauli utitur, iudicium nimirum eum manducare perhibentis, qui indignè corpore Christi vescatur: in eo se manifestum falsarium, & verborum Apostoli deprauatorem ostendit. Neque enim corpus Domini, sed panem Domini indigne manducatum, in iudicium sumētibus cedere Paulus testificatur, ut nimirum Sacramenti Diuinitus instituti prauam vsurpationem, in contumeliam & contemptum ipsius institutoris vergere ostendat. Sed Scarga indignum iusto Dei iudicio reputat, ut pro pane simplici, & non corpore ipso Christi profanato, damnationis sententiam Deus in quemquam decernat. Verum qui ad Sacra Domini mysteria accedunt, non communem ac simplicem panem, sed spiritualis ac cœlestis cibi tesseram proponi sibi sentiunt, ut qui hæc non diiudicant, & pollutam habentes mentem, ac conscientiam, in Sacra Domini instituta, perinde atque in escam profanam inuolant, iustam damnationem meritò sibi accersant. Nam qui Christum in precium redemptionis offerri sibi cognoscunt, neque tamen ad eum recipiendum, cordis & fidei manum porrigunt: non sanè pro recepto, sed pro repudiato, in condemnationis meritam pœnam incurrunt. Panem enim illum, qui de cœlo descendit, tam viuificum esse testatur ipse Dominus, ut quicumque de illo ederit, eum victurum in æternum pronunciet. Porrò cum malè mortem & iudicium, non autem vitam sortiantur: non sanè panis illius cœlestis, & corporis viuifici participes esse possunt.

Ac pro-

Indigna panis  
Domi: mandu-  
catio.

Quid sit diu-  
dicandum in  
cœna Domini



Panis Domini  
& panis Domini  
nus.

Ac proinde Augustinus inter panem Domini, & panem  
Dominum pulchrè discernit, vt panem quidem Domini  
sive corporis eius Sacramentum, tam à bonis quàm à  
malis manducari perhibeat: panem autem Dominum,  
non nisi à bonis percipi dicat.

Typicum cor  
pus Christi  
quod preci-  
bus consecra-  
tur.

In hanc verò sententiam & Origenes scriptor  
vetustissimus loquitur, à nullo ex veteribus in hac do-  
ctrinæ parte damnatus. Panis, inquit, qui vocatur Do-  
mini, qui per verbum Dei & preces sanctificatus est,  
quamuis à simplicioribus sanctificare credatur, non sua  
pte natura sanctificat vtentem, alioquin sanctificaret &  
illum, qui indigne eum Domino comederet, de quo ta-  
men aliter Paulus: Sed iuxta id quod materiale habet,  
in ventrem mittitur, & seorsum abit: iuxta autem pre-  
cationem, quæ illi accessit, pro modo & portione fidei,  
non materia panis, sed qui super eum dictus est sermo,  
prodest non indigne eum Domino comedenti. Atque  
hoc de typico symbolicoq; corpore Christi dictum sit.  
Ipsam verò verbum caro factum, quod est verus cibus  
qui comederit, omnino viuet in æternum, quem nullus  
malus edere potest, quia est verbum & panis viuus, de  
quo scriptum est: Quisquis ederit panem hunc, viuet  
in æternum. Ex his verò antiquissimorum in Ecclesia  
scriptorum sententijs, manifestè patet, quàm procul à  
Chymericis transubstantiationis figmētis illi abfuerint,  
qui quidem panem Sacramentalem integrum, sua sub-  
stantia & materia manere dicunt, eumq; verbo & præ-  
cibus sanctificatum, typicū ac symbolicum corpus Chri-  
sti nuncupari: quo quidem tam mali quam boni sine di-  
scrimine vescantur, reuera autem ipso corpore Christi,  
sive

siue verbo incarnato, non nisi boni ac fideles fruantur.

Ita nimirum magnum discrimen illi inter typicum Christi corpus, quo nomine solum censetur Sacramentum siue externum symbolum, & inter reale ipsum Christi corpus statuunt, vt qui hæc confundunt, ac pro vno eodemque accipiunt, magnis errorum fluctibus agitari perpetuo cogantur. Nam quia hæc Scarga non discernit, & pro vna eademque re corpus accipit, multoties pugnantis secum & contrarie sententię, patres ipsos accusare, dubiamque semper habere mentem ac sententiam ipse cogitur. Quomodo enim aut patres ipsos intelliget, aut secum eos concordabit, qui nunc corpus Christi ore & corpore, nunc sola mente, & Spiritu percipi, nunc solis fidelibus, nunc in commune omnibus exhiberi tradunt: sed facilis & expedita explicandi huiusmodi ab illis demonstratur ratio, qui sacramentalia signa, rerum ipsarum dicunt accipere nomina, vt quod his solis ex vsu naturę competit, multoties ad rem ipsam, quam significant & repręsentant, non inconcinne referatur. Itaque secundum hanc sermonis formam dicit Augustinus, quod mali indigne corpore & sanguine Christi vescantur, quod Iudas bonum Christi Corpus, & Simon Magus bonum Baptisma perceperit: non quod reuera corporis & sanguinis Christi, aut regenerationis participes facti isti fuerint: Sed quia Sacramentum participarunt, quę rerum ipsarum nomina accipiunt, esseque hoc sacramentaliter dicuntur, quod solis rebus competit significatis. Nam si reuera Corpus Christi, & non solius externi sacramenti, quod suo modo dicitur corpus, malos fieri participes sentit Augustinus, quomodo eum

Corpore Christi non nisi boni vescuntur.

Ratio conciliandi patres.

do eū secum conciliabimus, qui in alio dicit loco, quod indigni sacramentum foris tantum, rem autem ipsam, cuius est sacramentum, intus non habent? Sed ex alijs scriptoris huius sententijs, quas ante præmissimus, id liquido constat, quod mali & indigni nequaquam corpore Christi vescantur, tamen visibiliter dentibus præmunt Sacramentum corporis eius.

Indigni non  
manducant  
ipsum corpus  
Christi.

Nam quia manducare Christum, est vitam habere, manereque in Christo, & Christum in se habere manentem, omnino indignos à manducatione veri corporis excludit, qui in Christo non habitant, neque Christum in se habent habitantem. Quid est, inquit, Christum manducare? Non hoc est solum in Sacramento corpus eius accipere. Multi enim indignè accipiunt, de quibus ait Apostolus, qui manducat & bibit indignè, iudicium manducat & bibit. Sed quomodo manducandus est Christus? Quomodo ipse dixit: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo. Et si indignè accipit Sacramentum, acquirit magnum tormentum. Qui autem manducat & bibit Christum, vitam manducat & bibit. Illud manducare est refici, Illud bibere est viuere. Ita verò perpetuum discrimen inter Sacramentum, vel corpus typicum & inter rem Sacramenti, quæ est ipsum reale Christi corpus, constituit Augustinus, ut omnes quidem promiscuè sumentes, Sacramenti participes agnoscat, rem tamē ipsam utpote ad vitam, & non ad interitum manducatam, solis fidelibus propriam statuatur. Quod autem Augustinus apertè docet, idem sentit Origenes, sicuti supra demonstratum est. Idem Basiliius, Ambrosius, Hieronymus

nymus & Chrysoſtomus, quos Scarga receñſet, maſe  
quidem à ſe intellectos, ideoq; perperam ad ſtabilien-  
dum errorem ſuum citatos. Fatentur ſanè iſti omnes,  
indignos māducare corpus & ſanguinem Chriſti in Sa-  
cramento, immundo ore, & manibus atrectare corpus  
illius: Sed tales ſcriptorum iſtorum & ſimiles ſenten-  
tię, de externo corporis Sacramento, non de re ipſa ſi-  
gnificata, verba eos facere declarant, quando corpus  
ipſum Chriſti, vel Scarga teſte, vtpote inſenſibile, atre-  
ctari manibus nequeat.

Quomodo Pa-  
tres intelligen-  
di de indigno-  
rum māduca-  
tione.

Nam quod indigni corpus Chriſti non percipiant,  
id Chryſtoſtomus apertè docet Homilia in Matheum 53.  
Nam vt præſentia eius, inquit, qui magna nobis hæc &  
arcana dona offert, niſi accipiatur, magis damnat, ita &  
myſteria maioris punitionis præbent viaticū his, qui in-  
dignè communicant, quia corpus Domini non diſjudi-  
cant, hoc eſt, non conſiderant magnitudinem eorum q̄  
ſunt propoſita, nec muneris magnitudinem apud ſe re-  
putant. Quod igitur non omnes inde lucrum conſe-  
quuntur, id certè non illius cauſa, qui maximè hoc optat,  
accidit: Sed eorum culpa, qui eum ſuſcipere nolunt.  
Singulis enim fidelibus per hoc myſterium ſeſe coniun-  
git, & quos ipſe regenerauit, non alijs nutriendos tra-  
dit, ſed ipſe ſtudioſiſſime alit. Ex hac porrò Chryſoſto-  
mi ſententia mañiſte apparet, quod Chriſtus in mā-  
ductionem ſui per hæc myſteria ſolos fideles admittit,  
hiſq; ſolis ſeſe coniungit, indignos autem ideo reiſcit,  
non quia indignè eum recipiunt, quod Scarga ſentit: ſed  
quia magnitudinem donorum, quæ illis offeruntur, mi-  
nimè penſitant, neq; diſjudicant, ideoq; Chriſtum culpa

Quid indigni  
faciunt.

fua ſuſcipere nolunt. Ita verò Scarga, ſi veterum ſcripta benè expenderet, & ex cōſtanti ac perpetua eorum ſententia, de his, quæ per occaſionem aliquando dicuntur, iudicium faceret, non ita temere obuia quæq; arriperet, ipſoſq; ſcriptorum ſuorum interpretes, non erroris ſui & opinionis malè conceptæ patronos ſtatuereſ. Nam hoc prauo ſtudio, & ſeipſum decipit, & illos tanquam bilingues, variæq; & ancipitis ſententiæ authores traducit.

Scarga columna.

Ad ſextam nunc accedo columnam, ſiue potius omnis impudentiæ, & deplorate cuiuſdam audaciæ, illuſtre propoſitum exemplum. Nam cum inter omnes cōſtet, Sacramentum Eucharistiæ, ſemel tantum à Domino in extrema eius cœna eſſe inſtitutum, totiꝫ Eccleſiæ cōmendatum, & in vſu Panis ac vini omnibus fidelibus traditum: tanta tamen Scargæ impudentia eſt, vt nunc ſolis Sacerdotibus inſiſtens, non Sacramentum, ſed ſacrificium peragendum commendatum eſſe, nunc Sacramentum quidem inſtitutum, ſed non cō Chriſti præcepto firmatum, vt non liberum ſemper fuerit omnibus non ſacrificantibus, aliquando ſub vna, aliquando ſub vtraq; ſpecie illud percipere, pro ratione temporis ac conſuetudinis, & Eccleſiaſtica diſpenſationis. Ac quod ad primum attinet, iam ſole clariꝫ à nobis ſupra demonſtratum eſt, vnicam ac ſimplicem actionem in extrema illa cœna à Domino eſſe inſtitutam, edendi ſcilicet corporis Chriſti, ac bibendi ſanguinis illius rationem, ſub viſibilibus panis ac vini ſymbolis, toti Eccleſiæ traditam, & non ſolis Apoſtoliſ commendam. Nec verò hiſce Apoſtoliſ præter eſum ac potum diuinarum ac cœleſtium iſtarum rerum aliquid noui muneris ac officiꝫ commiſſum eſſe, omnes ſcriptores Euangelici teſtantur. Paulus autem Apoſtolus ſacram hanc actionem, à Corinthiorum Eccleſia prauè

Chriſtus conſtituit manducationem non oblationem.

praua vsurpatione contaminatam, ad primum Christi Domini institutum reuocans, non aliquam sacrificij exercendi formam à Domino traditam commemorat; sed sacrum Epulum omnibus fidelibus, absq; discrimine vltimo institutum, tamdiu quidem ad recolendam mortem ac passionem Christi peragendum, donec ille è cœlis iudex viuorum ac mortuorum sit rediturus. Sicut ergo in plurimis alijs Christi Domini institutis corrupcendis aut euertendis, Antichristus audaciam suam ostentauit; ita in hoc potissimum Sacramēto violando, & in diuersum quendam ritum permutando, omnem suum conatum adhibuit, vt rem seriam, & magna quadam auctoritate grauiq; filij Dei edicto sancitam peruerteret, & in mōstrosū quendam habitū transformaret, vbi enim obsecro in tota hac actione Christi, tam diligenter quidem & accurate ab Euangelistis & Apostolis descripta, vel minima mentio sit corporis Christi pro peccatis hominum sacrificandi, ac non potius semel in cruce oblato, ab vniuersa simul Ecclesia, in vitam ac salutem participandi.

Verūm Scarga pramortui pudoris, & proiecte homo audacię, in cœna illa Domini, sanctam missam & oblationem, ad quam soli tunc adhibiti fuerunt spirituales, institutam esse blaterat, & quia scilicet his solis dictum est: Accipite, manducate, bibite, hoc facite in mei memoriā, his tantum solis manducandi & bibendi, atq; item consecrandi, offerendi, & conficiendi Sacramēti, partes esse demandatas cōtendit. At verò hac verborum Christi interpretatione, quam nobis iste nouus adfert Theologus, non solum Missam & oblationē,

Antichristi audacia in institutis diuinis violandis.

Si soli sacerdot  
es consecrāt,  
soli etiam eu-  
charistiæ par-  
ticipes sint.

sed simul etiam corporis ac sanguinis Christi participacionem commendatam esse demonstrat. Ergo si non ad laicos, vt vocat iste, sed ad Spirituales solos pertinet munus consecrandi, offerendi & conficiendi corporis Christi: ad solos itidem Spirituales manducandi corporis, & bibendi sanguinis Christi vsus pertinere, fateatur oportet. Sed agnoscit iste omnibus ex æquo fidelibus, manducationem corporis, & potum sanguinis Christi commendatum esse, istamq; manducationem non alibi, quam in hoc Sacramento quærendam asserit. Ergo secundum hanc illius confessionem, falsò illud ab eo dictum fuisse apparet, quod quæ in cœna illa peragenda instituit Christus, ad solos Spirituales, & non ad laicos simul spectent. Quod si commune ad omnes Christi spectat institutum, tam ergo offerendi quam comedendi corporis Christi munus omnibus fidelibus traditum iste negare non potest. Ita verò isti vertumni, suis se laqueis vbiq; inuoluunt, suisq; pedicis capiuntur, dum in cōcinnandis dolis ac mendacijs insignes se putant præstare artifices.

Papistici spirituales & seculares.

Nam & hoc impudens commentum quis ferat, ita istos Thrasones inter fideles partiri, vt se quidem Spirituales, reliquos autem laicos siue carnales aut seculares vocare non erubescant? An non enim fideles omnes spiritu Sancto obsignatos vox diuina docet, neq; secundum carnem, sed secundum Spiritum omnibus ex æquo discipulis Christi ambulandum esse denunciat? Nam quicumq; facta carnis spiritu non mortificant, hos in mortis æternæ ruinam deferri præcipientes testatur Apostolus. Verum tam intolerando fastu, dementari oportet

portebat seruos Antichristi , vt dum in omnibus nequitijs ac carnis voluptatibus vitam traducerent, se tamen Spirituales plena voce iactarent, & reliquos omnes tanquam carnis & Satane mancipia præ se contemnerent. Sed ad reuincendam istorum impudentiam, scriptura Sancta multa nobis suggerit testimonia, quæ omnes sanguine filij Dei emundatos, & secundum Spiritum incedentes spirituales vocat, vt quia his solis Sacramentum illam cœnam, à Domino institutam contendit Scarga, ab omnibus ex æquo fidelibus celebrandam, vel nolens agnoscere cogatur. Istitis ergo omnibus, sacrum corporis ac sanguinis Christi epulum, est propositum, nullum autem corporis Christi sacrificiæ, in hoc Domini instituto, cuiquam est concessum, vt qui ex verbis Christi aliquod Sacrificium, & non solum corporis & sanguinis Christi esum traditum elicere student, Spiritui se sancto contradicere, & improba quadam mentiendi libidine teneri profiteantur.

Non minor autem & altera Scargæ vanitas hic quoque concidit, qui sacrificantibus quidem vtramque Sacramenti partem seruo mandatam, non sacrificantibus autem, liberum vel vnius vel vtriusque partis usum relictum esse nugatur. Nam quia nullos certo cognoscimus à Domino ordinatos esse sacrificantes, sed solos ad percipiendam cœlestem escam & potum adhibitos conuiuas, necessarium ergo, & non liberum vtriusque partis usum omnibus fidelibus esse contendimus. Nam quibus in sacra illa cœna dictum est : Accipite manducate, hoc est corpus meum. His quoque dictum est, bibite ex eo omnes, hic est enim sanguis meus noui Testamenti, qui

Scargæ commentum de sacrificantibus.



qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Et Paulus Apostolus preparationis describens modum, quo ad Sacram illam mensam cuius homini sit accedendum, hoc præcepto instruit omnes, vt nimirum seipsum probet homo, & sic de illo pane edat, & de calice bibat. Quod si Dominus inter sacrificantes, & non sacrificantes discreuisset, sicuti Scarga putat, non sine grandi periculo id faceret Paulus, vt quod certè hominum parti à Domino fuisset mandatum, id promiscuum cuius homini seipsum probanti, tradere ille non dubitaret. Sed stolidum hoc & nugax de sacrificantibus commentum, omnino fuit Apostolo ignotum, vt hoc solum, quod à Domino accepit, se quoque tradere Ecclesiæ profiteatur, vt nimirum omnes ex vno pane comedentes, & poculo bibentes, mortem Domini annunciarent, donec veniret. Ridiculum autem in primis Scarga nobis se exhibet argutorem, qui sacrificantibus quidem necessarium ob id vtriusque partis vsum dicit, quod mors Christi ita commodissime repræsentetur, & quasi ob oculos ponatur, dum separatū corpus à sanguine, quæ mortis certa sunt indicia, conspicitur. Qui autem, inquit, non sacrificant corpus Christi, sed illo vescuntur, non necessarium vtriusque partis vsum illis esse asserit, vtpote qui re viua ad viuificationem, & non mortua, quæ viuificare nequit, maxime indigeant. Hoc enim insano commento suo, & seipsum & omnes secum sacrificantes vita æterna priuat, vtpote qui mortua carne, qui teste ipso viuificare nequit, vescantur: soli autem non sacrificantes viua Christi carne, ad percipiendam vitam fruuntur. Ita scilicet iustum Dominus, ipsorum confessione, in eos exercet iudicium, vt ob calicem fideli populo ademptum, vita æterna sit illis ad-

Quod Apostolus  
facit omnibus  
comune, id Iesuitæ  
partem hominum  
tribuunt.

dempta

dempta, his veræ calicis ademptio, æternæ salutis præmio sit compensata.

Sic nimirum varijs erroribus & falsis opinionibus circumagi oportet homines, qui volentes ac sciētes veritatem Dei oppugnant, & lucem verbi Dei, quibusuis ingenij humani tenebris obscurare studēt. Nam si isti certis Dei oraculis, & eloquijs parere in animum inducerent, omnibus certè fidelibus, & non solis sacrificantibus, imaginem mortis Christi, in sacra Domini cœna propositam faterentur: vt ad quam annunciamdam & perpetua memoria recolendam, tam panis quàm calicis vsū omnibus ex æquo institutum didicissent.

Nam sicut reuera in morte Christi, sanguis a corpore fuit separatus: ita in mysterio tantę rei recolendo, hæc organa & instrumenta adhibuit Dominus, quæ fidem ædificarent, & tam corporis pro salute nostra traditi, quam sanguinis effusi iugem memoriam mentibus nostris imprimerent, facessat ergo vana humani ingenij speculatio, & ratiocinationibus omnibus sepositis, diuinę cedat simplicitati, quando id quod stultum Dei est, omnem humanam superat sapientiam. *Viuum, inquit Scarga, corpus Christi sub vna specie panis datur manducandum fidelibus, ergo simul cū corpore datur & sanguis vt vsus calicis ad exhibendum sanguinē sit omnino superfluus.*

Hoc enim argumento nonnisi inscitia Christus ab istis arguitur, vt quod illi scilicet non venit in mentem, isti acutiores animaduertent, & tanquam erratum corrigent. *Viuā quidem Christi caro datur manducanda omnibus fidelibus: sed vt æterna viuificandi potestate esset prædita, illam prius in mortem tradi, & expiationis officio fungi oportuit, vt sic manducata & in fidei*

Non solis sacrificiis sed omnibus credentibus, cœna Do: proposita est.

Iesuīte Christo acutiores.

ventriculo digesta, tandem esset salutifera. Non ergo fidelibus magis reputandum est, qualis nunc sit, sed qualis olim fuerit, cum ex necessario Dei decreto istam conditionem subiit, vt in mortem tradita, omnibus esset viuifica, eiusq; in mysterio ad vitam manducandę, hæc symbola ab ipso Christo proposita vsurpētur, quę mortis eius imaginem, & sensibus & fidei subiiciant.

At verò Scarga proponit nobis & Christi ipsius, & Apostolorum exempla, qui sacra hæc peragentes mysteria, vna Sacramenti parte contenti fuerunt, vt liberum scilicet vel vtriusq; partis retinendę, vel alterius omittendę facultatem demonstrarent. Verùm si ita se res habet, idę certis argumentis Scarga demonstrare potest, nullum ergo Christus, nullum Apostoli in peragentis hæc mysterijs sacrificium exercuerunt, quando Scargę iudicio ad sacrificium peragendū, vtraq; pars Sacramenti necessariò requiritur. Ita verò belli isti argutiores, arma nobis vltro suppeditant, quibus ipsos iugulemus, & manifesti mendacij, quod fingere temere audēt, vel ipsorum testimonio redarguamus. Ac verissimè quidem fatentur, ab omni sacrificio vsurpando, & Christum & Apostolos abstinuisse: sed quod in Sacramento corporis ac sanguinis Christi distribuendo, alteram tantum Sacramenti partem vsurparent, dispiciendum nobis est. Proponit Scarga primum Christi ipsius exemplum, quem in Emaus discipulis illis duobus ita Sacramentum corporis sui distribuisse asserit, vt solum illis panem manducandum porrigeret, calicem autem ad bibendum nullum offerret. Quod autem non simplici pane sed Sacramento tunc discipulos illos refecerit, Hieronymum & Augustinum, ac quosdam alios ex veteribus, istud affirmantes testes nobis producit. Verùm, quęcunq; coniecturę scriptores hosce anti-

Num Apostoli calice Domini abstinuerūt

quos mouerunt, vt Sacramentum, tunc à Christo traditum assererent, certiores rationes afferri possunt, quæ vanam hanc opinionem refellere meritò possint. Christus enim cum ad mortis suæ memoriam, & redemptionis per eam factæ beneficium recolendum, hoc Sacramentum instituisset, minimè tam incogitans fuisse putandus est, vt homines prophanos, & nonnisi mundanum Christi regnum imaginantes, ideoq; stultos & tardo ad credèdū corde iudicatos, ad Sacra mysteria admitteret.

De cœna christi in Emaus.

Nec verò aliud Christo propositum fuisse videmus, nisi vt resurrectionis suæ, quæ discipulis videbatur dubia, certam fidem faceret, & quod tandem illius regnum esset, olim à Prophetis prædictum, illis demonstraret. Agnoscere ergo à discipulis in benedictione ac fractione panis voluit, quæ in communi etiam offerendo cibo, illi iam ante vsitata ac familiaris fuisse à discipulis conspicietur, vt Sacramentum hoc nomine illis exhibere nihil attinuerit. Hoc enim discrimen inter vulgarem à Christo oblatum cibum, & spirituale exhibitum Epulum agnoscimus, quod sola illic benedictionis & fractionis ac mādicationis sit mentio, hic autem accedat præterea diuina Christi promissio, qua corpus suum se manducandum, & sanguinem bibendum dare fidelibus disertè testatur. Quod quia in illa cœna in Emaus factum non fuisse legitur, nonnisi communi cibo, tūc discipulos illos refectos fuisse verè creditur. Quod autem ad alterum ab Apostolis sumptum pertinet exemplum, quos Lucas in Actis Apostolicis coegisse discipulos narrat ad frangendum panem, vnde sub vna saltem specie panis Sacramentum discipulis tradi-

rum, probare Scarga nititur, mirum quàm leuibus infere  
 ducitur coniecturis, vt in re tanti momenti, certę sen-  
 tentię legem constituat. Quis enim est, qui non agno-  
 scat, vt in multis alijs scripturę locis, ita hic synecho-  
 chicę totam actionem ab ipso Christo institutam, sub  
 nomine vnus partis designari? Ita enim Apostoli di-  
 cuntur baptizasse fideles in nomen Domini Iesu, qui  
 tamen Baptismi formam ab ipso Christo edocti, procul-  
 dubio & in nomen Dei patris & <sup>et filii</sup> spiritus Sancti omnes  
 baptizauerunt. Dicta est ergo cœna Domini in pri-  
 mitiua Ecclesia, fractio panis, non ob solum propositum  
 panem, sed ob fractionis ritum ab Apostolis vsurpatū,  
 quo tamen alteram Sacramenti omissam partem, ne-  
 mo nisi imprudens colligat.

Ac profectò si liberum alterius omittendę partis  
 Apostoli tradidissent vsum, id vetustissimi illi, ipsiq;  
 Apostolorum temporibus viuentes scriptores, silentio  
 minime præterissent. At verò si quam celebrandę Do-  
 mini cœnę mentionem faciunt, & panis & calicis simul  
 meminerūt, vt Ignatius martyr ad Philadelphum scri-  
 bens, & ad percipiendam Eucharistiam illos adhortans,  
 vnam carnem Domini nostri Iesu Christi, & vnum illius  
 sanguinem, qui pro nobis effusus est, vnum calicem, qui  
 pro omnibus nobis distributus est, vnum panem qui  
 omnibus fractus est, clarę prædicet. Nec dissimilia anti-  
 quissimorum omnium patrum vbiq; occurrunt testimo-  
 nia, vnde cuius homini apertum est, ita sæculis omni-  
 bus fuisse Eucharistiam dispensatam, vt panis & calicis  
 vsum, vniuersa semper retinuerit, Ecclesia. Chrystos-  
 mus quidem toti Ecclesię vtramq; Sacramenti partem,  
 nullo

Cur cœna Do-  
 mini fractio pa-  
 nis vocata.

Prisca Ecclesia  
 & panem & ca-  
 licem in cœna  
 Do: retinuit.

nullo discrimine plebis & Sacerdotis institutam docēs,  
 ita inter oblationem veteris ac nouę legis discernit, vt  
 in illa quidem partem sacrificij à Sacerdote perceptam,  
 partem à plebe dicat, in hac autem omnibus simul vnā  
 carnem, & vnum calicem tradi, eaq; quę ad hoc Sacra-  
 mentum spectant, communia Sacerdoti & plebi esse do-  
 ceat. Tanta tamen Scargę impudentia est, vt ex ne-  
 scio quo scriptore obscuro vitam Chrystostomi descri-  
 bente, vsum calicis illius ætate minime vsitatum fuisse  
 probare conetur. Sed hæc istorum consuetudo est, pla-  
 nis & eidentibus rerum argumentis ac testimonijs re-  
 pugnare, ab incertis autem ac dubijs coniecturis, falsę  
 opinioni firmamentum quarere. Constantiense qui-  
 dem concilium, non dissimulat istam veteris Ecclesię  
 consuetudinem fuisse, vt vtramq; Sacramenti partem  
 ab ea vsurpatam clarę profiteatur, & quam legem de  
 vna specie retinenda promulgat, iustas causas instituti  
 sui recenset. Quantò ergo melius pudori suo, siquę si-  
 milium consuleret Scarga, si ad authoritatem huius cõ-  
 cilij sententiã suam reuocaret, & tanti erroris sui ori-  
 ginem in Christo ipso & Apostolis minime inuestigan-  
 dam sibi statueret. Sed conscientię testimonium hoc  
 istis extorquet, vt vana Pontificum & conciliorum que-  
 vis decreta sentire cogantur, nisi stabilimentum ab ip-  
 sa Christi voce & doctrina Apostolica habeant.

Ita verò obstinatam isti malitiã produnt, dum  
 quiduis fingere, repugnante animi sensu malunt, quàm  
 vt manifestę veritati subscribant. Nam si cedere veri-  
 tati in animum inducerent, non eam tot mendacijs cõ-  
 taminarent, neq; Christum instituti sui euerforem im-

Constantiense  
 concilium an-  
 1415. fate-  
 tur calicẽ Do-  
 in vsu autem  
 fuisse.

probè clamarent. Nunc enim vtriusq; Sacramenti partem solis, ab eo commendatam Sacerdotibus deblaterant, nunc omni quidem Ecclesie traditam, sed ita liberam, vt quam exemplo suo in Emaus declarauit, huius libertatis vsurpandæ facultatem toti quoq; Ecclesie concederet. Nec dissimilem mentiendi libidinem in eo prodit Scarga, qui Apostolum quidem Paulum Iudæis Hierosolymæ Sacramentum sub vna specie tradidisse affirmat: Corinthi autem sub vtraq; eo quod qui ex gentibus ad Christum conuersi essent Corinthi, sic gentium veteribus vescabantur sacrificijs, vt simul & ederent, & biberent. Iudæi autem in sacrificijs solo cibo & nullo potu vterentur. Verùm si Christus in Sacramento suo instituendo sacrificijs Iudæorum antiquis sese accommodare voluisset, nullum sanè vini vsum in prima sua cœna Apostolis tradere debuit, vt qui omnes essent Iudæi. Ita verò dum Scarga temerè quiduis effutit, & parum memorem mentiendi sese præstat artificem, suis se laqueis irretit, suisq; armis seipsum expugnat. Ac proinde Apostolus meram hanc Scargæ refellens calumniam, non quid cuiusq; gentis ferat mos & consuetudo, obseruandum in Sacramento proponit, sed quod accepit à Domino, vniuersæ simul Ecclesie se tradere dicit, vt nimirum ex vno omnes pane participent vnoq; poculo bibant, sicq; mortem Domini ad extremum illius vsq; aduentum annuncient.

Nec per mille continuos annos, diuersam Sacramenti vsurpatis rationem aliquis scriptor celebris commemorat, aut liberam ita pronunciat, vt quid cuiq; liberet, id sequendum illi concederet. Nam si hæc libertas Ecclesie ab ipso Christo aut Apostolis esset concessa, non tam acriter ætate sua Gelasius in eos detonaret, & nomine sacrilegij grandis accusaret, qui praua quadam  
*supersti-*

Per mille annos à Christo durauit calix in Eucharistia

superstitione ducti, vna parte Sacramenti vtentes, alteram omitterent. Sed Scarga in solos Manichæos hanc sententiam, à Gelasio latam cõtendit, vt quia nimirum illi vinum tanquam à satana creatum fastidirent, illos prodendę eorum perfidię causa ad calicem vsurpandũ adegerit. Verũm qui sic fastidiebant vinum, vt sanguinis tamen Christi se participes sub vna specie, cum reliquo populo Christiano crederent, nullo Sacrilegij crimine meritò reprehendi poterant. Nec verò Gelasius Sacrilegos ob id vocat, quod in creaturam Dei esset contumelioli, sed quia diuisionem vnus & eiusdem Sacramenti, sacrilegio minime vacare dicit. Si qui enim erant qui liberè diuidere poterant, stultè omnes eodem crimine condemnaret, & quod exceptione non careret, generalem in omnes condemnationis sententiam ferret. Ita vero Scarga manifestę veritatĩ repugnans, se ipsum vltro miser decipit, & quia errare libet, volens oculos claudit, in mediãq; luce tenebras sibi accersit. Iste enim Gelasij canon tam apertis ac dilucidis verbis propositus, eos omnes reprehendit, qui sumpta vna portione Sacramenti, ab altera abstinerent, vt meritò Sacrilegos vocet, qui id quod Deus coniunxit, ausu Sacrilego diuidere tentent. Nullo ergo pacto Sacrilegium suum excusare potest Scarga, quascunque tandem pratexat causas, nisi ordinationi diuinę pareat, & quod malo Pontificis consilio adulteratum est, in integrum restituat. Nam quod in communi hominum errore, & praua quorundam superstitione patrociniũ causę querit, vt mutilam Sacramenti vsurpationem approbet, stoliditatem in eo iste suam ridendam, & ab omnibus sanis meritò repudiandam prodit.

Gelasio Papæ  
sacrilegi sunt,  
qui Sacramen-  
tum cõne mu-  
tilant.

Scribit



Scribit exemplis aliquot propositis in veteri Ecclesia hunc morem in oleuisse,  
 ut partem Sacramenti intra priuatos parietes multi asseruarent, quo imminere mor-  
 Eucharistia ptis, aut nauigationis periculo, tanquam amuleto vterentur, & ad toxicum exitum vi-  
 amuleto ser- te, aut naufragij depellendum merum subito vescerentur. Idem tamen subiicit, ista  
 uata. In priuatis domibus Sacramenti asseruandi consuetudinem fuisse prohibitam, propter  
 varias nimirum superstitiones inde enatas. Ita vero iste, quæ vna  
 manu ædificat, altera diruit, & erroris non ferendi pra-  
 uam vsurpationem, voce sua refellit. Ac profecto res  
 digna fuit animaduersione, iustaq; piorum omnium, tã-  
 ta sacræ rei profanatio, reprehensione. Nam si Apo-  
 stolus acriter Corinthios obiurgauit, & quidem metu  
 condemnationis illis proposito, qui publicam Ecclesiæ  
 actionem cum priuatis cœnis permiscebant, quanto du-  
 riore obiurgatione digni fuerant, qui nulla tanti myste-  
 rij explicatione adhibita, ipsoq; Christi Domini institu-  
 to proterue mutilato, neq; legitimo illius vsu & fine ob-  
 seruato, se ipsi pascerent, & à communi fidelium cœtu  
 segregarent? Faceat ergo Scarga, cum prauis errorũ  
 & superstitionum exemplis, & non facta mala ad imitã-  
 dum nobis proponat, sed ad regulam potius iuris & in-  
 stituti diuini, si quæ ab vsu deprauata sunt, reuocare  
 discat. Nec moramur Antichristorum hæc, quæ nobis  
 proponit conciliabula, vtpote Constantiense, Floren-  
 tinum, ac Tridentinum, vt quia ad euertendam Christi  
 doctrinam illa fuisse coacta agnoscimus, merito execrã-  
 da reputemus. Sed iustas scilicet interdicti calicis hæc  
 Cause interdi- concilia habuisse causas Scarga putat, vtpote cum vsus eius  
 ti calicis Do. varijs casibus subiaceat, hæc; incommoda secum afferat, quæ ad eleuandam tant  
 1. Sacramenti dignitatem propè accedant. Non facile enim caueri posse dicit, ne san-  
 Ne sãguis do: guis Domini in terram effundatur, & ne fastidium accedentes concipiant, si commune  
 profuderetur. sibi poculum sanj cum morbofis ac vlcerosis conspiciant.

Ita vero sapientes ac delicatuli Romani isti anti-  
 stites,

stites, Christum Dominum imprudentiæ arguunt, qui pericula communicandi omnibus calicis minimè præuidit, & aut inhonorificum, aut contagiosum Sacramentum suum hominibus futurum non præsensit. Nec minus incogitans ac imprudens Paulus istorum iudicio censendus est, qui Corinthiorum Ecclesiam, ad communem calicem admisit, nihil de periculo effundendi sanguinis Dominici, nihil de contagio fratrum sollicitus. Porro vniuersa Ecclesia Christi, magnam stulticiæ notam sustineat oportet, quam saltem tot sæcula minimè erudierunt, & ab errore longi temporis, ad saniolem mentem ac cogitationem, tandem non traduxerunt. At verò tantum abest, vt Christus Dominus in reprehensionem facti sui aliquam, incurrere possit, aut Apostolus, aut Ecclesia, sacrum Domini sui sequens institutum, vt nullo certiori argumento sceleratus agnoscat Antichristus, nisi quod ore superbo contra Christum insurgat, & quæ sancto ordinauit ille consilio, hic audacter conuellere non exhorrescat. Itaque vt mali corui malum se ouum prodat Scarga, alias etiam nobis recenset causas, cur poculum promiscuæ fidelium multitudini adimendum litre censeat. Scribit in septentrionalibus regionibus vinum minime nasci, magna cum difficultate illuc aduehi, ideoque ob exiguam eius copiam, non omnibus Ecclesijs sufficere posse. In Italia autem & Gallia aliquando vno die in templis decem aut tredecim hominum millia communicare dicit: cui multitudini vino reficiendæ, tribus doctis consecrandis, & in altari collocandis opus esse ait, id quod sine magno quodam errore fieri non posse tradit.

Ego verò Scargam potius errare, ac penitus innectendis argumentis delirare sentio, vt sobrii hominis mentem maximè in eo requiram, de vinoque disputantem ferè temulentum agnoscam. Quis enim, vnquam

Y

obsecro

Certissimum  
Antichristi iudicium.

2.  
 Refutatur  
 Scarga de vi-  
 ni inopia.

Cellaria Iesu-  
 itica vini ple-  
 na.

obsecro hominem prudentem, ac sobrium ita argumen-  
 tantem audiuit, vt Lithuanum aut Moscum a bibendo  
 vino ideo arcendum statuatur, eò quòd vinum apud eos  
 non nascitur, magnaq; cum difficultate in eorum regio-  
 nes aduehitur? Italo autem & Gallo minimè bibendum  
 ideo contendat, quia illic nascitur, magnaq; hæ gen-  
 tes illius habeant copiam? Itaq; qui maiore iudicio  
 quàm Scarga polleat, hæc potius legem omnibus ferat,  
 vt vino quidem ad sanitatem, & non ad temulentiam  
 vtantur, ad vsum autem sacrum, nulla difficultate neq;  
 sumptu deterriti, paratum semper habeant. Maiore  
 olim pretio in veteri populo constabant victime, & qui  
 claudum tamen aut mutilum offerebat Domino, sum-  
 ma impietatis & Sacrilegij à Prophetis accusabatur.  
 Inde verò exemplum capiat Scarga, quanto crimine ac  
 sacrilegio sese obstringat, qui quidem in his regionibus  
 frigidis, vbi cum socijs suis sedem fixit, magna vini do-  
 lia in cellarijs habet reposita, vt se hilariter cum sua so-  
 cietate reficiat: populum tamen Christi, parcens sum-  
 ptibus, & legem Dei contemnens, exiguo vino defrau-  
 det. Quanta enim obsecro istæ iactura est, vt dum  
 helluones isti, præter priuatas mensas, ad altaria sua ad-  
 stantes, toties vini potum repetunt, & pleno se proluunt  
 auro, magno se interim detrimento affici putent, si vni-  
 cam vini guttam in ora fidelium instillent? Magna olim  
 veterum Episcoporum fuit inopia, & qui tamè ob sum-  
 ptum, calicis vsum, adimeret populo, nullus extitit. Isti  
 autem hodie pastores, maximis quibusq; opibus æquan-  
 tes Reges & Principes, magnum sumptum & summam  
 aduehendi vini difficultatem causantur, quominus ad  
 alteram

alteram Sacramenti partem populum admittant. Sed delicatæ istorum mensæ, & pauimenta, noctu dieq; tantia vino, tandem iustum Dei iudicium prouocabunt, istosq; pastores, quod se ipsi pauerint, ouibus Christi neglectis, iustè accusabunt.

Verùm Scarga alias etiã nobis repudiati ca-  
 licis recenset causas, multos nimirum à natura esse abstemios, qui nec gu-  
 stum nec odorem vini ferre queant, quos condemnari necesse esset, si vtraq; species ex  
 necessitate præcepti esset dispensanda. Ego verò hunc interrogatum  
 velim, an nullos in tota cohorte papistica sacrificos cre-  
 dat esse abstemios, vt quam legem in laicos fert, eãdem  
 ferat & in Sacerdotes? Credo eum responsurum, nul-  
 los omnino esse, siquidem hoc hominum genus tam bi-  
 bendi vini avidum est, vt cum hoc delit, vinum crema-  
 tum appetenter quarat, nec ex cauponis, nisi benè po-  
 tum, redire in iustria sua soleat. Atq; vt hoc conceda-  
 tur Scargæ, in solo Christianorum vulgo scilicet esse  
 abstemios, æquumne hic censet, propter homines pau-  
 cos, & qui rarissimi inueniuntur, in vniuersam homi-  
 num multitudinem legem promulgare, & quod vni de-  
 negat natura, aliorum omnium naturæ diuersum expo-  
 scenti, vim inferre? An quia multi nascuntur Eunuchi,  
 ideo in quosuis homines hanc legem feret Scarga, vt à  
 coniugio penitus abstineant omnes? Ac faciunt hoc  
 quidem isti, vt cum Deo simul & natura bellum se gere-  
 re demonstrant. Nam sicut propter paucos abstemios,  
 omnem hominum fidelium multitudinem, contra ex-  
 pressum Dei mandatum, calice priuatam esse volunt: ita  
 propter paucos nascentes Eunuchos, vniuersam Sacer-  
 dotum turbam, repugnante natura, à coniugio arcent,  
 Y ij & aduer-

3.  
 Quidam sunt  
 abstemii ergo  
 omnibus est ca-  
 lix Do: negar-  
 dus.

& aduersante lege diuina, impune lasciuire ac scortari sinunt. Verum quicquid tandem moliantur isti Gygantes, ut contemptum legis diuinæ ubiq; ostentent, nos nefas esse ducimus ob defectum alicuius nature, mandata ac instituta Dei violare; & ob singulare aliquod exemplum, vniuersalem Dei legem abrumpere. Sint sanè aliqui in populo Dei abstemij, ut vinum gustare nequeant, at saltem consueto suo vtantur potu, ut integrum externi cibi & potus percipientes alimentum, integram interioris hominis vitam ex ipso Christo saluatore suo, se haurire sentiant. Neq; enim in sacra hac actione tam spectatur panis & vinum, quam cibus & potus, ut inter signum, remq; signatam mutua expendatur conuenientia, & quod illud exterius representat, id caro & sanguis Christi in mentibus fidelium efficere creditur. Neq; tamen hoc dictum velim, ut symbola à Christo instituta temerè permutari, aliq; pro his substitui liceat. Sed quid in extraordinarijs & singularibus factis, sequendum potius iudicem, quam ut legem violare Dei, cuius audacię humane permittam.

Verum Scarga in labefactando Dei instituto nimum audax, vnicam adhuc adempti calicis proponit causam, difficultatem nimirum vini asseruandi, & ad ægrotos ferendi, quos cum morbo consistantes, & morti vicinos, minime isto solatio priuandos censet. Nec Sacerdoti integrum existimat, circa mediam noctem celebrare Missam, ut vtramq; speciem possit offerre decumbenti. At verò hæ quę ab eo prætenduntur causę, adeo ad impediendum diuinum institutum, nihil habent momenti, ut in vsum Ecclesię introductę, recti ac legitimi ordinis euerfionem manifestè redoleant. Vnde enim hauserunt, ut ex publico fidelium om-

nium

4.  
Difficultas vini  
conseruandi.

nium conuiuio, ſingulare vni homini inſtruerent epulũ:  
 aut de ſalute hominis morientis actum putent, niſi in  
 ipſo mortis agone Sacramento participet: fideles qui  
 dem ex inſtituto Chriſti, communem hanc omnium a-  
 gnoſcunt cœnam, vt ad recolendum redemptionis ſuæ  
 per mortem Chriſti beneficium, illa in communi fruã-  
 tur, neq; ſine certa impietatis nota, ſe ab alijs commu-  
 nicantibus ſegregare poſſe ſtatuant. Iidem etiã mor-  
 bis impliciti, & de vita deſperantes, à ſolo Chriſto ani-  
 mæ ſalutem expoſcere, non à Sacramentis didicerunt,  
 nempe benè perſuaſi, ſe per ſpiritualem corporis & ſan-  
 guinis Chriſti participationem, vitę æternę eſſe partici-  
 pes, tamenſi Sacramentali corporis Chriſti eſu fruſtrentur.  
 Quod ſi tamen aliqui tam eſſent infirmi, vt Sacra-  
 mentalem carnis Chriſti eſum omnino ſibi neceſſarium  
 ſtatuarent, non ex arculis, aliquis panis depromendus,  
 aut Hiſtrionica Miſſa peragenda eſt, ſed inſtitutio &  
 promiſſio Chriſti, claris ac diſertis verbis eſt explican-  
 da, vt agroti fides ædificetur, proſiſtituſq; panis & vi-  
 uum, non communes cibi, ſed percepta vocatione Do-  
 mini, veri corporis & ſanguinis Chriſti Sacramenta eſſe  
 ſentiantur. Hic enim inſtitutionis Chriſti ordo niſi ſer-  
 uetur, quacunq; tandem pompa fruſtulum panis ab iſtis  
 circumferatur, quacunq; faces ac tintinnabula adhibeã-  
 tur, non niſi merum ludibriũ, & deteſtanda Sacramẽ-  
 ti diuinitus inſtituti profanatio, eſt reputanda.

Quod autem Scarga ambiguas hic quaſdam  
 Lutheri ac Philippi Melanchtonis recitat ſententiã, qui  
 aliquando in eam inclinabant partem, vt liberum omit-  
 tendi aut retinendi calicis vſum Eccleſiæ docerent, illo-

Sacra cœna  
 non eſt priua-  
 tim peragenda.

Non neganda  
 egrotis Eucha-  
 riſtia.

Luteri aucto- rum sanè iudicia nil moramur, vt qui in nullius, præter  
 ritas, oraculis ipsius Christi, didicimus iurare verba magistri. Hunc  
 diuinis non est enim honorem, omnes scriptores Ecclesiastici Christo  
 ante ferenda, deberi norunt, vt quasuis suas sententias ad trutinam  
 verbi diuini examinari patiantur: & quidquid discre-  
 pat ab hoc æquilibrio, id cum bona sua venia repudia-  
 re cuius licere iudicent. Nec mirandum est, primis il-  
 lis Ecclesię instauratoribus multa excidisse, quæ à præ-  
 scriptione & regula vocis diuinę dissideant, vt quibus  
 in tam densis tenebris Antichristi, diu palpandum erat  
 donec plena scripturę sanctę luce collustrati, rectum tã-  
 dem tramitem tenerent. Hac ergo potius oculos  
 Scarga reflectat, & quidquid tandem communi omnium  
 Ecclesiarum reformatarum, iudicio receptum est, id se-  
 quendum sibi statuat. Nam quod Bohemis calicem à  
 Pontifice concessum, nihil ad pietatem profecisse causa-  
 tur, vt hoc nomine illum minimè à Catholicis exposcē-  
 dum statuat: ne Euangelium quidem Christi prædican-  
 dum iudicet, eò quòd non in omnibus illud fructificet,  
 & non in vitæ sed in mortis odorem plurimis cedat.  
 Omnes certe fideles, qui non cum Pontifice de calice  
 paciscuntur, sed institutum Domini & saluatoris Christi  
 liberè sequuntur, vt omnibus simul Pontificis erroribus  
 renuncient, magno cum solatio & pietatis fructu vtrãq;  
 Sacramenti partem vsurpant, neq; quibusuis hominum  
 scandalis deferrentur, vt ad Sodomam oculos reflectât,  
 ac non potius, quo vocat Dominus, cursum accelerent,  
 fuerunt quidem omnibus sæculis, ac futuri sunt, qui gra-  
 tiam diuinis sibi oblatam respuentes, tanquam sues  
 ad volutabrum cœni, aut canes ad vomitum redeant.  
 Sed

Bohemis Huf-  
 stis calicis v-  
 sus, in concilio  
 Basiliensi con-  
 cessus anno  
 1436.

Sed non ex pessimis hominum exemplis, veræ Christi oves regulam omnis iusticię, verum ex arbitrio atq; imperio omnipotentis Dei, petendam sibi esse sentiunt. Dominus autem vna eademq; opera, & iustas perfidię quorumuis hominum tēpore suo exiget pœnas, & qui fiduciam ac gloriam spei vsq; ad finem firmam retinent, infallibili vitę premio omnes coronabit.

Restat iam vltima Scargę columna, in qua falsum crimen Ecclesię sue obiectari à me dicit, quod scilicet à communione cœnę Christi, fideles repellat, solis autem Sacrificiis, vsum Sacramenti concedat. Tantum enim abesse dicit, vt à Sacra hac communione fidelem populum arceant, vt plurimis subinde cohortationibus ad crebram Sacramenti huius participationem, omnes inuitent. Ac tantę suę sedulitatis vltimam exempla iam præbere dicit, vbi vix vltum festum, aut diem Dominicum præterire dicit, quin non exiguus communicantium numerus ad Sacram hanc mensam accedat. Neminem tamen cogi, aut excommunicationis pœnam cuiquam denunciari asseuerat, vt nimirum voluntarium id & acceptabile Deo fiat Sacrificium. Nam excommunicationis pœnam in solos pigros ac negligentes latam perhibet, qui saltem semel in anno communicare dedignarentur. Ego verò quem nunc morem notium introducant Loiolitæ, vt ad crebram Sacramenti perceptionem cohortentur populum, nihil moror: dum satis constat, salutarem Sacramenti diuinitus instituti actionem, in nouum & extraneum Missę habitum transformatum ab his ita defendi, vt quantum in illis est, à Sacra communione populum repulerint, ac priuatum hoc sacrificiorum epulum effecerint. Nam qui comminisci audēt, Sacrificium Missę, quod peragunt isti, tam pro viuis quàm mortuis propitiatorium esse, hoc nimirum volūt, vt homines minore compēdio salutē in Missa sibi oblatam quærant, quàm vt magno quodam & anxio labore, magna animi & cordis sollicitudine, in percipienda Eucharistia quærendam sibi statuunt. Itaq; nullo ex  
communi

Vltima Iesusa  
ca columna.

Papistę ex cõ-  
muni Eucha-  
ristia, priuati  
sacrificulorum  
epulum fece-  
runt.



communicationis metu, ad celebrandum ab Vrbaño in-  
stitutum festum cogi attinebat homines, quando vltro  
ad spectacula, & ociosam cursitationem profluunt om-  
nes, vt salutis etiam proponi præmium nihil attineat.  
Quod si tam leui opere, & magna cum sensuum dele-  
ctatione, vitam etiam æternam homines promereri sese  
putent: vel integrum annum, ne dum illud octiduum,  
facile se in prosequendo & celebrando ludicro illo spe-  
ctaculo homines detineri patiantur.

Non mirum ergo, si Missa similem his quoq; ex-  
hibēs ludum, & æternam, nullo istorum labore, propo-  
nens vitam, tantum si desiderium in mentibus eorum  
excitet, vt illi affixi pœnitus adhæreant: ad communi-  
onem autem Sacre cœnæ saltem annuam, non nisi denū-  
tiatione pœnæ detrudantur. At verò priscis illis & A-  
postolicis temporibus, tam ardens in mentibus homi-  
num, ad percipienda sacra mysteria fuit desiderium, vt  
alibi singulis diebus, alibi diebus dominicis, sicut testa-  
tur Hieronymus & Augustinus, omnes fideles corpo-  
ri & sanguini Christi participarent. Nondum enim  
Missæ Sacrificium, in orbem Christianum fuit introdu-  
ctum, neq; eo errore mentes hominum delusæ, vt in Sa-  
crificio à Sacerdote peracto acquiescerent, & saltem se-  
mel in anno vnicam Sacramenti partem perciperent.  
Nam Iustinus Apostolorum temporibus propinquus,  
nullam Missæ aut Sacrificij alicuius mentionem faciens,  
panem traditum nobis esse dicit, ad commemorationē  
assumpti corporis Christi, & passionis suæ. Et poculum,  
in memoriam sanguinis sui, cum gratiarum actione su-  
mendum. Ignatius autem ad Ephesios scribens, non  
ad aliquam

Prisci Christi-  
ani quotidie  
Eucharistiam  
percipiebant.

ad aliquā Missam audiendam, sed ad Eucharistiam percipiendam populum Christi adhortatur. Festinate, inquit, accedere ad Eucharistiam, & gloriam Dei. Quando enim assiduo hoc ipsū agitur, expelluntur potestates Satanae, qui actus suos cōuertit in sagittas ignitas ad peccatū. Et Ambrosius, accipe, inquit, quotidie, quod quotidie prodest, ita viue, vt sis dignus percipere quotidie. Qui quotidie nō est paratus, nec post annū paratus erit. Chrysostomus, autem, non solis Sacerdotibus hanc paratam demonstrans mensam, frustra se ad altare astare quæritur, nisi sint, qui ex manu eius Eucharistiam percipiant, vt indignos etiam cōmunionē precum iudicet, qui se indignos cōmunionē corporis Christi statuunt. Hoc profecto Scarga cum suis socijs, totaq; cohorte papalium sacrificorum nunquam dicet, vt quia toti Christiano populo præreptam, peculiarem sibi fecerunt mensam, non frustra se astare, sed pro salute totius populi incruentam peragere hostiam profiteantur.

Tanta autem actionis disparitas, tanta rerum omnium dissimilitudo, quæ in veteri, & hac noua conspicitur Ecclesia, an non manifestum exhibet argumentum, istos egregios Apostolorum successores, omnem Apostolicam doctrinam euertisse, & inani vetustatis titulo tectos, totam antiquæ Ecclesiæ puritatem sustulisse? Nam cōmunionis & synaxeos, quæ adhuc retinēt vocabula, magno sunt documento, cōmunem hanc omnibus fidelibus propositam à Domino mensam, non ritè nec legitimè ab vno usurpari, aut ad aliquē paucorum hominum numerum redigi. Itaque Apostolus Paulus præcipit, vt alij alios expectent, omne scq; mutuo com-

Z

municent,

Doctrina Apostolica sublatâ  
cōmunionis  
atq; synaxis  
ad paucitatem  
reductæ sunt.

municent, & ne quis propter humiliores conditionem alium contemnat. Omnes enim de vno calice bibere, & de vno participare pane tradit, ad testandam totius corporis mystici vniionem, quam cum Christo, & inter se omnes fideles mutuam habent. Adeo autem Apostolus inter priuatam, & communem hanc fidelium discernit mensam, vt qui priuatim & seorsim comedere verentur, id iam non esse comedere cœnam Domini pronunciet. Videat ergo Scarga, quo saltem fundamento nitatur, qui nunc priuatum hoc Sacrificorum epulũ, nunc in lecto decumbentium esse vult, vt pro publico fidelium conuiuio, singulare hoc vnus hominis epulum constituat. Sed nihil afferre potest præter consuetudinem malam, maloq; exemplo ab hominibus introductã, qui scilicet Sacramenti particulam in arculis afferuabãt, vt morte instante, hoc se viatico, & contra mortis æternæ metum antidoto reficerent.

Sola consuetudo mala seruanda Eucharistia facit priuatam missam

At verò Christi fideles in solo mortis Christi Sacrificio totam spem salutis sibi repositam esse norunt, vt nullo mortis huius caducei percussu metu, vitã æternam intrepidi expectent, spiritumq; suũ moribundi Christo Domino securi cõmendent. Neq; enim ex Sacramentis, sed ex ipso Christo vitam sibi hauriendam credunt, vt nisi qui vera fide huius participes facti fuerint, possint quidem percipere Sacramenta, sed in fine tamen, Augustino teste, sint habituri tormenta. Sacramentorum enim hunc legitimum vsum esse sciunt, vt salutem quidem illa minime donent, sed in solo Iesu Christo donatam, obliuent. Quotiescunq; ergo ex instituto Domini, in communi omnium mensa illa percipiunt fide.

Sacramento  
rum munus.

unt fideles, nemo tunc, quicumq; verum Christi membrum censeret, illa contemnenda iudicat, ut cupidè potius ad ea percipienda, tanquam certa & indubitata salutis sigilla à Christo sibi tradita, accedat. Verùm ubi fruendi non datur facultas, neq; vllus eorum interuenit contemptus: sed quid ordo à Domino constitutus postulet, expendunt fideles; adeò de spe vitæ æternæ, hisce carentes, non dubitant, ut ex naufragio misere huius vitæ in portum æternæ quietis se recolligi certò credant. Ità verò omnibus sæculis partim naufragi, partim in bellis cadentes, partim martyrij coronam sustinentes, & varijs alijs calibus oppressi, aut qui per ætatem Sacramenti huius capaces esse nequeunt, nihilominus tamen immortalem illam vitam sortiuntur, & in sinum Abrahe, siue potius Christi Domini sui deportantur. Sed Scarga a via salutis aberrans, & non in solo mortis Christi merito, summam illam vitæ cœlestis felicitàtem reponens, non mirum si animo fluctuat, & quos viuentes Christum non docuit, Sacramentisq; ab eo institutis defraudauit, nunc demum in agone à Sacramento eoq; mutilato, vitam æternam illis esse petendam arbitretur.

At quanto melius fuerat, non morituris, sed valentibus hoc sacrum epulum ministrare, & à solo carnis Christi esu sanguinisq; eius potu, his subinde visibilibus symbolis adhibitis, animæ salutem esse quærendam instituire? Hoc enim si didicissent, non in extremum finem vitæ, vsum Sacramenti differrent, sed iugem & perennem ex Christo vitam hauriendam esse credentes, Sacramenti quoq; creberrimam communio-

Non dubitandum est de salute morientibus absq; Eucharistia.

Iesuitæ mortuos vitam æternam Sacramento expectare docent.

nem exposcerent. At verò nunc, dum solis vobis epulantibus, ipsi se munere suo rectè perfungi putant, si se spectatores vobis exhibeant, & id quod agitis, in salutem sibi cedere à vobis persuasi credant, quid mirum si rem non necessariam & superuacua, non vsurpent, &

Excommuni-  
cationis metu  
homines  
quotannis ac-  
cipiunt sacra-  
mentum.

non nisi excommunicationis metu ad annuam vsurpationem eius à vobis compellantur? Sed nec minè vllæ, neq; hæc incitamenta, quæ te adhibere dicis, vt languētēs commoueas, vllum vnquam ardorem in mentibus hominum ad percipienda hæc mysteria excitabunt, nisi vos fabuloso & commentitio Missæ Sacrificio reiecto, quo hæctenus ludificastis populum, legatam illis cœlestem à Christo mensam restituatis & frustra, nulloq; cum fructu Sacerdotem ad stare ad altare, cum Chrysofomo clamiteris, nisi ipsi corpori ac sanguini Christi participent. Quamdiu enim in animis eorum hærebit hæc opinio, sacrificij huius interuentu, quod vos exercetis peccata sua expiari, dummodo certam pro labore præstito mercedem vobis persoluant, nullum vnquam tam acrem stimulum adhibebitis, quo torpentes excitetis, & alacres ad percipienda diuina mysteria efficiatis. Ac ne vanam tibi spem à me obiectari putes, & ne de fœlici exitu rei dubites, conuerte oculos in omnes Ecclesias sanctas, ad normam verbi diuini, & puritatis antiquæ reformatas, & facile perspicias, quam non segniter nec languidè ad Sacram Christi mensam accurrant omnes, vbicunq; fictitium Missæ exulat Sacrificium.

Ecclesiæ refor-  
matae cupide  
Eucharistiam  
percipiunt.

Sed te odium excæcat, vt & diuino Sacramento insultes, & maledicentiæ tuæ virus, in populum Dei, hoc Sacro epulo subinde se reficientem, euomas. Dicis e-

niam Sacramentâ à Zuinglianis reputari nuda & inania symbola, ideoq; ab eis vilipen-  
 di, & in mortis agone, tanquam inutilia, nullamq; animæ medicinam afferentia non  
 adhiberi. Verùm calumniâ illi tuam creberrimo huius Sa-  
 cramenti vsu abundè refellunt, & in eos potius hoc ca-  
 dere crimen, qui à nutu vestro pendent, clarè demon-  
 strant. Nam qui saltem semel in anno, ad degustan-  
 das hæcè dapes accedunt, aut morte instante, magis cõ-  
 suetudine quàm certo mentis iudicio, demum exposcūt,  
 certum exhibent argumentum, non admodum rem fru-  
 ctuosam istos reputare, & in Sacramenti contemptu,  
 quid Christus morte sua sit humano generi promeritus, Zuingliani nō  
vilipendunt  
sacramenta.  
 omnino ignorare. Sed qui crebro, & quotiescunq;  
 hæc Sacra mensa à Ministris Ecclesiæ præparatur, hæc  
 mysteria percipiunt, nec se communem illorum vsum  
 sine grandi scelere intermittere posse sentiunt: non cer-  
 te hæc se vilipendere, aut nuda signa Christoq; vacua  
 se percipere, manifestè declarant. Et profectò non a-  
 lia crebrior in Ecclesijs nostris doctrina resonat, quàm  
 in Christum omnes inferi, & ex corpore ac sanguine  
 Christi, vitam in primo parente perditam recuperare  
 oportere. Itaq; ad testandam tantî beneficij memori-  
 am, nisi qui Sacramenta percipiunt, aut Christo nihil se  
 tribuere, aliundeq; salutem petere, aut omnino ea se  
 priuare produnt. Hæc autem doctrina eum passim in  
 Ecclesijs nostris proponitur, quo saltem pudore Scarga Evangelicis  
sacramenta  
non sunt ina-  
nia.  
 tam frigidam tamq; ieiunam calumniam adhibere au-  
 det, vt nuda & inania symbola à nostris doceri, scribere  
 non vereatur? Nimirum stulta & impia transubstanti-  
 ationis opinio istum dementauit, vt Christum corporis  
 sui esu sanguinisq; potu, minime fideles suos reficere

posse putet, nisi panis ille substantiam, in corporis sui substantiam conuertat, ac denuo in manibus Sacerdotis, vt blasphemare isti non exhorrescunt, incarnetur. Verum tota illa sancta antiquitas hoc deliriū ignorauit, & singulis tamen diebus sacrum Christi corpus, sacrumque eius cruorem in Sacramentis sese percipere credidit. Noui autem isti creatores corporis Christi, dum eum presentem manibus se sub accidentibus panis gestare credunt, aut in arcula repositum adorant: tamen ab eo recipiendo refugiunt, & non nisi anathemate ad annum eius perceptionem populum adigunt. Sed hanc erroris mercedem recipere oportebat homines, vt cum Sacrum Dei institutum profanare non dubitarint, & peregrinis doctrinis polluerint, Deus quoque omnipotens iusto suo iudicio, eos legitimo Sacramenti vsu priuauerit. Nam vel Gelasio eorum Episcopo teste, Sacramenta lacerantes & distracta ac diuisa populo distribuentes, non Sacramenta distribuunt, sed grandi se Sacrilegio obstringunt. Itaque miseram illorum hominum esse sortem, qui in tanta Euangelij ac sanæ doctrine luce, istos novos omnium errorum magistros sequuntur, & in tenebricoso quodam Platonis specu, ne cernere veram rerum possint formam, perpetuo detinentur. Sed Scarga vt sanam Christi doctrinam infamet, & credule ac simplici plebecule exosam reddat, proponit quoddam nescio cuius foemine in cætu Vilnensi exemplum; eam nimirum morte instante, certa desperationis signa edidisse asserens, vt pote quæ ad mentionem Christi à Ministris iniectam, Christum se ignorare, sed solum cornutum scire, quem sibi illi scilicet proposuerint, dixerit, pro-

Scargæ nugatur.

priamque

priamq; arrodens carnem expirauerit. Inde autem eam à Ministris Ecclesiarum nostrarum, proponi doctrinam concludit, quæ in desperationis baratrum, & ipsos, & eorum auditores præcipitat, falsumq; & patribus nostris inauditum Christum prædicat. O grauem Theologum, tam pueriliter ac futiliter nugantem, fictisq; fabellis, & se & alios decipientem. Ego enim cum Vîlnæ, in cœtuq; vrbis huius sacro frequenter adesse soleo, nullum vnquam tam tragicum exemplum editum audire me memini: & improbe ac mendaciter esse confictum, affirmare ausim. Sed concedamus rem ita factam, an quia multi in Ecclesia vera destituuntur fide, neq; eam, quam Christus requirit, innocentiam ac sanctimoniam afferunt vitæ, mortisq; Christianæ minime edunt signa, ideo doctrinam Christi vanam, ipsumq; Christum esse falsum redarguunt? Næ iste prudens & ingeniosus arguator, totum ordinem Apostolicum ipsumq; Christum eorum ducem, cum vniuersa eius doctrina repudiabit, eò quòd Iudas discipulus & Apostolus Christi, desperabundus mortem oppetit, colloq; in laqueum inserto, seipsum suspendit. O cœcã malitiam, & virulentum in doctrinam Christi odio, Iesuitæ virulentum odio feruntur in doctrinam christi.

um, quo isti exæstuant, & tam hostili animo eam se persequi testantur, vt quiduis fingere, & in suspicionem omnia vocare, clarissimisq; rebus tenebras obducere malint, quàm vt manus dent veritati, frustra q; illi oblectari desistant. Hæc enim quæ proferunt ad eneruandam Christi doctrinam argumenta, si quid momenti haberent, ipsorum hæc, quam iactant Romana Ecclesia, iam diu omnem auctoritatem amittere debebat, quæ plurima



plurima semper desperabundorum hominum exempla  
 suppeditat. Ante paucos hosce annos in aula Episco-  
 pi Vlnensis defuncti, vnū ex intimis eius familiaribus  
 vitam laqueo sibi eripuisse cognouimus: Alterum in  
 propria membra sauiſſe, & pudenda corporis parte se  
 ipsum mutilasse, non sine horrore audiuius idq; eo  
 tempore, cum egregij isti Loiole discipuli, in hanc vr-  
 bem primum introducti, & prædicti Episcopi immensis  
 opibus locupletati, doctrinam suam essent auspicati.  
 Cuius quidem doctrine, hosce consecutos fructus vidi-  
 mus, vt in auditoribus suis eximiam eorum sapientiam  
 admirantibus, hanc tantam pietatis & innocentiae lau-  
 dem ingenerassent. Et certè qui inter præcipua doctri-  
 ne capita dubitare discipulos suos, an sint in gratia, do-  
 cent, expeditam se illis ad omnem desperationem tra-  
 dere viam profitentur. Non cōmemoro interim, quàm  
 duris miseras hominū conscientias constringunt laqueo-  
 is, dum anxiam illam & operosam recensendi peccata  
 omnia legem illis imponunt: nullaq; venia dignos iu-  
 dicant, si quid reticeant, & flagitium aliquod aut erra-  
 tum occultent, quod non in aures Sacerdotum insufur-  
 rent. Sed quis omnes verè doctrine corruptelas recē-  
 seat, quæ in hunc pelagum Romanum ita exundarunt,  
 vt trepidum semper & fluctuantem esse oporteat, qui se  
 in hunc æstum præcipitat, & non ad læta illa Euangelij  
 Christi fluenta cursum dirigit: Tu quidem Domine Ie-  
 su, tandem virtutem ac potentiam dexterę tuę in pro-  
 fligandis hostibus tuis, exerito: filiumq; illum peccato-  
 rem, & perditum spiritu oris tui interficito: vt quam  
 salutem humano generi attulisti, eam omnes in te vno  
 sitam

Epi?

Waterianus  
 Iesuiras Vlnā  
 introduxit &  
 dirauit.

Qui veram  
 doctrinā cor-  
 rumpunt.

fitam agnoscant, tibiq; vera fide adherentes, perpetuos  
omnis iustitię ac sanctitatis fructus proferant, ac deinde  
superatis turbulentis omnibus huius mundi tempestati-  
bus, in æterna ac cœlesti illa quiete tecum triumphant.  
Amen.

## LIBER QUINTVS

AD APPENDICEM, LATINO PETRI  
Scargę Libro adiectam eo titulo, Artes 12. Zuing-  
gliocaluinistarum Responso.



Am fatis ex superioribus prudenti lecto-  
ri liquere puto, quæ sit Ecclesiarum no-  
strarum, ad normam verbi diuini refor-  
matarũ, de Sacramento corporis & san-  
guinis Christi sententiã: & quàm falso  
Pontificis Romani criminẽtur eam emis-  
sarij, qui nunc Zuinglianam nunc Calvinianam, vtpote  
nouam, & à primis hisce autoribus inuentam vocitant.  
Nihil enim doctissimis hisce viris ac plurimis item alijs,  
ad repurgandam à varijs erroribus & superstitionibus,  
Ecclesiam Dei à Domino excitatis, propositum fuisse a-  
nimaduertimus, quàm vt veritas doctrine Apostolicę  
de eo Sacramẽto, multis post Christum sæculis, pio san-  
ctę illius vetustatis consensu retenta, ac deinde temera-  
rio Pontificis ausu abolita, tandem quasi postliminio in  
orbem Christianũ reuocata niteret, fulgoreq; suo omnes  
mendaciorum nebulas dispelleret. Omnes enim scri-  
ptores

Zuingli &  
Caluini pro-  
positum.

Sacramenta  
sunt viſibilia  
verba.

In quibus si  
res ipſe eſſent  
mali quoque  
participes car-  
ne fierent.

Sacramenta  
non cōferunt  
gratiam.

ptores antiqui, & potiffimum hi, quorum ſingularis ple-  
etas, cum excellenti doctrina coniuncta fuiſſe agnoſci-  
tur, hanc generalem de Sacramentis a Chriſto inſtitu-  
tis tradiderunt doctrinam, vt ea quaſi viſibilia quædam  
dicerent verba, quæq; auribus verba inſonant, hæc Sa-  
cramenta oculis exhibent & reſtant. Porro ſicuti  
verba res omnes, de quibus ſermo fit, animis audienti-  
um ſiſtunt, neq; tamen realiter eas in ſe continent. Ita  
& Sacramenta, quæ hominum oculis ſpectanda in ima-  
gine, & externa figura proponunt, fidei quidem & me-  
ti participanda offerunt, neq; tamen hæc præſentia con-  
tinent, aut localiter in ſe concludunt. Nam ſi, quod to-  
ties admonemus, Sacramenta res ipſas ſignificatas con-  
tinerent, tam bonos quam malos rerum Sacrarum par-  
ticipes efficerent, & gratiam cœleſtem abſq; diſcrimine  
vlllo in omnes transfunderent. Ab hac autem ſenten-  
tia quàm procul abfuerint veteres doctiſſimi quiq; ſcri-  
ptores, id eorum clare ac luculente hæc de re demonſtrât  
voces. Nam Auguſtinus in ſolis fidelibus & electis Sa-  
cramenta hoc efficere ait, quod figurant. Ac proinde  
figuram viſibiliter, & carnaliter exterius in Sacramen-  
to, ipſum verò corpus Chriſti, ſpiritualiter in veritate  
accipi dicit. Et Chryſoſtomus: Quoniam corpori, in-  
quit, coniuncta ſit anima, ideo rebus ſenſibilibus, dona,  
quæ intelligibilia ſunt, & mente percipiuntur tradi. Ma-  
carius autem ſcribit eos ſpiritualiter carnem Chriſti mā-  
ducare, qui panis, qui videtur, & exemplar ſeu figura  
corporis Chriſti eſt, participes fiunt. Inde verò Ori-  
genes reprehendit ſimpliciores, qui hoc ipſo ſanctifica-  
ri ſe credunt, quod panem Sanctificatum qui vocatur  
Domini,

Domini, percipiant. Non enim hunc suapte natura sanctificare vult, alioqui sanctificaret & illū, qui eum, indigne domino māducat. Prodesse autē iuxta precationem, & sanctificationem, quæ ei accessit, pro modo & portione fidei eius, qui eum non indignè Domino māducat, efficiens vt perspicax sit animus accipientis, respiciens ad hoc, quod vtile est. Huic autem Cyprianus adstipulatur: Effectum sanctificatis elementis, hoc est Sacramentis, non propria eorum natura præbet, sed virtus diuina potentius operatur, vt adsit veritas signo, & spiritus Sacramento, vtq; ex ipsis rerum efficientijs dignitas gratiæ patefiat, & interiori homini innotescat.

Ex his autem veterum patrum sententijs facile perspicitur, quā fallax & perniciosum sit scholasticorum, & sequentis ætatis in peius subinde degenerantis dogma, qui Sacramenta, gratiam conferre ex opere operato tradunt, aut res cœlestes ita continere docent, vt simul signorum ac rerum signatarum omnes sumentes participes faciant. Ac dicuntur quidem Sacramenta res ipsas cœlestes offerre aut exhibere, idq; quod continent & figurant efficere: non quod re ipsa contineāt, aut ex natura sua hoc tātum bonum efficiant: sed quod virtute fidei id verè fideles percipiant, quod Sacramento figuratur ac significatur. Ita enim Bertramus Liturgiæ veteris verba interpretatur: perficiant in nobis Domine, quæsumus, Sacramenta, quod continent, vt quæ nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus. Et: Plenus vitæ æternæ accipientes, humiliter imploramus, vt quod imagine contingimus Sacramenti, manifesta participatione sumamus. Inde autem duplex proponitur

Fide credentes  
percipiunt  
quod sacramē  
ta offerunt.

doctrina, ita quidem in Sacramentis res cœlestes proponi ac repræsentari, vt non omnes qui Sacramenta percipiunt, rerum simul diuinarum participes efficiantur, nec instrumento corporis, sed solius fidei id participari, quod Sacramenta in imagine seu figura continēt. A qua sententia minime dictum illud Paschasij discrepat: Caro & sanguis Christi non sapore carnis, sed spiritali dulcedine degustantur, & fidei ratione intelliguntur. Hæc autem omnia eò tendunt, in eumq; finem à me proponuntur, vt cum non ignoret Scarga, quæ sit mea de Sacramento cœnæ Domini sententia, vtpote quam toties ingemino, & cum sensu vetustissimorum quorumq; patrum optimè congruere ostendo: ille tamen ancipitis cuiusdam sententiæ me redarguit, & longum quendam catalogum contradictionum mearum in calce operis sui attexit. Putat autem hæc mea dicta mutua quadam repugnantia, se perimere, nec omnino sibi consistare.

Nam cum multis in locis manifestè profitear, verè præsentem nobis dari in Sacra mensa, Christi carnem, neq; tamen eam de cœlo detrahi dicam, hoc dictum meum ita ille accipit, ac si ipse turpiter mecum confligam, nullaq; in parte sermonis, semel affirmans, semel negans, mihi constem. At verò ab omni leuitatis suspicione vniuersa scriptura sancta, totaq; antiqua Ecclesia, vnum eundemq; mecum retinens sensum, me libe-

Antiqui Christi rat. Nam Christus quidem, quoad veri corporis humani substantiam, non in hanc terram ante vltimum iudicij diem ab omni pia illa & erudita vetustate, secundum scripturas venturus creditur: & vere tamen omnes fideles

Volani de cœna Domini sententia.

Antiqui Christi rat. Nam Christus quidem, quoad veri corporis humani substantiam, non in hanc terram ante vltimum iudicij diem ab omni pia illa & erudita vetustate, secundum scripturas venturus creditur: & vere tamen omnes fideles

des in veram carnis, sanguinisque sui participationem  
admittere sentitur. Ita vero Augustinus Christum cor-  
pore absentem, fide tamen verè præsentem percipi do-  
cet, vt qui manum fidei in cœlum extendi iubeat, quò  
Christum in salutem apprehendat. Et in Ioannem tra-  
ctatu 50. Si bonus es, inquit, & ad corpus Christi perti-  
nes, habes Christum & in præsentem, & in futuro: In  
præsentem per fidem, in præsentem per signum Christi, in  
præsentem, per Baptismatis Sacramentum, in præsentem,  
per altaris cibum & potum. Habes Christum in præ-  
sentem, sed habebis semper, quia cum hinc exieris, ad il-  
lum venies, qui dixit latroni: Hodie eris mecum in pa-  
radiso. Et post: Secundum carnem vero, quam verbum  
assumpsit, secundum id, quod de virgine natus est, ascē-  
dit in cœlum, & non est hic. Ibi enim sedet ad dexte-  
ram patris, & hic est, non enim recessit præsentia maie-  
statis. Secundum præsentiam carnis, habuit illum Ec-  
clesia paucis diebus, modo fide tenet, oculis non videt.

Ex his vero Augustini verbis, quæ improbitas  
adversarij toties nos recitare cogit, liquidò cōstat, qua-  
lem ille Christi in Sacramentis præsentiam statuit, &  
quomodo à præsentia illa corporali, secundum quã Chri-  
stus in cœlo est, eam distinguit, vt nimirum verè & non  
imaginariè Christū offerri in Sacramētis dicat, nō qua-  
si corpore illic sit præsens, sed quia in cœlesti illo solio  
existēs spiritualiter ab homine interiori percipitur, nul-  
lisque corporeis instrumentis, sed fide sola comeditur.  
Accuset ergo si libet, Scarga Augustinum, imo omnem  
illam sanctam antiquitatem, tanquam bilinguem, quæ  
quidem Christum, nunc in Sacramentis præsentem, nūc  
a in absentem

Christus non  
est hic corpo-  
re.

Opinio ponti-  
ficiorum de  
Christo.

absentem definit, & quod sibi tamen non contradicat, iustas sententię suę vbique rationes reddit. At vero potius illa impiam Scargę, omniumq; Pontificiorum opinionem accusat, qui Christum eadē carnis presentia, qua in cœlo est, sub accidentibus panis occultari, & ab omnibus, quicunq; his accidentibus vescuntur, siue sint homines impij, siue animantia bruta, naturaliter, oreq; corporeo manducari tradunt. Hoc enim & vniuersę scripturę sanctę repugnat, & Christum veritate carnis humane spoliat, magniq; quodam dedecore ac ignominia afficit, & ab omni regni Christi specie dissidet. Neque enim alia hic presentia Christi imagināda est, quā spiritualis, qua nimirum mentibus fidelium sese offert, & communicat, in eisq; per fidem inhabitat. Ita enim Apostolus per fidem dicit Christum habitare in cordibus nostris: Et Ioannes ex eo nos scire dicit, quod in nobis manet Christus, ē Spiritu suo scilicet, quem dedit nobis. Vnde & Cyrillus Christum ingredi in nos per fidē, & per Spiritum Sanctum inhabitare tradit. Postquam enim, inquit, cœlos ascendit, in nobis est per Spiritum, & per hoc, quod Spiritus participes sumus, Christum in nobis recipimus, qui autem Spiritum Christi nō habet, non est ipsius Christi.

Christus in e-  
lectis per fidē  
& Spiritum S.  
habitat.

Ab hac vero scripturę Sanctę, & veteris totius Ecclesię sententiā, cum procul recesserint omnes Romani Pontificis a seclē, tantis omnium errorum fluctibus agitantur, tanta varietate sententiarum inter se pugnant, vt facilius aquam igni concilies, quā opiniones istorum ad vnum sensum reuoces. Alij enim sunt, qui Christum in Sacramento ore comestum non diutius hā-

Nota

proprij

non constat  
quo manducari corporeo si in sacra-  
mento.

tere in corpore humano tradunt, nisi quam diu accidētia panis in ventriculo humano integra manent: Alij autem quam primūm hostia dentibus teritur, tam cito corpus Christi in cœlum rapi contendunt. Et plurimæ aliæ istorum, quibus omnes eorum scatent libri, possent commemorari nugæ, vt patientissimum hominem esse necesse sit, qui eas aut legere, aut audire sustineat. Et Scarga tamē in vna eaq̃ certa sentētia, quam plane cum omni antiquitate profitear, contradictiones nescio quas & antilogias venatur, ipse in magna cum omnibus suis opinionum varietate ac dissenssione constitutus. Nam in vno eodemq̃ argumento, quam belle etiā huic conuenit cum socio suo Turriano, id in libro meo priori, istorum conferens sententias, abunde me demonstrasse puto. Verūm Scarga Reuerendo patri Turriano, sic enim honorem mutuo sibi deferunt rabule, leuiter à me responsum dicit, vtpote quod homo in aula educatus, contra summum & in scripturis exercitatissimum Theologum, nihil attentare queat. Sit sanè iudicio tuo, Petre, Turrianus summus Theologus, sed qui micam sani habēt iudicij, hanc totam laudem illi ademptam ab Antonio Sadeelle agnoscunt, qui mutua vtrorumq̃ certamina legunt, omnesq̃ sententias & argumenta rite expendunt.

Nec temere omnes prudentes lectores, illam in Turrianum sententiam ab Antonio latam cognoscent, quod sit indoctus Grammaticus, indoctior Dialecticus, indoctissimus Philosophus. Theologiam quidem tam sincerè tractat, vt in adulterando scripturæ sensu, dummodo suo Romano gratificetur Ioui, & pudoris & scientiæ

Errores papistarum de Christo in sacramento māducato.

Scarga distinet abs suo socio Turriano.

*Turriano cu  
sadeelle pugnare  
1602/1603*

Turrianus indoctus.



Volani Paræ-  
nesis ad Ebio-  
nitas.

Non timet  
Scargam.

Scientiæ suæ oblitus esse videatur. Ad huius singula fa-  
teor me non respondisse, non quod non haberem, quod  
responderem: sed quia non tantum ocij suppetebat, vt  
cūcta sophismata hominis male feriatī persequenda, ac  
diluenda arbitrarer, & te vno confecto, ipsius quoq; te-  
la non maiore arte vibrata, ruitura faciliē videbam. Te-  
cum hoc certamen susceptum, tecum finiatur oportet,  
vt si Volanus Turriano non sit par, at saltem Scarga  
non multò superior illo agnoscat. Et quia nouum  
certamen mihi minitaris, te nescio quid contra paræne-  
sin meam scribere velle, faciliē patior, vt omnes Anti-  
christi in me oppugnando mutuas operas iungant, &  
cui militem ego Domino, scriptis suis testentur. Aequū  
enim est, vt Loiolita indignetur à me oppugnari Ebio-  
nitas, quando vtriq; in hoc sedulò incumbunt, vt hi qui-  
dem Christum diuinitate spolient, illi iampridem omni  
mediatoris & Sacerdotis officio priuauerint. Sed a-  
deo Ignatiū Loiole, & Michaelis Serueti discipuli isti Hi-  
spanici, nihil proficiunt, vt magnam contra illustrandę  
glorię Christi materiam suppeditent: tot nouis subinde  
exorientibus Christi athleticis, qui inermem hanc & im-  
bellem turmam vbiq; prosternunt, splendidaq; victorię  
de illis partę trophæa passim constituunt. Nullum er-  
go periculum extimesco: nec magnum sanè terrorem  
Scarga belli denuntiatione mihi incutit, vt promptum  
semper & intrepidum in hoc certamine sit cogniturus.

Nec verò aliqua doctrinę aut ingenij fiducia, qua  
me superbire aduersarius fingit, in hanc arenam descē-  
do: sed sola virtute Christi Domini mei fretus, quem  
nemo impunè vnquam prouocauit, & qui infirma mun-  
di subinde

Si subinde eligit, vt confundat fortia, ignobiliatq; ac cō-  
 temptibilia, & ea quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destru-  
 at. Hoc enim si quādo animaduersum fuit, in hac pro-  
 fecto iam exacta ac decursa mundi ætate perspicere li-  
 cet, vbi maximis quibusq; potentie & ingenij viribus  
 res Romana defensa, in eas recidit angustias, vt quan-  
 tumcunq; oblectetur, semper magis ac magis prouat,  
 & nonnisi certam ruinam minetur. Et quorum, obsecro,  
 hominum opera, aut quàm validis prælijs tanta regni  
 moles fuit oppugnata, vt nunc adeò deformata, omni-  
 busq; ferè suis ornamentis spoliata conspiciatur? Hi  
 nimirum fuerunt, qui nec genere illustres, nec magnis  
 opum copijs affluentes, sed sola scripturarū sanctarum  
 potētia armati, tantam hanc ediderunt stragem, vt pri-  
 stinæ dignitatis recuperandæ, nullam iam hostibus Chri-  
 sti reliquam spem fecisse videantur. Sed Scarga hanc  
 tam atrocem iniuriam satis vindicare se putat, si animas  
 eorum in inferno sepultas clamitet, mihiq; procacis &  
 maledicæ lingue vitium obiectet, insatiabiliq; maledicē-  
 tia, mille effutire conuicia in sacrosanctam Petri sedem,  
 & societatem suā increpet, virumq; linguosum ac sum-  
 mē mendacem detonet. Atq; hæc quidem à modestia  
 sua Christiana proficisci dicit, vt ne maledictum pro  
 maledicto referat, ac potius maledicenti benedicat,  
 & pro suo persecutore oret. At quod, obsecro, tam gra-  
 ue maledictum in se collatum à me dicit? Quia nimi-  
 rum omnes Iesuitas homines esse mendaces, & sine vl-  
 lo pudore veritati diuine oblatrantes, turpi ocio destu-  
 entes, sine labore quæsititas possidentes opes, & magno  
 orbis malo per omnes terras oberrantes profiteor.

Religio Ro-  
 mana ruit, il-  
 cet à magnis  
 viris defende-  
 tur.

Quales sunt?  
 Volano Iesui-  
 ta.

At verò demonstrandum tibi Petre fuit, hac omni culpa societatem tuam vacare, vt tum demum male dica ac mendacis linguæ vitium mihi obijceres. Verū tu ad iudicium totius mundi prouocas, in cuius oculis societatem tuam versari dicis, vt nimirum iudicet ille, an vera dicat Volanus: iudicent & illi, qui vos pauperes, & vagos propter Christum, suis hospitjs, quoti die excipiunt. Ego vero iudicium mundi non refugio, vt quid maxima & potissima orbis pars de vobis sentiat, libenter amplectar, eiusq; testimonio criminis obiecti culpam sustinere sim paratus. Atqui omnes, quicumq; Christi profitentur nomen, excepto vno Pontifice Romano, & iuratis eius satellitibus, mecum vna voce clamitāt, vos insensissimos Christianæ religionis hostes, hoc vnum moliri, omniq; conatu ac studio in id incumbere, vt doctrinam Euangelij Christi, fœliciter in toto terrarum orbe accensam restinguatis: tyrannidem autem Pontificis Romani magna ex parte fractam ac debilitatam instauretis, varijsq; artibus ac prestigijs, magnas opes, & latissimas agrorum possessiones acquiratis. Itaq; quantopere sapiant isti, & quantum iudicio eorum deferendum sit, qui vos vagos ac pauperes propter Christum, vt iactatis, nouis subinde excipiunt hospitjs, nihil commemorare attinet, quando exitus rerum diuersum clamitat, promissisq; vestris rem minimè respondere, ipsa experientia redarguit. Non propter enim Christum, cuius doctrinam & gloriam omnibus viribus oppugnatis, sed propter beatam ac tranquillam in magna rerum omnium copia traducendam vitā, hoc nouum societatis vos inuenisse institutum, tot vills ac pradia

Iesuse omne  
suum studium  
conuertit vt  
doctrinam  
Euangelicam  
extinguant.

prædia tam subito acquisita abundè testantur. Quid enim tot Monachorum claustra, ac diuersorum ordinum cænobia in eis vrribus, in quibus sedem fixistis, non satis ampla fuerunt vobis receptacula, vt communem cum eis agentes vitam, Christum prædicaretis, & quocumq; liberet, quouis tempore in diuersas orbis plagas excurreretis.

Subito facti diuites.

Sed nimirum istorum iam culinæ frigebant, hominibus fastidio similitudinis ac satietate defessis, vt nouè iam irritando eorum palato, quærendæ fuerint epulæ, & capiendis eorum animis, hæc vobis autoribus adhibenda varietas. Hoc enim stratagemate sequentes omnium Monachorum ordines sunt vsi, vt in vno & eodem vitæ instituto, titulum semper & vestitum mutarent, & prioribus semper Monachis se aliquid reperisse sanctius mentientes, credulam plebem ludificarent. Vos quidem tam astutas vulpeculas hæc postrema protulit ætas, vt in quacunq; vrbe pedè posuistis, subito omnes Monachorum greges antiquos omni opulentia & fauore hominum superaretis. Itaq; ne soli iam infensi videantur, vobis quos vocatis Zuingliani, etiam Cracouiæ nuper Franciscanos audiui de vobis querentes, & vt cum magno labore ac sollicitudine victus sit illis emendicandus, maius etiam periculum inediæ, eò quod in illam vrbe iam vos quoq; irrepsissetis, extimescentes. Ibi quidem primæ dignitatis Episcopum publice dicentem, multis idoneis testibus audita referentibus, audiui, non bene neq; è re sua Pontificem Romanum fecisse, qui hunc ordinem vestrum instituerit, præ cuius admiratione familias Franciscanorum & Prædicatorum

Sunt astutæ vulpeculæ.

Miscouit Episcopi Cracouiæ de Iesuitis iudicium.

dilabi, & propemodum aboleri sentiat. Illos enim oculorum, hos aurium instar Romano Pontifici fuisse, ut pote quorum ministerio omnia, quaecumque gererentur in orbe & viderit, & audiuerit, fidelemque semper eorum operam in procurandis rebus suis expertus fuerit. Nunc autem a sycophantis, hisce nouis Iesuitis, cum eos pelli loco videat, futurum se suspicari, ut cum eorum interitu, res quoque Romani Pontificis concidat, ac retro sub lapsa referatur.

*Iudicia mundi de Iesuitis.*

*Scarga maligna dicentia ostendit qualis sit christianus.*

*Maximum orbis malum falsa docere, quod faciunt Iesuitae.*

Et haec quidem totius mundi de vobis iudicia sunt. Loiolite: ut iam non mendacem nec linguosum virum agnoscatis Volanum, qui veritatis approbandae causa hos testes adhibet, ad quos prouocastis, & ex quorum vocibus laudem pietatis, ac integritatis vestrae petendam vobis duxistis. Quare quae pleno ore in me Scaraga effudit conuicia, & quibuscumque me onerat calumnijs, ut modestiam scilicet Christianam testatam omnibus efficiat, satis omnibus factis declarat, qualem se Christianum praestet, qui ex tam pio pectore, tam vberes modestiae, nobis fructus profert. Ego quidem cum fidei & fame, maiora semper damna reputauerim, quam quae villo pretio aestimari possint, nunquam committam, ut de quouis hominum ordine aliquid temere ac futiliter pronunciem. Nam quod magno orbis malo per omnes terras oberrantes istos socios scripserim, non aliquam vanitatis culpam extimesco, ne id quouis tempore approbare, & quasi oculis omnium proponere possim. Maximum enim & praecipuum orbis est malum, venenatis doctrinis mentes hominum imbuere, proque vero & legitimo Dei cultu, crassa cuiusuis idololatrie semina inserere,

inferere, & si quod verę pietatis germen cordibus humanis insitum est, istud omni studio euellere. Nec leue malum est, communem ciuium pacem turbare, eaq; flamma bella admouere, quibus hominũ furor incitatus, nil nisi prælia ac cædes meditetur, & in sanguine ciuili fundendo sine modo bacchetur. At vero boni isti focij classis, cum ubiq; canunt, & pro concionibus suis, ad supplicia de sceleratis sumenda hæreticis, sic nimirum omnes verę religionis ac pietatis sectatores vocantes, plebem ac magistratum inflammare non cessant.

Iesuitæ suos  
incitant ad  
bellum Euan-  
gelicis facien-  
dum,

Nec dissimulat id Scarga, vt rationem officij, id exposcere à se liberè prædicet, ne talibus parcat, & legibus diuinis ac humanis constitutam contra hæreticos pœnam exequendam statuatur. Verum quæ perniciosior vnquam hæresis excogitari potuit, atq; ea est, quam varijs dolis & artibus, externaq; omni vi adhibita ab Antichristo concinnatam, vos Loiolitę defenditis, & vt vobis cum vestro Pontifice diu sit salua, omnes veram Christi religionem profitentes, varijs cædibus ac flammis exterminandos ducitis? Ostendite, obsecro, quid saluum & integrum omnipotenti Deo, & quid item vnigenito eius filio in hac Romana vestra Ecclesia reliqueritis, aut quam doctrinę cœlestis partem varijs errorum ac traditionum vestrarum monstris non cõspurcaueritis? Iam tot effluxerunt anni, ex quo clarissimi diuinarum scripturarum interpretes, & nobilissimi subinde tanquam ex equo Troiano prodeuntes scriptores, omnes perniciosas vestras hæreses, & manifestas purę doctrinę corruptelas graphicè depingunt, illamq; Apostasiam, quam olim prædixit Apostolus, à multis in Ec-

Omnes doctrinæ cœlestis partes corrumpunt.

clesia saculis grassari demonstrant. Et vos tamen non puder, omnes fallacias adhibere, omnibus fucis ac pigmentis quasuis sordes oblinere, & venena melle tincta infœlici multitudini obijcere. Porro quæ est ista inmanitas vestra, quam crudelis & ab omni humanitate alienus animus, istorum omnium, qui vestra oppugnât ac detestantur mendacia, tam furibundè sanguinem sistire, & ad perdendos ac contrucidandos non solum magistratum, sed & plebem indomitam stimulare?

Scarga testi-  
monio B. Au-  
gustini abuti-  
tur.

Euangelici nõ  
sunt blasphemii.

Verùm Scarga diui Augustini, ne prorsus omnem humanitatem exuisse videatur, se tuetur exemplo, illum ad coerendas hæreticorum blasphemias magistratus olim inuocasse præsidium dicens, iustamq; hanc ac legitimam, nec villo cum scelere coniunctam pœnam approbans. At vero quibus iudicijs, quibus rerum argumentis, tantam criminis atrocitatem, in eis hæere euicistis, quorum cædem ac lanienam exposcitis? Blasphemine videntur vobis, qui Christum vnigenitum Dei filium, ita victimam pro salute generis humani in cruce factum prædicant, vt perpetua omnium peccatorum expiatione facta, nullum aliud expiatorium, nulloq; tempore repetendum reliquerit Sacrificium? Imò verò non ferendam blasphemiam dicunt, quando autoribus vobis in cruentum Missæ sacrificium est relictum, omni eadem vi abstergendorum delictorum, quam mors Christi attulit, præditum, & toties quidem, quoties libet repetendum. At quæ obsecro, scripturarum sanctarum oracula, quæ vocis diuinæ testimonia proferre potestis, vt hoc commentum approbetis? Tridentinum Concilium, inquit Scarga, sic determinauit, & omnes eos, qui diuer-  
sum sen-

sum sentiunt, hæreticos, ideoq; Scarga iudice, mactandos iudicauit. Verum enimvero vehementer falleris Scarga, qui in liberis populis & gentibus impunè hanc te carnificinam exercere posse putas, & quod libido vnius hominis sanguinarij, nimioq; fastu turgentis suadet, id homines cordatos, tanquam è tripode dictum, excepturos opinaris.

Nam concilij quidem Tridentini autoritas, tantam apud omnes prudentes meretur fidem, quantam meritò obtinere debet vnus hominis, cuncta ad arbitrium libidinemq; suam reuocantis, & pro solo imperio ac Tyrannide decertantis. Nulla enim aut sententiarum libertas, aut inquirende veritatis studia, in eo hominum cœtu vigere possunt, qui ex æquo omnes fidem suam Pontifici Romano obligauerunt, iurisiurandiq; religione se obstrinxerunt, vt ne quid vnquam contra ipsius dignitatem ac voluntatem, vel facerent, vel dicerent. Ac profecto iniquissimum est, ab omniq; ratione alienum, vt cum Pontifex Romanus cum vniuerso suo clero, adulteratq; ac penè euerse totius doctrine Christi, à potissima orbis Christiani parte accusatur, ipsum pro reo iudicem statuere, & quamcunq; ille sententiam in accusatores suos tulerit, hanc ratam fixamq; habere. Nihil enim magis in optatis haberent omnes latrones ac fures, quam vt omni supplicio in accusatores constituto, illi impunè in vitas ac fortunas hominum grassari, latrociniq; exercere liberè possent. Verumne culpam nostram in se iniquè transferri, obtendat Scarga, age, experiatur nobiscum iure, & non in foro Pontificis, sed coram ipso tribunali nostri Principis, iustæ ac legis

De Tridentino concilio quod est finitum anno.

1563.

Reus papa iudex in sua causa fuit.



ac legitime cognitioni tam principis ipsius quam aliorum doctrina ac pietate insignium arbitratorum causam subiiciat, & Deo propicio, iustoque iudice, non dubitamus facile patefactum iri, ab vtra parte stet veritas, & quæ tandem sit hæresis, iusto legum iudicio in posterum coercenda. Quod si id ille non requirit, & à Concilio Tridentino ita dependet, utpote qui in scrinio pectoris Pontificij vniuersam residere veritatem sentit, ne quæso hac se inani spe lactet, ut pro confessis hæreticis, iudicio tanti huius Concilij simus perpetuo reputandi, ac pro arbitrio eius quouis tempore iugulandi.

Scarga immanium principum exempla imitanda proponit.

Confederatio sancita 1573 ad Varſauiam.

Nec vero nobis alleget Venetum, Bauarum, Hispanum, in capita ciuium suorum grassantes, exilioque ac morte regnum apud se Pontificis tutantes, ut eadem suppliciorum atrocitate, nos sub iugo ac obedientia huiusce tyranni ac impotentis Domini retineat. Nam si aliæ gentes seruire possunt, nostræ certe gentis propria est libertas, his legum vinculis munita, ut nihil de capite ac fortunis ciuium magistratus quisquam, nisi ex legum præscripto statuere possit. Ac proinde in tanta cædium licentia, quam Principes quidam Christiani, à Pontifice Romano dementati, in ciues suos vsurpant, prudentissimo Respub: nostra vsa est consilio, ut communi omnium consensu legem sanciret, ne cui sit fraudi, diuersa ab Ecclesia Romana, religionis professio: Princepsque noster prudentissimus hoc se iuramento astringi facile passus sit, pacem mutuam inter dissidentes de religione fouere, ac liberum cuique suum sensum, nullo cuiusquam metu pœnæ, relinquere. Nam quod Scarga supplicio, in omnes à Romana Ecclesia dissidentes, constituto,

constituto, saluam & integram rem Romanam fore putat, ne iste vehementer cecutit, quem tantę florentissimorum regnorum clades, ab hoc stupore mentis non reuocant, neq; ad saniozem sensum reflectunt. Bellum enim atrox ac ciuile hoc nomine editum in Gallia antea vero in Germania, conspeximus: & Belgium eodem nunc flagrare incendio, non sine miserabili hominum clade, & deformi totius prouincię vastitate audimus. Quanta ergo immanitas, & quã crudelis animus istorum est, qui tanta perturbatione rerum, tam horrenda hominum cæde non permouentur, vt fomitem eundem in patria nostra accendi cupiant, quo horribili absumptam ac conflagram incendio conspiciant?

Iesuitarum ad  
bellum ciuile  
homines incen-  
tantium cru-  
deles animi.

Quod si in homines sediciosos, & pacis publicę perturbatores iure animaduerti debet, isti profectò hoc scelere astringi, & omni supplicio digni videntur, qui legem mutę pacis violant, & ad eam infringendam se cohortari populum & magistratum, vtrò ipsi recognoscunt. Atq; vtinam quod scelus mente concipiunt, & verbis eruçant, illud etiam factis non exequerentur. Sed cum in præcipuis huius Regni vrbibus, multitudo ab his concitata, magna iam furoris ac truculentię suæ ediderit argumenta: quis non animaduertit, pestilenti falsę religionis errore, mentes eorum detineri, qui sic insaniunt, & furenti multitudini ad dissipanda perdendaq; omnia, faces admouent? Neq; enim ea est ouium Christi natura, nec istam pietas, veraq; religio eis ingenerat ferociam, vt ad faces & saxa prouolantes, tumultum inter ciues cieant, præcipientesq; furore & amentia domos expugnent, ac in sanguine ciuili fundēdo crude-

Scarga culpam  
suam in Euan-  
gelicos trans-  
fert.

lissimos sese carnifices præsent. Verum cuius rei culpa in ipso Scarga residet, & quam ipse recognoscit, hanc in nos calumniosè transferre studet. Scribit enim intolerandam se cum suo Pontifice, & Romana Ecclesia sustinere persecutionem, utpote cum hanc meretricem Babylonicam, idololatria pollutam, illum autem Antichristum à nobis vocitari exaudiat quæ quidem tam indignè se ferre dicit, ut facilius & libentius vulnera sibi infligi, quam hæc & sibi, & omnibus Catholicis, & sanctæ Ecclesiæ Romanæ, attribui patiatur. O magnam persecutionem, si quis prædonem vocet prædonem: hic autè summam exhibere se mansuetudinem putet, cum crudeliter occidat sic ignominiose, scilicet se vocantem.

Christianus  
ob maledicta  
non succenset

Ostende primum Scarga, hæc omnia quæ commemoras, falso tuæ Ecclesiæ, tuoque Pontifici attribui, & tum demum iustum stomachi iracundiæque tuæ, in persequendis nobis demonstra fastidium, sed ne sic quidem excandescere te oportebat ob maledictum, si modo Christianus esses, ut in cades prorumperes, & vindicandæ iniuriæ causa, ad civile bellum excitandum, authorem te exhiberes. Gaudere enim oportet Christianum, si male audit, & falsis probris afficitur propter Christum: non autem sic iræ indulgere, ut cælum terræ misceat, & non nisi hominum interitu ac cruciatu animum exarueret. Ac proinde tantam vindictæ cupiditatem præ te ferens, ex illa potius hominum cohorte te esse declaras, qui falsam & fictam religionem conuelli egrè ferentes, illas instigante Satana turbas dare solent, ut nihil nisi cædes meditentur, & occæcato furore animo, non nisi sanguine humano crudelitatem suam explere studeant.

Hæc

Hæc enim omnium Idololatrarum, & quorumvis impi-  
 orum hominum mentes, rabies semper vexauit, vt ad  
 opprimendam veram pietatem & religionem, arma &  
 gladios expedirent, in soloq; piorum interitu, salutem  
 suam constitutam existimarent. Sic nimirum Sancti  
 Dei prophetæ, ab infideli & idololatrato populo, sic A-  
 postoli Christi fuerunt tractati: sic denique Christus  
 ipse crudeli morte mulctatus, quæ fors & conditio pio-  
 rum omnium in mundo sit semper futura, exemplo suo  
 comprobauit. Et quæ cædes ac laniena hoc sæculo in  
 Gallia, & Anglia grassata est, quæ immanitas in homi-  
 num genus omni ætatis, sexus, ac dignitatis discrimine  
 sublato, patrata, nihil commemorare attinet, quando  
 ea res est notissima, & apud omnes peruulgata. Sed  
 Scarga homo immanis ac ferus iustè hanc de hæreti-  
 cis pœnam sumptam clamitat, & vt simili truculentiâ, o-  
 culos & mentem pasciat in gente nostra spectaculo, se  
 authorem ac instigatorem esse non diffitetur. Ipse au-  
 tem homo delicatulus, tantopere crucem refugit, omnè  
 que acerbitatem ac dolorem corporis exhorret, vt ido-  
 latriæ, ac falsæ religionis propugnator dici, in potissi-  
 ma persecutionum suarum parte reponat.

Mos idolola-  
 trarum cupere  
 vt opprimatur  
 veritas.

Cædes homi-  
 num in Gallia  
 ob religionem

Ne tamen solis contumeliosis vocibus in se in-  
 sultari, sed magna præterea iniuria Catholicos, ordi-  
 nemq; suum ab Euangelicis affici cõprobet, scribit Vo-  
 lanum eiq; similes, ita permouisse animos hominum, vt  
 quidam ex Nobilitate Lithuanica, Sacerdotes Domini,  
 parochos in suis oppidis & villis carcere enecarent, ali-  
 os nudatos & spoliatos rebus omnibus ex suis bonis  
 expellerent. Eosdem populum Catholicum ad sua de-

Scarga Vol-  
 num inculat.

lubra & Sacramenta compellere, nullam in suis bonis, oppidis, & villis libertatem profitendi religionem Catholicam permittere, Sacerdotes Dei quocumque loco inuentos, contumelijs afficere, colaphis & baculis caedere, Monachis multa probra & vulnera inferre, suum vero ordinem, à Volano ita iniustum & odiosum esse redditum, praesertim apud omnes Lithuanie proceres, ut quibusdam eorum mortem saepius, & mille contumelias minati fuerint. Atque haec quidem grauissimae persecutiones sunt, quas Scarga recenset, ut quam crudelitatem papisticae religionis hominum pernegare nequit, huic saltem sceleri affines Evangelicos demonstrare possit. Verum si omnes has ordini suo factas iniurias verè comprobare posset, quis tamen non animaduertit ludum iocumque cuncta haec esse, praeter tantis miserijs & calamitatibus, quibus isti veros pietatis professores subinde afficere non exhorrescunt? At quia vel haec falso finguntur omnia, nec vnicum iste proferre potest exemplum, quinam pauperum ab aliquo homine Nobili in tota Lithuania carcere sint enecati, aut qui Sacerdotes ac Monachi baculis caesi, vel vulneribus affecti, facile cuius patet, in nulla acerbitate, nullos dolores suos lacrimas istos simulare, & pios homines ac innocentes falsa crudelitatis infamia aspergere. Nam quod populum Catholicum, à Nobilibus ad sua delubra & Sacramenta compelli iste scribit, illi verò non populum Catholicum, sed plebem idololatricam, & omnibus superstitionibus Ethnicis contaminatam, ad verum omnipotentis Dei cultum reuocant, & Salutis aeternae viam in unico mortis Christi beneficio, querendam esse instituunt.

Falsa Scarga  
accusationes.

Rudes papista  
ad puriorē  
religionē per-  
trahuntur.

Nam quae

Nam quę doctrina à Sacrificiis Pontificiis hæc  
 nus in Lithuania fuerat tradita, quę curę ac sedulitas in  
 formanda ad pietatem promiscua hominum multitudi  
 ne adhibita, vel inde perspici potest, quod ex infinita  
 turba nullus ferè sit, qui vel symbolum fidei Apostoli  
 cum, vel decem præcepta Dei nouerit, vel orationē Do  
 minicam recitare didicerit. Tanta autem integritatis &  
 innocentię, ab egregijs istis Sacerdotibus edebantur ex  
 xempla, vt perpetui ganeones ac lurcones illa Milesio  
 rum lege adstricti fuisse viderentur, ne quisquam inter  
 eos esset frugi. Ego quidem in villa mea, cum parochum  
 iam fere decrepitum offendissem, qui quinquaginta an  
 norum spatio, Ecclesiam huius villę rexerat interroga  
 tum ab homine quodam honesto ac Nobili, ad commu  
 nem mensam, de profectu pietatis ac doctrine tãti tem  
 poris, ita respõdentem audiui, vt quindecim liberos ex  
 diuersis cõcubinis, se suscepisse gloriaretur. Et hæc qui  
 dem tam obscæna ac impudica verba, a sidentibus ho  
 nestissimis matronis, euomere nõ erubuit, vt si ioco hæc  
 & non serio diceret, dignus tamen ob impudentiam fu  
 stuario videretur. Sed ita certè vixisse eum consta  
 bat, vt minimè hoc de se mentiretur. Neq; tamen ho  
 minem flagitiosum expuli aut rebus omnibus spoliaui:  
 Sed misertus senectutis, ad extremum vsq; vitę finem,  
 prospiciens eius victui, sustentavi: alio tamen in locum  
 eius substituto, qui & pietatem Christianã doceret ple  
 bem, & honestum vitę de se præberet omnibus exem  
 plum. Nec dissimilia aliorum conspicio facta, vt non  
 magnam Scarga habeat causam, cur de nimia austerita  
 te nostra, erga suos Catholicos meritò conqueri possit.

Plebs Litua  
 nica, omnis  
 religionis ex  
 pers.

Volant villę  
 parochus 15.  
 spurius pro  
 creauit.

Hoc verò risu potius, quam aliqua commiseratione dignum quispiam iudicet, quod iste ordinem suum apud omnes Lithuanie proceres, ita à me odiosum redditum esse queritur, ut quibusdam eorum mortem sapius, & mille contumelias minati fuerint. Nam nec omnes proceres huius prouincie à papistica religione, tam auersi sunt, ut quos in delicijs habent nouos Iesuitas, istis alia qua pericula intèdere, aut formidines opponere velint: nec si quæ ab his, qui Christo nomen dederunt, proponuntur minè, multum istos tangere debent, quadoquidem nullum ipsis hæcenus periculum crearunt.

Ducis Radii  
li queretæ de  
Scarga.

Memini quidem præclarum Senatorem, & de patria benè meritum Nicolaum Radiuillum, Palatinum Vilnen: de iniuria Scargæ coram amicis eius questum, quod in cõcionibus publicis dignitati eius nõ parceret, & verbis quibusdam procacibus de eo detraheret: neq; tamen aliquas tũ minas ab eo iactatas audiui, quæ mortis aliquem terrorem Scargæ inijcere possent. Imò cum iste ab amicis commonefactus, deprecandæ culpæ causa ad eundem aliosq; senatores venisset, tam humaniter ab omnibus exceptus fuit, ut nullo asperiori verbo à quoquam esset obiurgatus: sed saltem ad communem fouendam pacem, & vitandas conciones seditiosas admonitus. Illud quidem toti ciuitati notissimum est, quod cum ante annos aliquot, ab adolescente quodam temulento, obuius fortè in vrbis vico Scarga pugno cæsus esset, tanta iracundia prædictum Palatinum exarsisse, ut adolescentem eo nomine ab Episcopo delatum, ad eum ducendum subito mandauerit, eiusq; arbitrio omnè vindicandæ iniuriæ modum vltro permisit. At vero tan-

Scargæ colaphus infictus

cum

cum publicę tranquillitatis in hominibus pijs tutandę  
studium, non ab aliqua modestia Christiana proficisci  
Scarga iactat, sed feros leones simulare mäsuetudinem  
dicit, cum crudelitati animi viriū debilitas modum sta-  
tuit, cum patrocínio potentissimi & pientissimi Regis,  
cedere coguntur, cum plebis Catholicę metu reprimun-  
tur. Ego vero vniuscuiusq; boni ac piij hominis mentē  
appello, vt secum ipse reputet, an verum hoc sit crimen,  
quod nobis iste obiectare non erubescit? Nullum enim  
verę pietatis studiosum, ita animo affectum esse statuo,  
vt metu pœnę, aut alicuius periculi, ac non potius vir-  
tutis amore, publicam inter omnes pacem tutandam si-  
bi iudicet.

Isti vero omnium hominum, se esse sceleratissi-  
mos testantur, quos nec legum, nec Regis metus hactē-  
nus in officio continere potuit, vt non multas vbiq; tur-  
bas excitarent, mutuisq; cœdibus ac prælijs funestis ia-  
nuam aperirent. Num enim ad aliquam insolentiam  
aut petulantiam nostram, ac non potius improbitatem  
coercēdam vestram edicta prudentissimi Principis no-  
stri hactenus sunt promulgata? Neq; enim aut Vilię  
aut Cracouię, atq; in alijs item regni vrbibus, a nostre  
religionis hominibus templa vestra sunt oppugnata, fu-  
nera ac sepulchra violata, sed vestri huius furoris & a-  
mentię magna vbiq; exēpla edita & Cracouię quidem  
anno 1574. vestri generis homines templum nostro-  
rum, rabioso furore euerterunt: & nuper Vilię Scholę  
vestre iuuentus, vt mali corui malum agnoscas ouum,  
sepulchra fortissimorum Hungarorum militum in mō-  
sibus vrbi imminentibus constituta petulanter inuasit:  
& quę

Edicta Regia  
contra papi-  
stas.

Discipuli Iesu-  
itarum in se-  
pulchra Euan-  
gelicorum ir-  
ruunt.



& quæ virtuti posteritatisq; memorię consecrata fuerunt monumenta, ea per vim conuellere non dubitauit. Illi enim pro hac Repub. in bello occubuerunt, & quorum sempiterna in animis & oculis hominũ hæret memoria, virtute sua promeriti fuerunt. Sed verę pietatis & religionis eorum professio, istam bilem vobis commouit, vt quos viuos lacerare non potuistis, saltem in mortuos sæuiretis. Adeo enim hæc Scholasticorum per-  
 tulantia, vos eorum Magistros, non offendit, vt à magistratu vobis delatos, nulla pœna, sed laudibus potius hunc eorum Zelum dignum iudicaretis, & quàm feros in persequendis Euangelicis eos esse deceat, quodãmodo doceretis.

At vero ex nostris pastoribus, ac fidelibus verbi Dei præconibus, nullus hactenus extitit, qui ad religionem vestram ferro extirpandã magistratum vel plebem incitaret, & vel minimam suspicionem criminis à vobis obiecti de se præberet. Sic nimirum ab hominibus impijs & idololatrijs, Sancti Prophetę Apostoli ac fideles omnes, datarum in populo barbarum sunt semper accusati, cum tamen omnium seditionum ac tumultuum in ipsis culpa hæserit. Verũ Gallicanas res ex Surio Historico proponit nobis Scarga, multę crudelitatis recensens exempla, quam scilicet Calvinistę in Catholicos exercuerunt. Vt nihil dicam de fide Surij Monachi, qua Historias confarcinauit, boni isti Catholici tantę ruine, tantis cladibus, tamq; inhumane crudelitati patrandę ansam dederunt, dum infinitam Calvinistarum, sicuti tu vocas, indies trucidantes turbam, istam tandem necessitatem eis imposuerunt, vt gladijs à ceruicibus

Impij pios seditionis insularunt.

Bellorum Gallicorum papistę causã.

uicibus suis repellendis, arma & ipsi corripere, sicq[ue] infœlicissimum, & teterrimū omnium bellorum, intestinum ac ciuile bellum conflarent. In quem tam tristem ac miserabilem ruinae casum, ne patriam suam conijcerent, quoties illi patrociniū ac fidem Regum suorum inplorauerunt, quoties subiectionem suam testantes, iniustam cœdem ac lanienam deprecati sunt. Sed sanguinarius Pōtifex, Cardinalium Gallicorum iniquis studijs Regum animos tentare, & de statu mentis deturbare, non prius destitit, donec multa hominum millia contrucidata, hanc deniq[ue] pestem ac rabiem in animis hominū excitarent, vt nullum iracundiæ, nullum crudelitati in mutuis cœdibus modum statuerent. Illa verò quanta fuit impietas, & quā securus numinis diuini contemptus, quòd toties Principes isti datam fidem, & iusiurandi religionem violare non sunt reueriti, vt Euangelicos imparatos, & nullam suspicionem periculi metuētes subitò opprimerent, & extrema internecone dele-

Papa impu-  
sor.

Amiralius quidem Castillionæus, quam sceleratè cum multis hominū millibus, in maxima pacis munitatē concordie simulatione fuerit interfectus, & præfens ætas nouit, & tota posteritas ad tam horrendum crudelitatis exemplum exhorrescet. Scarga tamen tantorum scelerum authores, & Principes periuros, omnibusq[ue] flagicijs coopertos, vocat nihilominus Catholicos & piētissimos, vt satan etiā eius iudicio sit Catholicus, qui hoc furore mentes eorum impleuit, istaq[ue] mentiendi & sanguinis fundendi libidine, mendax ipse & homicida, inebriauit. Et qui diuino instinctu Principes

d  
consurgūt,

Occulta cœdes Euangelicorum in præsentiæ Galliae urbibus anno 1572. 24. Augusti.

Deus quosdā  
Heroes exci-  
tat, qui oppres-  
sos tuatur.

Templum E-  
uangelicorum  
Vilnæ muro  
cinctum.

Iesuitæ pacem  
regio sacramē-  
to firmaram  
conuellunt.

consurguunt, vt immanium tyrannorum feroces Spiritus infringant, p̄iq; ac Sancti Macchabæi, ab extremo interitū populū Dei vindicent, regibus & principibus à Scarga resistere, impiaq; contra illos sumere arma dicuntur, hoc nimirum volente, vt se tanquam porcos lauijs istis mactandos offerant, membraq; ac viscera sua cuius crudelitati obijciant. Nam & hoc stomachum isti mouet, quòd aula cœtus nostri Vilnensis ferrea porta sit communita, quam hic per ludibrium synagogam vocat, vtpote cū non ad solitam Martyribus patiētiam, homines nostri istius iudicio sese præparent, sed in externis viribus ac propugnaculis salutem rerum suarum querant, At verò lōgè aliud est, pro vera doctrina Christi, & gloria eius tutanda, omnia patienter sufferere, & sanguinem etiam, quando id exposcit Dominus, profunderē: aliud furenti multitudini, domosq; publicas per latrocinium oppugnanti obistere, ac Magistratus subsidium ad repellendam scelestam vim inuocare. Num enim equum iste censet, domos ciuū, ad declarandam scilicet patientiam, nullis foribus ac repagulis clausas habere, vt furum & latronum direptioni pateant?

Nec verò latronibus isti dissimiles videntur, qui vltimam plebis facem ad arma sollicitant, & ad subruenda per vim publica tecta duces & authores se exhibent. Et qui Nobiles ac præclari ciues tam sceleratis conatibus obistunt, iustaq; subsidia ac præsidia ad repellendam scelestam vim parant, contra legitimum magistratum & Dei ordinationem concitari à Scarga dicuntur. At verò vos Loiolitę pacem totius Regni, mutuo ordinum omnium consensu, & iuramento Principis sanctam

citam labefactantes, ad eamque rumpendam sedicioſis veſtris cōcionibus populum cohortantes, & Magiſtratum ipſum cōtemnitis, & in legibus publicis violādis, deteſtandam veſtram malitiam cum ſumma conſūctā audacia, oſtentatis. Itaque Principis diploma parietibus & valuis portarum vrbis affixa, nō ad frenandā noſtram, quę nulla haecenus extitit, inſolentiam lata ſunt, ſed ad 1586. coercendos furioſę multitudinis impetus, ac tumultus, vobis authoribus excitatos, publicata. Et cum non ſolum in hoc regno, ſed in tota Europa, à vobis initia omnium ſedicionum ac tumultuum ſint orta, quę deinde in multis populis ciuile bellum accenderunt: tanta tamen Petre tua impudentia eſt, vt omnem tuam culpā in nos deriuans, his tuis calumniōſis vocibus noſtram onerare cauſam non dubites. Scribis enim, quod hoc Euangelium, non poteſt aliter rebus ſuis conſulere. Ab incaſtu, Scargę calumnia. inquis, turpiſſimo Luteri cępit, ſedicionibus cōtra Magiſtratus ſapīus excitatis creuit, armis tumultibus, fraudibusque, & infinitis mendacijs propagatur.

Vtinam quidem, Petre, omnē Histoꝛię memoriam, ex animis hominum expungere poſſis, vt quod omnibus his artibus non ſalutiferum, Chriſti Euangelium à Sancto viro Lutero pꝛędicatum, ſed Pontificis Romani Regnum, tantas vires ac potentiam acquiſiuit, diſſimulare tibi liceret, plene enim ſunt ſcriptoꝝum chartę, multa vetera ac recentia propoſita exempla, quę mendacium tuum coarguunt, & quod petuſanter ac impię conuiciū Euangelio facis, id Regno Pontificio verē competere oſtendunt. Sed aderit breuī Dominus, tantę ſuę cōtumelię, & calumnię tuę vindex, ſimulque ad vnum tribunal

Turba in An-  
glij.

Crudelissima  
Maria regna-  
uit ab 1553.  
ad 1559.

tribunal tecum astitit Luterus, vt illeſe incaſtum ad-  
miſſe, fœmina in matrimonium ducta, an vero vos ſcor-  
tantes, caſtitem coluiſſe videri poſſitis, iuſtum Domi-  
ni ſui & Saluatoris Chriſti iudicium referat. Verum  
Anglici adhuc Regni ſtatum proponit nobis Scarga, in  
quo nimirum Catholicos magna quadam perſecutione  
vexari fortunisq; & capite mulctari tradit, ac eam cru-  
delitatem in eos exerceri, vt vel Diocletiani tēporibus  
tantam tyrannidem incognitam fuiſſe dicat. Ego verò  
vehementer admiror, qua fronte crudelitatem aliquam  
Principi Angliæ Elizabethæ, aut Magiſtratui Anglico  
Scarga exprobrare audeat, cū in eo regno ſub dominatu  
Marię & Cardinalis Poli, tot hominum millia diuerſis  
ac exquisitis ſupplicijs ſint enecata, vt nulli tyrāni, nul-  
li Antiochi, cum fera illa immanitate, quæ tum in ònem  
ſexum, in ònem hominū ordinē in ònemq; atate patrata  
fuit, ſint cōferendi. Illud quidē certiffimo bonorū ho-  
minum, qui res Anglicanas perſpectas habent, testimo-  
nio conſtat, quòd plures vno die, vnoq; iudicio ſub im-  
perio Marię ſint incendio conſumpti, quàm viginti &  
quatuor hiſce annis, ob Pontificiam religionem capite  
condemnati.

Necq; tamen religio tam fraudi iſtis fuit, quàm  
crimen læſe Regię Maiestatis, hoc vnum per emiſſarios  
ſuos fatagente Pontifice, vt Reginam propter hæreſim  
omni regni iure priuatam, ideoq; regno à ſubditis pel-  
lendam, omnibus perſuadeat. Quid mirum ergo, ſi in  
homines præfractos & tranquillitatem Reipub. pertur-  
bantes, ad certamq; rebellionem animos ciuium inflam-  
mantes, iſthæc ſupplicia ſunt conſtituta, quę hunc furo-  
rem in

rem in mentibus hominum restinguant, & ad saniora consilia reuocent? Quod si aliquæ etiam leges in eos sunt late, qui animos hominum à pura Christi religione auertunt, & falsam Pontificis doctrinam, semelq; ex toto Regno explosam inferre student, non est quod indignetur Scarga, qui hæreses & blasphemias gladio Magistratus resecandas docet. Viderit ergo, quam martyrii coronam socijs iste suis in Anglia tribuat, dum iustum Magistratus iudicium, de blasphemis, & falsæ religionis assertoribus, meritas sumi pœnas pronunciet. Quod autem petulantibus iste conuicijs, in serenissimâ Angliæ reginam debacchatur, eam meretricem vocans, & muliebri eius imperio insultans, viderint ipsi Angli, quanti hunc leuis homunculi latratum æstimare debeant, qui excellentes omnes virtutes prudētissimæ huius fæminæ suspiciunt, & sub imperio eius, beati ac fœlices, multaque pace ac pietate florentes conquiescunt. Ego quidem omnia prœbra, quæ in me congerit Scarga, iam mitius fero, quando amplissimæ maiestatis dignitas illius morsus euitare nequit: idque testatum omnibus dictis & factis faciunt isti, ita se natos & institutos esse, ad eamq; mansuetudinē in scholis suis informatos, vt nulli virtuti parcant, & non nisi in obterenda honorum omnium laude, linguas exacuunt. Deum interim æternum illum precor patrem, vt quod bonum in sanctis suis cepit opus, in dies auctius & cumulatius efficiat, impiorum autem omnes conatus & consilia, quæ ad labefactandum Christi Filij eius intendunt Regnum, dissipet ac disperdat.

Insulte hæreses gladio excindendas docent.

Impie Scarga principi populi Dei maledicit.



IOHAN: LASICII  
POLONI, PRO VO-  
LANO ET PVRIORE RELI-  
GIONE, DEFENSORIBVSQVE  
eius, aduersus Antonium Posseninum so-  
cium Iesu, Scriptum Apo-  
logeticum.



MAGNIFICO DO-  
MINO D HIERONYMO  
PHILIPOVSKI, STRIENSI, NV-  
rensi, Oftrouienſi que Capitaneo, & dapum regiarum  
ſupremo ſtructori, ſumme honorando: Iohannes  
Laſiczki felicem & diuturnam vitam  
à Deo precatur.

**D**E quibus tecum rebus Hieronyme Philipoui, in tē-  
plo arcis Vilnenſis, (quod auditurus Ieſuita con-  
tra nos fulmina, ingreſſus eram,) ſuperiori menſe collo-  
cutus ſum: eas res nunc demum, tibi perſcriptas mitto.  
Quarum varietas adferet legenti vti ſpero, nonnullam  
voluptatem, vt veritas vtilitatem. Memini autem te  
hæc mea, cum ipſa Poſſeuini viri docti, ad Sereniſſimū  
Regem noſtrum Epistoſa, antè quàm tibi dicarentur, co-  
gnoscere voluiſſe: Sed non placebat imperfecta, ( ſi  
modò quid eſt in rebus humanis perfecti,) tanto mitte-  
re viro, quantum te in regia eſſe omnes vident. His tu  
perlectis, ſeres ſententiã, num homini Italo, ita vt par  
fuit, ad ea reſponderim, quæ malè edoctus, ſcripſerat de  
nobis Euangelicis. Sin verò hæc tractare ſuſius, ( veri-  
tus enim non poſſum ) opus eſſe iudicaueris: leuis mihi  
erit, ſi vita ſuppetet, vel grauiffimus pro Chriſto, ve-  
ris eius cultoribus, & ipſa veritate labor. Moleſte opi-  
nor ferent omnia Pontificij, qui ſoli Catholici, ſoli Ec-  
cleſia, extra quam nos ponunt, dici haberique volunt.  
verum



verum neq; nobis, tot illorum maledicta, gratiora sunt.  
perfecto fieri aliter non potuit, quin Aethiops, niger, &  
qui non bonus est, malus vocaretur. mutant suos mores,  
& deprauata corrigant: nihil eiusmodi vnquam, ex no-  
bis audituri sunt. neque enim nos vlla id facimus, vel in-  
uidia, vel acceptę iniurię vltione: Sed quia lupum in  
ouili Christi deprehendimus, & multis malis laborare  
Catholicam Ecclesiam cognouimus. Constat Israelitas,  
typos quosdam Christianorum fuisse. hæc omnia, scribit  
ad Corinthios Paulus, figurę contigerunt illis, ac si dice-  
ret, vt essent nobis exempla. Adeo vt quales illi olim  
fuerunt, quæque ob sua peccata, à Babylonijs perpeffi  
sunt: tales etiam hodie sint Christiani: nec alia à Tur-  
cis, Babylonię Dominis, Scythis, Mauris cæteraque A-  
garenica stirpe, quàm que illi idem patiuntur. Deporta-  
ti illi Babyloniã fuere, ex qua, à vate Ieremia, ad fugam  
inuitantur: deuenit & Christiana Ecclesia, in Babilonia  
am Spiritualem, ex qua eam Deus in Apocalypsi, exire  
iubet. Fuit Rex Antiochus Epiphanes, id est illustris,  
vastator Israelitarum, venturi typus Antichristi: vastat  
hodie simili modo Christianos, illustris ille & sanctissi-  
mus Rex Romanus, de quo hic plura. Falsi apud Isra-  
elitas multi Prophetæ fuerunt: tales sunt ijdem & bene  
multi hodie, qui non vera de Antichristo, è tribu Dan  
(que iam in rerum natura non est) orituro somniant,  
perperam sacra dicta, quibusdam locis interpretantur,  
ijs quos Deus sub hunc mundi occasum excitauit, se op-  
ponunt, & Christum sursum sedentem, deorsum in pa-  
ne, in ciborijs, in desertis locis, nobis offendunt. Defle-  
xerant illa tempestate Sacerdotes à via, & offendiculo  
multis fuerunt, pactumque Iehoue, vt testis est Malachi.

as, corruperant: quæ omnia etiam nunc, ita se habere,  
vel pueris notum est. Cæcos duces, cæcus ille popu-  
lus habuit: nec hodie hi vtrique sunt perspicaciores. O-  
lim Christus alius expectabatur, præter eum quem omnes  
aspiciebant & audiebant: expectatur nunc quoque ali-  
us, licet omnes iam exortum & videant & audiant, po-  
tentiamque eius sentiant. Vulgò illic homines, relicto  
Iehoua vero Deo, ad varios sedeastros & idola conuer-  
tebant, sacella multa habebant: Similiter Christiani,  
Christo Deo suo diffisi, ad tot diuorum præsidia, imagi-  
nes, templa, sacellaque eorum confugiunt. Inuisa tunc  
erat omnibus, Iesu Christi veritas: non magis hæc ea-  
dem propè omnibus, probatur hodie, agrè id ferebant  
Iudæorum Sacerdotes, quòd idiotæ Apostoli, non ex or-  
dine ipsorum sumti, docerent populum: ferunt idem ho-  
die ægerrimè alij, quòd nostri illiterati Ministri docent  
quosuis diuina, quin vt illi, ita & hi in vincula eos detru-  
dunt. Erant ibidem Pharisæi, opinione sua cæteris  
sanctiores, magnæ apud plebem auctoritatis, quique vt  
Iosephus Iudæus tradit lib. 13. cap. 18. vt iuuare ita læde-  
re, quosuis poterant, multaq; populo instituta tradebāt,  
non in Mosis libris scripta, sed à maioribus suis accepta:  
tales sunt omnino, & idem hoc seculo agunt, adeò multi  
clerici, monachi, Iesuite. Claudebant idē quondā vulgò  
regnū cœlorū, cuius se solos clauēs habere iactabāt: clau-  
dunt idē nobis, tot noui Testamenti Pharisæi, & apud se  
tantū eas esse existimant. Mitto eius generis alia, quæ in  
eo libro, cuius est de Russorū & Moscouitarū religione  
titulus, copiosius persecutus sum. Ab his igitur, an non  
fuit iusta deficiendi causa? Tuum est vir Magnifice, eo-  
dem hæc accipere animo, quo mea solebat Hieronymus  
pater

pater tuus, virorum optimus : cuius causa, multum tibi  
me iudice omnes debemus. Is enim maximè 34. ab hinc  
annis, in minori Polonia, puriorem propagauit religio-  
nem. vir eius erga Deum studij, vt præter Stanislau Laf-  
focium, quod ego sciam, parem habuerit neminem, cu-  
ius nomen celebre erit, in mea de fratribus Bohemis hi-  
storia. Idem eum zelus impulerat, ad dāda illa, sua cum  
iactura, Iacobo Heraclidi Despotæ, dum vocatus ab in-  
colis, Valachię Principatum adiret, auxilia. Quem vt  
imiteris, ego te orare hortarique nolo: Sed quia benè  
ab illo institutus, iam diu idem facis, grates ob id Deo  
tibi & habeo & ago. Remunerari autem Deus, hæc  
tuam patrisque tui pietatē, ea gratia mihi videtur, quam  
tibi apud prudentissimum Regem Stephanum, indies  
conciliat, eo vsque vt inter ipsi caros, si D. Franciscum  
Vesselinum, virum meritis suis fortunatissimum excepi-  
as, sis tu facilè carissimus: vt inter tot aulicos, modestię,  
grauitatis, humanitatis, probitatisque exemplar. Te il-  
le primum ad nos, anno 1576. ineunte, de suo ex Tran-  
sylvania, in quam te antea, bono istius tuę fortunę omi-  
nē, contuleras, celeri aduentu legatum, omnibus optatis-  
simum misit. quem illa nostra numerosa Nobilitas, in ce-  
leberrimo conuentu Andreouensi, summa vigilantia il-  
lustris Comitis Gorcani Stanislai feliciter absoluto, per-  
libenter audit elegantissimè perorantem. Te solum è  
Polonis, postea quam regnum inijt, à cubiculo suo, de in-  
de etiam, optimè de fide tua persuasus, mensē suę stru-  
ctorem, & vt virtutem tuam meritò compensaret hono-  
re, quatuor iam præfecturis donauit. Te idem postea,  
ad Amuratem 3. Turcarum Imperatorem, inuitatus ab  
illo ad filij sui circumcissionem legauit, missis ipsi per te  
captiuis,

captiuis, duobus Tatarorum Pracopensium regulis. Cuius illi tecum de me nuper habiti sermones, simul ac mei decennis Ioan. Hlebouicij, de suo in Lituaniam aduentu audijt oratiunculam, & quibus in rebus olim, mea vus est apud externos Principes opera, in memoriam tibi, te suggerente reuocauit: certe mihi haud mediocrem adferunt delectationem. principibus enim placere viris, praesertim talibus qualis hic est, non postrema laus est. hanc tu mihi gratiam quaeso, magis ac magis conserua. progenitoris tui exemplo, pro veritate fortissimè decerta. me eiusdem imbecillum defensorem, ab inimicis, qui erunt non pauci, vti bonos soles, tuere. atque hoc obseruantiae erga te meae testimonium, quod tuo illustri consecratum nomini, in lucem edo, benigne accipe. Quòd, si adiutoribus Magnificis, generosis, & sincere religionis amatoribus viris D. Berzeuicio, Cancellario Transiluanico, Visnieuicio Circassienli praefecto, Sobiefcio vexillifero aulico, Georgio de Quarlo, regi à cubiculo, Christoporscio atque Crupca à poculis, Golcouio & Goluchouio à dapibus atque Olesnicio, magni illius Nicolai filio, idem etiam deinceps feceris, est quod certam Deo mercedem, à bonis veram laudem speres; à me autem summum tui studium, semper expectes, vale.

Vilnae 10. die Mensis Maij

Anno 1584.



IOHAN: LASICII PO-  
LONI, PRO VOLANO ET PV-  
RIORE RELIGIONE, DEFENSO-  
ribusque eius, aduersus Antonium Posse-  
uinum socium Iesu, Scriptum  
Apologeticum.



Um id Scriptum Volani, Christiane  
lector, prelo calcographi subijcien-  
dū iam esset: mihi est Noriberga huius tituli li-  
bellus, Ingolsta dñ editus Anno 1583.

Antoniij Posseuini de societate Iesu, ad Stephanum Polonię Re-

gem Serenissimum aduersus quendam Volanum hæreticum Epistola. Quem  
vt studio cognoscendi aliquid, de hac noua societate Ie-  
su perlegi: inueni de nobis potius, quibus amor Euan-  
gelij, cognomen Euangelicorum indidit, scriptum esse:  
de hac ipsa societate pauca habere. In quo licet nonnul-  
la sint ob rerum varietatem, si veritas accessisset, & ani-  
mi aduersum nos acerbitas abscessisset, lectu iucunda:  
tamen plura istiusmodi, quibus tam nostra doctrina  
conuictis appetitur, quàm ij omnes qui eam tuentur, re-  
rum quarundam falsò insimulantur, & certè immeritò  
prosecuntur. Cùm igitur nemo innocens sit futurus,  
si criminari satis esset, nec daretur vllum purgandi se  
reo spacium: tenere me non potui, ac ne debui quidem,  
quin bona Sacratissimi regis mei venia, de ipsa verita-  
te, & huius defensore, collegisq; ipsius, eadem metho-  
do quadam

2.

do quædam dicerem, qua libellus conscriptus est. præsertim exoratus ab amico, in alijs occupato rebus, & post istud, quod legisti opus, aliquantisper requiescenti. Video autem Possuine te conari, omni nos apud optimum regem grauare calumnia, & animum eius natura mitissimum, aduersus nos inflammare. Quod cum agis, valde ab eo diuersus es, qui videri vis. nam aspectus placidum, ætas grauem, religio veracem, pax, quam adiuuantibus aliquot Lituaniæ proceribus, cum Moscis composuisti, mitem arguebat. Ita tua omnia sine discrimine laudas, vt nemo possit melius: sic nos infamas & vellicas, vt id vix vllus alius Italus fecerit acrius. quod non tam nobis nocet, quam te summi Põtificis legatum dedecorat.

Qualis vide-  
tur esse Possu-  
inus.

In primis verò, quam tua fuerit vana prædictio, & sit tibi crudelis animus, videamus. Sic enim prope modum Epistolam tuam inchoas. Serenissime Rex, Volani liberti maieftati tuæ inscriptus, aduersus Scargam, & Turrianum societatis Iesu Theologos, ea continet quæ victoriam, quam iuste speras de hostibus tuis, & cæteros conatus tuos, possit retardare, ne dicam impedire & alia. Possuine, quamuis Volani scriptum, & Poloni & Lituani multi, ante victoriam de Duce Moscorum Basilio legerint: tamen ea res auxisse potius, quam retardasse Regis videtur, de tyranno triūphos. Ex quo tandem & ipsa mors 25. die mēsis Martij, hoc año quarto & octogesimo triūphauit, nec licet idē scriptum etiam nū, hominū manibus passim teratur, vlla seditionum semina, quod tu futurum putabas, adhuc peperit, nulli vnquam tumultus nostra culpa co-

Volani scri-  
ptū an. 1579.

erti

orti. at quos nonnulli vestrum hac in Vilnensi Vrbe, tū  
excitare moliebantur, cū nostrates hostem ad Plesco  
uiam vrgerent, eos pijsissimus Rex coercuit. Parata vo  
bis erant omnia noctu nos inuadendi, ni peruigil ille  
Israëlis custos machinationes vestras detexisset, menda  
cia post cognoscemus, si quæ scripsit Volanus. Quæ tu  
si nondum demonstrata, tamen regia auctoritate co  
erceri cupis. quod non dubium est, quin de summa se  
ueritate intelligas. At verò Dauid Israelitarum Rex,  
non ipse in mendaces animaduertit: Sed Deum eos per  
diturum cecinit. Pœnæ genus descripsit Ioan. sub finem  
Apoca. nempe stagnum ardens igne & sulphure. Simi  
liter Dauidis filius, Qui, inquit, loquitur mendacia, non  
euadet. quos & Rex imitatus noster, sinit crescere Zi  
zania, si modo ea sunt, quæ vobis videntur, vsq; ad il  
lam vltimam messem.

Quod ad inscriptiones. earum non est hæc ra  
tio, vt dicatus alicui nouus liber, ilico eum talem, qualis  
ipse auctor est, faciat: verum vt is, si qua potestate præ  
ditus sit, scriptorem ab iniuria tueatur: & ex scripto ad  
se misso, vtilitatem aliquam eò citius percipiat. De vo  
luntate iustissimi Regis, nostra opprimendi scripta mi  
nimè te scribere oportuit, tam ideo, quòd si qua est, oc  
cultata sit, oportet, quam tu proderere non debuisti: quàm  
quòd nos etiam, si quid sensibus certi cognosci potest,  
nullam esse prorsus videamus. De felici eorum bello  
rum exitu, quæ quidem reges, aduersus vindices veri  
tatis susceperant, ego huic tuæ opinioni contraria legi.  
Non potuerunt Reges Gallorum excindere Valdenses,  
non Bohe

Pœnitentiarum  
aduersus Euā  
gelicos machi  
natio.

Inscriptiones  
librorum.

Reges infel  
lices qui Euāge  
licos bellis pe  
tuerunt.

4.

non Bohemorum Hufitas, non Germanici Imperatores Luterianos. nō Gallici reges Hugenos, nō Belgici Geufos, hec enim odiosa cognomina veris Christianis imponitis. Quinimō omnes hi, infelices bellatores fuerunt, qui se cunq; exorienti vnquam opponebant veritati. Volano crede mihi, nullus nostrum operam suam in ijs conscribendis commodauit, quæ tu Romanus refellere nequicquam conaris. Tanti est hic vir ingenij, tantę eruditionis, vt etiam his maiora scribere possit, quæ vos vel omnes in vnum conflati nullo modo verbis diuinis refutare poteritis.

Hostes nos fidei appellas, verius dixisses, si vindices Orthodoxæ fidei, à vobis contaminatę, hostes erroris. Deinde oblatrare nos, aduersus Pontificiam in terris à Christo dignitatem institutam, inuerecunda metaphora scribis. Pontificem, Antoni, nullum Christus in terris, sed se solum in cœlis: omnes autem illos, qui iij haberi volunt, ministros tantum esse voluit, quorum aliquot gradus Apostolus refert. Pontificum, quod est Romanorum inuentum, nusquam meminit. Esto sanè, latramus nos (odit enim mutos canes Deus) sed quia fures, lupos & latrones in Ecclesia Dei videmus, qui laudem seu inuocationem Deo surreptam, ad homines trāsferunt. Christi Sacramenti partem, populo subtrahunt. Sacerdotibus coniuges adimunt. Pastorum titulum, partim Simonia, partim ambitione acquirunt, id est, non per ostiū in ouile ingrediuntur, per alios quosuis, quam per Iesum Christum, qui est via & ostiū, cœlum petunt. oues Dei, agnina pelle tecti, lupino planè animo deuorant, & latronum more depradantur, trucidant, ma-

stant

Qualis vir  
Volanus.

Euangelici latrant.



stant. Dilacerare nos corpus Christi, hoc est Ecclesiam,  
procul vero est. nihil enim aliud nos, quam curamus,  
malè affectam Babylonem. etsi curari non vult omnino.  
purgamus Ecclesiam, quæ multis sentibus ruderibusq;  
malorum pastorum vitio obducta erat. templum Dei,  
quod eorundem iniuria, spelunca latronum factum fu-  
it, Zelo eius commoti, antiquæ puritati restituimus. quæ  
malè connexa in eo erant, ea diuellimus. quæ luxata,  
reparamus. deductos à vobis Babylonem Spiritualem,  
eadem liberamus. Breuiter nouum templum Deo, in  
ruinis illius veteris, Israëlitarum Babylone egressorum  
exemplo, ope diuina nisi instauramus, hinc istæ vestræ  
lachrymæ, hinc luctus, quòd sensim cadat Babylon, quæ  
æternitatem induerat, & vos è pauperrimis, ditissimos  
fecerat.

Quid faciunt  
Euangelici.

Christi nos in Eucharistia corpus negare, non infi-  
ciamur. Docti enim diuinitus sumus, Christum suum in  
cælum subuexisse corpus, & illo eum loco, si vera scri-  
psit Petrus Apostolus, vsque ad tempora restitutionis  
omnium capi oportere, mundum hunc relicturum, & à  
nobis abfuturum fuisse. contra ex nullo scripturæ san-  
ctæ testimonio, discere possumus, tacitè eum in panem  
illabi: ex creatura creatorem fieri: & ante summum di-  
em in terras, sine motu locali aliter descendere quàm  
virtute sua, salutarem vim in nos effundendo, & bene-  
ficia corporis sui, cum ijs quos spiritu S. antè afflauit, cõ-  
municando. Quod ni ita esset, non sumus ad eò salutis  
nostræ immemores, vt veritati repugnaremus. & licet  
tu hanc persuasionem nostram, sexcenties à vobis op-  
pugnata dicat: nos tamen nihilominus, plus millies

Eucharistia.

centies vestra infirmata, eam defendemus qua de re & infra dicendum aliquid erit.

,,  
,,  
Addis, oriētis, occidentis & Africę Ecclesiam per 16 pene sæcula nunquam in Pontificem maximum, nunquam in reliqua, ita vti nos, esse locutam. Verum hoc fortassis, si de Iesu Christo, qui est vnicus omnium Pontifex intelligas, sin de eo, qui id quod Christus est, esse & ipse cupit, accipias, falsum. Nam Sigonius lib. 2. Italia testis se nobis offert, Iustinianum 2. Imp: volumen quoddam contra Romanę Ecclesię ritus ad Ioan: 7. Pap. scripsisse. Anno Do: 705. Sabellicus enneade 7. lib. 5. Victoris 15. Pontificis Romani, qui secundus Latinorum fuit, & sedere cœpit ab anno Christi 196. seditq; annos 10. in illa graui Asianorum cum occidentalibus, de paschate dissensione. Iudas inquit ab anno salutis ad Commodi Principis tempora, deduxit Historiæ filum, vel vno insigni errore infamis, quod sua tempestate Antichristū venturum prodidit, idque eum credidisse arbitrati sunt quidam, quod supra quàm dici posset, hominum vitia per id tempus inualuissent. non est falsus Iudas. Dixit idem fere Paulus cap. ad Thess. 2. Iam inquit mysterium exercet iniquitatis. Dixit & Irenæus Latinum futurum Antichristum. multi præterea viri boni, pars certè Ecclesię, ab anno post natum Iesum Messiam. 1000, cū maximè cœpit detegi Antichristus Rom: passim conuesti sunt de hoc immani, superbo, luxurioso Ecclesia Domino multi, emendari oportere mores, tam clericorum, quàm laicorum, censuere. adeoque nonnulla concilia, eam ob causam indicta fuere anno, inquit, 1159. Ioa. Cardinalis à Clemente Papa 3. missus. fecit Synodum Cracouiã,

72

Cracouie, pro reformatione cleri. Matth: Miechouius. Qui de emen-  
danda Ecclesia  
scripsere.  
Chroni. Polo: lib. 3. Ne sim nimia commemoratione  
longior, lege ipse Animianum Marcellinum, que de am-  
bitioe & luxu scribit Romanorum antistitum, illam ce-  
dem commemorans multorum hominum, Damaso cum  
Visiciano de sede Romana dimicantibus. lege defenso-  
rem pacis Marfilij Patauini, quem ille librum scripsit,  
Ludouico 4. Impe: & Ioan. 23. Papa, inter se acriter co-  
tendētibz. lege Auentinum, similia describentem bel-  
la, Petrum de vineis, Petrarcham, Petrum de Aliaco,  
Episcopum Cameracensem, Gersonis præceptorem. Ger-  
sonis ipsius 75. articulos de emendandis rebus Ecclesiæ,  
concilio Constantiensi oblatos. Nicolaum Clemangem  
Theologum Parisiensem, de corrupto Ecclesiæ statu.  
Theodericum de Niem, curiæ assclam Romanæ. Bapti-  
stam Mantuanum Monachum. Iacobi Meieri 16. librum  
annalium Flandriæ Ioan: Fran. picum ad Leonem 10.  
Ioan. Marij libros de hæresibus. fasciculum temporum  
Colonię editum anno 1537. Qui omnes vsq; eò corruptā  
esse Ecclesiam confessi sunt. vt eam reformatione, qua  
lis est hodie, prorsus egere senserint. quod tamen vos  
perfricta fronte negatis. Quanto vobis magis ingenu-  
us, Papa Adrianus 6. qui in ea legatione, quam anno  
1522. ad conuentum Noribergensem miserat, a planta  
pedis vsque ad verticem capitis, nihil esse sani in toto  
corpore ordinis Ecclesiastici dixit. legitur eius oratio.  
Similiter Georgius Cassander, Coloniensis Theolo-  
gus, in articulo 6. eius libri cuius est titulus consultatio  
de Articulis religionis. fatetur eam quæ nunc est Eccle-  
siam, non parum in morum, & disciplinę integritate,  
adde

Ab.  
papa sua ipse  
faterur vitia,  
fatentur & ca  
in boni.

8.  
adde etiam in doctrinæ sinceritate, ab antiqua illa, unde orta & derivata est, dissidere, & multis rebus dissimilem esse. Ita & Gebhardus Truceſſius, archimysta Coloniensis, anno superiore ad Gregorium 13. Papam. Non difficile inquit esset demonstrare, demonstratumq; id à multis summis viris, partim inertissima segnitia, partim auaritia & malitia multorum Põtificum, quod Platina ipse Romanæ sedis obseruatissimus, dissimulare nõ potuit, multa in Romanã Ecclesiã irrepſisse, quæ non solum cum illa Apostolica & Catholica non congruant, verum etiam in Christum ipsum, quem solum proposuit Deus, vt esset placamentum per fidem in sanguine ipsius, contumeliosissima sint & planè idololatrica, quæ si quis retinere velit, ne is & in Deum & in Ecclesiam & in cõscientiam suam peccat. ita Truceſſius, quem Papa Archiepiscopatu ideò priuauit, quòd Sacerdos vxorem duxisset. Et hoc est illud, Antoni, quod futurum aliquãdo, Angelus in Apoca. Cap. 18. prouidit. Accumulata inquit peccata Babylonis, pertigerunt vsque in cœlum, & recordatus est Deus scelerum eius.

Sed producam tibi plurium testium verba, ne res supra nostram memoriam gestas, fingere videar. Sabellicus rerum Venetarum decadis 1. lib. 5. Vrbanus inquit in Claromontensi conuētu, vehementi oratione causam egit, cuius summa hæc fuit. Non solum Romanæ Ecclesiæ causa, cui opus reformatione esset, ex vrbe se profectum præſenti concilio interesse voluisse. Ita. Enneade 10. de concilio Constantiensi. post solennem Martini Pontificis creationem, res inter plures iactari cœpit, creuisse plus nimio cleri licentiam, in moribus vulgo peccari, emendatione

Sabellius

9.  
datiore vita opus esse, vt veteri instituto viueretur. Cu-  
spinianus in vita Sigismundi, Impe. compositis inquit,  
in concilio Constantiensi, Principum Ecclesiasticorum,  
& secularium discordijs, vt mores corrupti vniuersi or-  
bis Christiani emendandi, commodiori & tempore &  
loco castigarētur, decretū fuit, vt à fine cōcilij ad quin-  
quennium vsque, denuo conciliū celebraretur. Platina  
in vita Marcellini primi. Vitia inquit nostra ætate eō  
creuere, vt vix apud Deum misericordiæ locum nobis  
reliquerint. quanta sit auaritia Sacerdotum, & eorum  
maximè qui rerum potiuntur, quanta libido vndique  
conquisita, quanta ambitio & pompa, superbia, desidia,  
quanta ignoratio, tum suis ipsius, tum doctrinæ Christi-  
anæ, quam p̄ua religio, & simulata potius quàm vera,  
quàm corrupti mores, vel in-prophanis etiam homini-  
bus, quos seculares vocant, detestandi, non attinet dice-  
re. cū ipsi ita apertè & palam peccēt, ac si inde laudem  
quærent. hæc Platina anno 1481. mortui verba.

Vniuersus or-  
bis corruptus.

*Cuspinianus*

*Platina*

In Papatu do-  
ctrinæ Christi  
ignoratio.

*Auentinus*

Ioan. Auentinus res multò antiquiores, sub Gre-  
gorio 7. persequens, qui ab anno 1073. regnauit Romæ,  
Henrico Imperatori asper, annos 12. Falsi tum inquit  
Prophete, falsi Apostoli, falsi Sacerdotes emerfere, qui  
simulata religione populum deceperunt, magna signa,  
atque prodigia ediderunt: & in templo Dei sedere at-  
que extolli, super omne id quod colitur, cœperunt. Dūq̄  
suam potētiam, dominationemq̄ stabilire conātur, cha-  
ritatem, simplicitatem Christianam extinxerunt. Sige-  
bertus horum temporum scriptor, diuini humanique iu-  
ris consultissimus, perniciosissima inquit seditio, & vt  
pace bonorum dixerim, hæresis omnium pestilentissi-  
ma popu-

Falsi Prophete  
signa edunt

*Sigibertus*

ma populū Christianū percellit. Sacrificuli illius qui se dixit, pueros, effœminatōs, falsos Prophetas, tyrānos, (qualis Imperator noster, Princeps optimus non est) populo ob scelera imponere, his à Deo datis, non solum non parendum esse, verūm etiam fraude, vi, quouis modo tollendo, populū Christianū docere audent: per iuria, homicidia, ciuilia bella, cædes, perfidiam, pietatem vocant: huiuscemodi Deo placere prædicant, Sacramento rogatos, religione iurissurandi Cæsari astrictos exauthorant: fidem frangentes, fœdera dissoluentes, pactum præuaricantes, iuramentum violantes, perfidos atque periuros non esse, sibi credi postulant. Quin eos qui fideles sunt, qui rebellionem, incendia facere, stupra, incestus committere, prædas agitare, proximos opprimere, occidere, compilare, sanguinem Christianū effundere summopere cauent, in numero sceleratorum, atque impiorum computant. Plerique omnes boni, aperti, iusti, ingenui, simplices, tum imperium Antichristi cœpisse, quòd ea quæ Christus seruator noster, tot annos ante nobis cantauit, euenisse eo tempore cernebāt, memorię literarum prodidere: Orbis terrarū tum à caridine, bellorum procellis iactatus est; crebra prodigia terruere mētes hominum, cœlum ardere frequenter visum, sol atque luna crebro præter solitum defecere. cōplures stelle de cœlo in terram cadere visæ. & plura alia Auentinus, Ingolstadij 1554. excusus, libro 5. annalium Boiorum pagina 591. Quod si scelera istius Gregorij 7. & in Imp. Henricum, toties machinatos dolos cognoscere quis vult, is legat Benonis Cardinalis scriptū. Idem Gregorius, vt est auctor Marianus Scotus illius temporis

Papa facinorosa.

Imperium Antichristi cœpit

Gregorius 7.

temporis scriptor, interdixit Presbyteris, Diaconis, omni-  
busque Clericis, vxores habere, & omnino cum foemi-  
nis habitare. Idcirco duos Episcopos in Germaniam mi-  
serat, qui foeminas separarent à Clericis. hoc est, qui id  
quod Deus coniunxerat, disiungerent. quæ res Paulo  
Apostolo Epistola ad Timotheum, doctrina est damo-  
niorum.

Papa sacerdo-  
tibus mari-  
monio inter-  
dicit.

Bernardus tomo I. sermone in conuersione diu-  
Pauli. Amici tui Deus, & propinqui aduer sum te appro-  
pinquauerunt, & steterunt. Coniurasse videtur contra  
te vniuersitas populi Christiani, à minimo vsque ad ma-  
ximum: à planta pedis vsque ad verticem, non est sani-  
tas vlla: egressa est iniquitas à Senioribus iudicibus, vi-  
carijs tuis, qui videntur regere populum tuum. Non est  
iam dicere, vt populus, sic Sacerdos: quia nec sic popu-  
lus vt Sacerdos. heu, heu Domine Deus. quia ipsi sunt  
in persecutione tua primi, qui videntur in Ecclesia tua  
primatum diligere, gerere principatum. Arcem Sion  
occupauerunt, & vniuersam tradunt incēdio ciuitatem.  
misera eorum cōuersatio, plebis tuę miserabilis subuer-  
sio est. atque vtinam sola hac parte nocerent. Dati nunc  
sunt sacri gradus in occasionem lucri, & quæstum æsti-  
mant pietatem. de animarum salute nouissima cogita-  
tio est. an vero saluatori animarum, grauior vlla esse  
poterat persecutio? Iniquè agunt & cæteri contra Chri-  
stū, multique sunt nostris tēporibus Antichristi. hęc vi-  
det Christus & silet. hęc saluator patitur & dissimulat.  
propterea dissimulemus nos quoque necesse est, & sile-  
amus interim: maximeque de prælatis nostris, magi-  
stris Ecclesiarum. veniet semel iudicium graue his qui

Qualis status  
ecclesiæ Ber-  
nardi tempore

Plebis subuer-  
sio.

Hypocritis in  
ecclesia.

præsunt, & potentes patientur tormenta potenter. Et super cantica sermone 33. Vñ generationi huic à fermēto Pharisaorum, quòd est hypocrisis. si tamen hypocrisis dici debet, quæ iam latere præ abundantia non valet, & præ impudentia non quarit. Serpit hodie, putida tabes per omne corpus Ecclesię: & quo latius, eo desperatius. Omnes amici, & omnes inimici, omnes necessarii, & omnes aduersarii, omnes domestici, & nulli pacifici, omnes proximi, & omnes quę sua sunt quærunt, ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo. honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt. Inde is, quem quotidie vides, meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus, inde aurum in frenis, in sellis & calcaribus, & plus calcaria quàm altaria fulgent. inde splendide mensę & cibus & scyphis. inde comestationes & ebrietates. inde cythara & lyra & tibia. inde redundantia torcularia, & promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud. inde dolia pigmentaria. inde referta marsupia. pro huiusmodi volunt esse, & sunt Ecclesiarum præpositi, Decani, Archidiaconi, Episcopi, Archiepiscopi.

Ministri Christi  
sunt seruiunt  
Antichristo.

Ambitio ecclesiarum  
sacerdotum.

Et Epistola 42. O infinita semper ambitio, & insatiabilis avaritia. cum primos honorum gradus meruerint in Ecclesia, vel vite merito, vel pecunie, siue etiam carnis & sanguinis, quę Regnum Dei non possidebunt, prærogatiua, non ideo corda quiescunt, duplici semper æstuantia desiderio. Cùm factus quis fuerit, in quacunq; Ecclesia Decanus, Præpositus, Archidiaconus, aut aliquid huiusmodi, non contentus vno in vna, plus res sibi, imo quotquot valet cõquirere, honores satagit, tam in vna



13.  
tam in vna quā in pluribus factus Episcopus, Archiepi-  
scopus esse desiderat. quo forte adepto, rursus nescio  
quid altius somnians, laboriosis itineribus, & sumptuo-  
sis familiaritatibus, Romanum statuit frequentare pa-  
latium, quatuor sibi quasdam, exinde comparans a-  
micitias. Crudelis ambitio, & incredibilis, si fidem ocu-  
li non astruerent. huius rei gratia non pigricantur cre-  
bro terere limina Apostolorum, inuenturi & ibi, quod  
magis dolendum est, qui suę faueant improbe volunta-  
ti, non quod valde Romani curēt, quo fine res termine-  
tur, sed quia valdè diligunt munera, sequuntur retribu-  
tiones. Vtinam priuatim, & in cameris hæc fierent. nunc  
verò cernente orbe mundi fabulam, soli tacebimus: hæc  
ita Bernardus, ne plura eiusmodi adducam in medium,  
quę scripsit de consideratione, super Cantica Salomo-  
nis, & locis alijs, Luterianis pene similia. & tamen Ca-  
nonizatus est Anno 1164. Luterus autem diris à Papa  
deuotus, anno 1520. 17. die mensis Iulij, quamuis nulli-  
us hæresis fuerit conuictus. Quod si plures testes, cor-  
ruptissimę illa tempestate Ecclesię, producere liberet,  
dies me deficeret. Quare verissimè illud Bibliander,  
supputationis annorum tabula 10. Tantam inquit fœ-  
ditatem in sede olim Apostolica & sancta, post migrati-  
onem Gregorij primi, domestici curię Romane scripto-  
res ostendunt: vt neq; Pharaonicum regnum, neq; Ba-  
bylonicum, neque Romanum à Romulo, ad Diocletia-  
num vsque, neque Turcicum aut Tartaricum, tot tam  
tetra exempla habeat sceleratissimorum tyrannorum.  
Cæterum vt luxui plus quam Persico aut Sybaritico, &  
vitę perditissimę suppeterent opes perennes, Ecclesia

Romani dili-  
gunt munera.

Multa tetra-  
xempla Rom.  
Episcoporum.

stica res, & tota religio cōuerſa eſt ad turpem queſtum, nam venalis facta eſt cōdonatio peccatorum, quam vates & Apoſtoli gratuitam, ſuo præconio indicarunt, ōnibus hominibus pœnitentibus. Venalia proſtare cœperunt Sacramenta, auroque vœnalia iura, cœlum denique vœnale, in iſta curia Romana.

Et hi quidem viri, corruptiſſimos ſuis ſæculis Eccleſiæ mores notauerunt. Nobis autem fidei quoque corruptelas eiufdem Eccleſiæ, idem Spiritus Domini patefecit. Ita vt illud verè Auſonius in diſtichis Catonis ſcripſerit.

Nolo putes prauos homines, peccata lucrari.

Temporibus peccata latent, & tempore patent.

Atque hoc eſt quod Apoſtolus Epistoſa ad Theſſa. Antichriſtum ſuo tempore detegēdum fuiſſe prædixit. quod Deus pater cœleſtis, qui omnia deſtinatis agit tēporibus, ſex & ſexaginta ab hinc ānis cœpit facere ma-niſeſtè. Quo tempore, cūm doctrine morumq; correctio publica, ab ordinaria poteſtate fruſtra exigeretur: aggreſſi ſunt id in nomine Domini maiores noſtri, cui vos, inani conatu ire obuiam vultis. Et heri tu quidē nos enatos eſſe, Sataneque Spiritum nobis a deſſe putas: at verò nos id opus Spiritus S. eſſe ſentimus. ac de ortu noſtro, integrum illud ſcripturę Sanctę prouerbium, heri & nudiuſtertius, id eſt longè antea, vſurpare potuiſti. Haud enim aliter, ſemper vera fuit Eccleſia in medio papatu veſtro, quàm Elię vatis tēpeſtate, illa ſeptem millia hominum, Baalum non colentium, inter Iſraelitas fuerunt. adeò vt etiam ipſi Elię ignoti eſſent. aut illo tempore, quo Chriſtus caput Eccleſiæ cœlitus deſcenderat

Occaſio refor-  
mandarum  
eccleſiarum.

Vera Eccleſia  
fuit in papatu.

derat , ad colligendos in vnam fidem filios Dei disper-  
 sos. Quorum exiguus initio numerus, procedente tem-  
 pore in immensum auctus est. donec rursus res ad reli-  
 quias redijt. Quo tamen rerum statu sacrificuli, cæte-  
 rique omnes moribus corruptissimi, & fidei de futuro  
 Messia expertes, non cessabant exosas Deo offerre ho-  
 stias. planè vt fit etiam hodie. Tandem ille omnis hy-  
 pocrisis osor, cœpit paulatim ex tenebris Aegyptiacis,  
 in lucem proferre, veros sui cultores Valdenses in Gal-  
 lia, ( quorum exortus ad annum 1160. refertur ) Vicle-  
 uitas in Anglia, Husitas in Bohemia, Luterianos in  
 Germania, qui & in Lituania ab anno Christi 1539, ve-  
 stigium posuere, auctore quodam Abrahamo Culua  
 Theologiæ doctore. qui in vrbe Vilnensi Scholam ape-  
 ruerat. in qua 60. discipulos erudiijt. Qui omnes, multa  
 vere scripsere, dixereque de Romana Ecclesia. Hæc au-  
 tem tempora nō sunt hesternæ, Possuine, nec isti aliorū  
 iudicio, quàm vestro sunt hæretici. quod tale est, quale  
 lupi de innoxia oue, aut cœci de colore. Sed vetus est  
 hæc calumnia, qua impij, primos quoque illos grauabāt  
 Christianos. Actōrum 24. Comperimus virum. hunc es-  
 se pestilentem, & qui moueat seditionem, omnibus Iu-  
 daïs per vniuersum orbem, & Antistitem hæresis Na-  
 zarenorum. Tum Paulus. hoc verò tibi, ô Fœlix, confi-  
 teor, me secundum viam, quam hæresim dicunt, seruire  
 Deo patrio, vt qui credam omnibus, quæ in lege & in  
 Prophetis scripta sunt. Sic Cap. 28. Volumus ex te au-  
 dire, quæ sentias, nam de hæresi ista, nobis est notum,  
 vbique ei contradici. Idem fit hodie Possuine, multa  
 enim nos quoq; sustinemus aduersa, quòd ab Antichri-  
 sto, ad

Valdenses,

Vera doctrina  
hæresis voca-  
tur.

Quis hodie  
hereticus.

sto, ad Christum Pauli exemplo, conuersi sumus. usque  
tantum scriptis, quæ sunt canonica, credimus. cui fidei  
nostre, ubique contradicitur, nec ea aliter quam hære-  
sis appellatur. Quicumque nunc ab Romana dissentit  
Ecclesia, licet omnem scripturam diuinitus inspiratam  
admittat, symbolum Apostolorum profiteatur, & illa  
prima Cōcilia vera esse agnoscat, tamen is hereticus est.

Miracula  
Euāgelicorū.

Addis, neque miracula, neque solidam doctri-  
nam, nec vitæ probitatem, vllam fidem nobis conciliare  
posse. Similia olim in Christianis illis requirebant, de  
quibus hæc Apostolus. Et Iudæi signum petunt, & Græ-  
ci sapientiam quærunt. Miraculis, Possuine, nobis, ni-  
hil noui adferentibus; sed solius doctrinæ Apostolicæ  
assertoribus, minimè est opus. vestris ea Iesuitis in nouo  
orbe, nouam doctrinam, quam vetus ignorauit Ecclesia,  
spargentibus relinquimus. Iohannes Baptistes, nullum  
miraculum fecit: attamen ideo maximus esse inter na-  
tos mulierum non desiit. Nec ea hodie alij Christiani  
edunt: qui tamen nihilominus Christiani sunt. Profe-  
rent aliquando isti vestri sua, quæ per nomen Iesu pa-  
trarunt, quibus tamen dicitur, non noui vos: abite ma-  
ledicti: quod de nobis nullo pacto dici potest, nullis  
omnino miraculis claris. vestra sunt in Regno Antichri-  
sti, tam varia portenta. cuius cum signis ac prodigijs mē-  
dacibus futurus erat aduentus, vt Paulus tradidit. quæ  
supra ex Auentino paucis attingi, plura omisi: quæ &  
Marianus Scotus historiæ suæ mandauit. Quod ad so-  
lidā doctrinam: solidior hac nulla potest esse alia, quam  
voluntatem Dei tenere, rectè verbum eius, vt Paulus in-  
quit, secare, Spiritus posse dīiudicare, Deum timere, e-  
undemq̃

Solida doctri-  
na.

undemque ac seipsum nosse. Timor Domini, inquit Iobus cap. 15. est sapientia, & recedere à malo, est intelligentia. Nullus melior Christianus, quam qui pro virili, mandata sui Domini exequitur. Philosophiam, in qua vos diligentissimè exercetis, ut eò plures capiatis, cauere nos Paulus iussit: uti Christus falsos Prophetas insignes miraculis, qui in terris Christum ostensuri erant, Deus sua mysteria paruulis detegit.

Est vna sapientia supernè descendens, ut Iacobus ait; est alia terrena, animalis, dæmoniaca. Non misit me Christus, inquit Paulus, in sapiētia verbi, ne inanis reddatur crux Christi. Stultam fecit Deus sapientiam mundi huius. Christus Iesus factus est nobis sapientia. Quo nos freti, argutias vestras philosophicas, tã verbo Dei, quàm nix soli, cœra igni, cedentes nauici facimus. non ignari quantas superioribus seculis tenebras, verbo diuino puro, theologia illa scholastica offuderat. Sed de-

Scholastica  
theologia

trahite licet nobis omnia, qui & vitam ipsam eripitis: Erit & iudex alter, & altera merces. aliter ñ de nobis iudicant, qui cœci non sunt. Nec hæresium multitudo, quæ nunc erupit, doctrinæ nostræ magis officit, quàm & illæ Apostolorum ætate, cursum Euangelij inhibere potuerunt.

Sustulisse nos omnes antiquitatis libros, secus se res habet. Imprimuntur pene omnes, cum Basileæ tùm alibi. Est patribus apud nos ea auctoritas, quam sibi ipsi ex verbo Dei circumscripserunt. Nec ñ sunt aliud, præterquam legis diuinæ interpretes. Quod cùm faciūt, sæpe ita uti hodie multi falluntur: Omitto quæ ipsi de se senserunt. Cùmque illis vestri tantum tribuerent, ut

15.

eorum dicta, diuinis penè æquarent: cœpit eos Luter minoris facere, & in classẽ merorum hominum, qui crebrò labuntur, referre. Luterum sunt secuti alijs, at tamen in vestris concionibus, quascunque vnquam audire contingit, crebrior est Cypriani, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, ne dicam Platonis & Aristotelis mētio, quàm Christi, Matthæi, Iohannis, Luca, Petri, Iacobi. Sacra Biblia contrarijs interpretationibus, non nos sponte nostra deprauauimus: sed cùm lingua Hebraica sit ita fœcunda, vt vnum verbum aliquot res significet: quod ñ norunt, qui eam didicerunt: mirandum minimè est, vnam vnum, alteram alterum interpretem, secutum esse sententiam. Licere autem in Biblijs ad ipsos fontes Ebraicæ & Græcæ linguæ recurrere, ita lex permittit vestra. Decreti. parte distin. 9. ca. 6. Vt veterum librorum fides, de Hebræis voluminibus examinanda est: ita nouorum veritas, Græci sermōnis normam desiderat. Cui tamen legi, vt multis alijs, vos non paretis, qui veterem interpretem Latinū, authenticum esse, 4. sessione Tridentina voluistis. Nec Zuinglius, sed qui ipsi suffectus erat Leo Iudæ, Biblia transtulit, Cuius interpretationem, si cùm Luteri Germanica, & Caluini conferas Gallica: in verbis solis varietatem, propter diuersas linguas, in rebus ipsis cōcordiam reperiēs. At si malignus eris interpres, etiam in sanctis noui testamēti codicibus, aliquid inuenies quod ab Hebraica discrepet veritate, in vtroq; autem fœdere talia, quæ videntur pugnare inter se. Quid dicam de 70. virorum translatione? quàm si conferas cùm fonte Hebraico, animaduertes infinitā varietatem. Ergone hi quo-

Biblia nō corrupterūt Euan-  
gelici.

Biblia Tiguri-  
na.

hi quoque, hæretici fuerunt: & Spiritu vertiginis (quæ duo nobis impingis) acti sunt: Atqui Augustinus vtilè esse hanc interpretum varietatem, in locis obscuris intelligendis fatetur. Sed cum in nostris rebus tam lynceus sis, cur eandem perspicacitatem in vestris etiam non adhibes? Vetus interpres, an non plurimis in locis diuina perperam vertit? Testantur hoc, Isidorus, qui eadem Biblia emendatiora, cum scholijs edidit, excusa Venetijs. Augustinus Steuchus in Moysem, Laurètius Valia, Faber Stapulensis, Erasmus Roterodamus, Robertus Stephanus, in nouo Testamèto Parisiis 1545. publicato. Itidem Beza & Castallio, Munsterus, Tigurini, Draconites, Antonius Flaminius in psalmis; qui omnes, innumerabilibus ferè locis veterem interpretem corrigunt. Quid? quod Santes Pagnius Lucensis, concionator pontificius, Vatablus Gallus, & Arias Hispanus, Biblia verterunt persæpe multum diuersi inter se, ne dicam discordes? istisne etiam tuis, Spiritum vertiginis affinges? aut istis non, sed solis Luterianis? ô prudentiam Italicam!

Scribis Luterum cum sacra veste, pudorem abiectisse, & prostituta virginis, antea Deo dicata concubium, connubij nomine conatum esse tegere, ac votis perfide violatis in ecclesiam Dei debacchatum esse. Multa hic dici pro Lutero possent: sed scripsit ipse de se ac pro se multa. Cuculla tibi sacra vestis est, vxorem ducere, pudorem abijcere, monacha prostituta, virgo, monachum in connubio honesto viuere, vota perfide violare, vitia ecclesie ostendere, in ecclesiam debacchari. quæ ut imperite definias quis non videt? At vbi vsus erit illi.

De Lutero.

Mata consilia  
mutanda.

Deus non mā-  
dar virginita-  
tem, sed casti-  
tatem.

Multa sunt vi-  
garia in eccle-  
sia.

us Canonis, in secundam Decretorum partem quaestio-  
ne 4. à Gratiano relatis. In malis promissis, rescinde fi-  
dem, in turpi voto, muta decretum, quod incautè voui-  
sti, ne facias, impia est promissio, quæ scelere adimple-  
tur. aut illius diuino consilio, vbinam locus erit, melius  
est matrimonium contrahere quàm viri? Et. Si duxeris  
vxorem, non peccasti, & si nupserit virgo, non peccauit.  
Vnusquisque propriam vxorem habeat. præterea, si  
se non continent, contrahant matrimonium. Item. Qui  
potest capere, capiat. Et non vt laqueum vobis iniiciam.  
Item. Honorabile inter omnes matrimonium. vestrinè  
monachi & sacerdotes, non vruntur? ònes capere pos-  
sunt. non illis est coactè continentie; à Papa iniectus la-  
queus? non sunt è numero horū omnium: Porro quid  
aliud stultius, quàm vouere Deo virginitatem, danti e-  
am cui vult, nec vnquà vt sibi voueatur mandanti? Ho-  
mines sumus omnes, Antoni! sed hoc interest, quia alij  
nostrum sunt aperti, alij sanctitatis, simulatores, ac le-  
gis ipse in Decretis, multa nomina Episcoporū, qui li-  
beros honestè procreabāt. Donec tandem Antichristus  
sustulit, hoc salutare multis remedium, quemadmodum  
ex Mariano docui, & Godfridus Vitterbiensis in Pan-  
theo, idem attestatur. Nec tu ipse, si vir bonus es, dis-  
simulare potes, multa vitio temporum, & pastorum in-  
curia, in ecclesia Romana tam in fide quàm moribus  
hominum eiusmodi succreuisse, quæ cum prisca illa mi-  
nimè congruunt, & cum verbo diuino, apertè pugnant.  
Itaque vt monachi, ita & moniales Germanicæ, luce ve-  
ri, de votis imprudenter factis cognita, egressæ cœno-  
bijs, nubere cœperūt anno 1523. quarum vnam Luter  
cum



cum albo sacricolarum à Papá erasus, vester esse desit,  
 id est cum Babylone exijt, vitandæ impudicitia causa,  
 tori sui sociam legitime fecit, anno 1525. 7. die Ianij.  
 Humanæ sunt non diuinæ leges, quæ talium hominum  
 connubia illicita esse dicunt. Quare Baldus, in Lege, si ti-  
 bi filius. Digest. de adoptio. Papam posse permittere  
 putat monacho, ducendæ ad tempus vxoris potestatem,  
 vt Sobole procreata confestim ad monachismum reuer-  
 ratur. At vero Balde, habemus nos Papa maiorẽ Chri-  
 stum, id omnibus permittentem.

Iam quod subiungis, Luterum, decreta ecclesiæ  
 igni cõcremasse, verum est: sed causam huius paucis ac-  
 cipe. Opposuit se inquit Eccius Lutero. vtriusque rati-  
 ones Parisium missæ, vt à Sorbonicis iudicarentur. Ve-  
 rum non facile fuit videre, cui potissimum palma dare-  
 tur: dum censura differtur in longum, Leo Papa inte-  
 rim longo fulmine, Martinum dānat hæreseos, & à cõ-  
 tu fidelium projicit. ille primum à Pontifice minus edo-  
 cto, ad eum magis edocendum, mox ad futurum con-  
 cilium appellauit. Interim quia Leo iusserat libellos e-  
 ius incendio tradi, ius Pontificum, quas decretales vo-  
 cant atque Decreta, publicè Vittebergæ combussit di-  
 cens: Sicut fecerunt mihi, sic feci eis. hæc Massæus Ca-  
 meracensis Canonicus, Chronici mūdi lib. 20. qd Antuer-  
 piæ excusum est. anno 1540. Cõtumeliam igitur vltus  
 est Luterus contumelia, cõbusta farragine illa Gratiani  
 insulsa, quæ Christianis alias quasdam, quàm Christi le-  
 ges præscribit. attamen non omnia vestra igni tradidit:  
 nec id postea vnquam fecit. Vos autem quæcunq; nan-  
 cisci potestis nostrorum doctorum scripta, ea simul cum  
 auctori.

Luterus de-  
 creta Pontiff.  
 cia combussit.

Gratiani leges

auctoribus illorum extinguitis. quædam atramēto obli-  
 linitis, in quibus aliquid veritatis, vobis pmolestæ scri-  
 ptum legitur. Vidi hoc ingratisimorum veri animo-  
 rum indicium, in Dilingensi tuorum sociorum collegio.  
 Tantum nempè in vobis studium est, delendi ea, quæ  
 tenebras produnt vestras.

An Genevæ  
 edantur anti-  
 qui patres.

Quòd prisca theologi, ex officinis Geneuensium ty-  
 pographicis non prodeant, non Caluino id, qui illorum  
 crebrò vtitur testimonijs, sed typographis, quæstui sem-  
 per inhiantibus ascribendum est. Eduntur in alijs vrbi-  
 bus, antiqui Patres. quæ verò Geneuenses ipsi scribunt,  
 multis patrum æquiparanda: ea alibi non exeunt. Vi-  
 di tamen ego etiam Genevæ editos Ireneum, Athanasii  
 quædam, & Theodori presbyteri Rhetensis. viderunt  
 alijs plura. Quin etiã nunc, habet in manibus Beza Ter-  
 tullianum, breui cùm explanatione in lucem emittendũ.

Biblia.

Etsi qui alijs, obsecro, certiores, quàm ipsa Sacra Biblia,  
 tam benè, tamque sæpe in vrbe illa edita, testes esse a-  
 postolica ecclesiæ possunt? Utinã, Possuine ad hos rur-  
 sum fontes redeat ecclesiæ. Utinã ex his solis, viuendi,  
 docendi, regendique alios petatur ratio. tales enim  
 sunt, vt omnibus cuiusvis ordinis & ætatis, præcepta,  
 cõsilia, & exempla affatim suppeditent. Tanta est Chri-  
 stianarum profunditas literarum, scribit episto. 3. Au-  
 gustinus, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab  
 ineunte pueritia, vsque ad decrepitam senectutem, ma-  
 ximo ocio, summo studio, meliore ingenio conarer ad  
 discere. Caluinum post Farellum & Viretum, ne credas  
 irreplisse in ecclesiã Geneuensem: vixerunt hi aliquan-  
 diu vna, ciuitatem illam ab sordibus repurgantes pon-  
 tificijs

De Caluino.

tificijs, Tandem Farellus senior: ex communi ecclesiæ Geneuensis, & Neocomensis voluntate Neocomū concessit. Viretus Lausannam, ac deinde aliò: Caluino ad scribendum hisce vtrisque aptiori, Geneuæ à presbyterio ecclesiastico, & magistratu retento. qui tã fuit ab õni arrogantia & ambitione alienus, quàm vos procul à sanctitate apostolicę ecclesię recessistis.

Geneuenses, Principis Sabaudiaę urbem fraudè sibi vsurpasse, mihi non constat. Irretitos se à Sabaudia, rursus expediisse, & liberos, superbissimi episcopi dominatum diutius ferre nequiuisse, ipsimet testantur. Idem fecere horum vicini atq; socij Heluetij, multo ante Luterum tempore, duro Austriacorum excussio iugo. fecerunt hoc & in tua Italia, multę ciuitates. Quinimo defecit ab imperio Romano, totus penè orbis. Deficit rursus sensim, Christianus orbis à Papa, qui solo titulo imperatori Romano relicto, solus rerum potitur in Europa. ac vellem te nobis certum aliquod proferre privilegium, quomodo Roma, orbis terrarum quondam domina, episcopi sui iuris facta sit, ipsum verò imperatorem excussit. Certum inquam, alioqui illud vestrum fictitium, acutissimè refutant Valla, Cuspinianus, Commentario in Consules Cassiodori. & Franciscus Guicciardinus in historia Italica. Quę tu omnia silentio præteris, solos Geneuenses toties petis. Qui vt semel Caluinum ab anno 1536. ad explanandas sanctas litteras expetitum, nacti sunt, & offensum prauis moribus ciuium (quales sunt è papatu emergentium) rursus Argentorato 1541. læti receperunt, paruerunt obedienter docenti, & ecclesiam de integro instaurati, vsque ad 1564. qui illi fatalis fuit.

De Geneuensibus.

Donatio Constantinensi falsa.

De an

De Antichri-  
sto Romano

Antichristus  
in Ecclesia se-  
det.

Papa Antichri-  
stus.

De Antichristo, cui ad summam potentiã, qua etiam ipsis Imperatoribus terrori esset, sola septuaginta Roma desuit, vt ita illi satisfaceret apoca. cap. 17. prædictioni. multa Volanus Polonus, plura Hussus Boëmus, Luterus Germanus, Gualterus & Bullingerus Heluetij, Danæus Gallus: Ego quoque in theologia Moscouitica aliquid, & cõnes orthodoxi apocalypsis interpretes, Ita vt operam perderem, si eadem quæ isti, ego quoque scriberem. In confesso res est. Sedet iam diu sublimis in templo Dei, quod est ecclesia, tam ipsa adoratione, quam ea opinione, quod cum suis errare non possit, diuinum sibi honorem vsurpans. effert se supra quosuis magistratus. qui in diuinis literis Dii vocantur. ex Augustis, id est, regibus Romanorum ortus. vt Sybilla lib. 3. oraculorum suorum vaticinata est. Si enim has illi plumas, has opes, has vires, se ipsi spoliãtes dederunt. quibus instructus, postea illis multum negotij exhibuit, quod aperte testatur Volaterranus Geographiæ lib. 3. & Antropologia 23. Et quidem exortus est sublato illo, quod temporibus Pauli Apostoli, omnia tenebat, Romano imperio, ac in multas partes discerpto. Esse autem hunc, Romanum Pontificem, inde ab illo tempore, quo vt summus in ecclesia foret, à Phoca flagitioso Imperatore obtinuit, seque magis ac magis extollere cœpit, multi testes sunt minimè hæretici, quos ij citant, qui ex professo id argumentum tractant. Ego quoque supra, id ex Auentino & Bernardo ostendi. Scribit & Bibliander tabula supputationis 13 in anno 1104. Eo, inquit, tempore Florentinus Episcopus affirmauit, Antichristum natum esse, veterum à Papa prohibitus est, ne sermo iste vulgaretur vltimè.

terius. Quod ad hunc Florentinum Episcopum, ita de eo Sabellicus Enneade 9 lib. 4. prodigia per id tempus aliquot apparuerunt. quibus factis motus Florentinus Antistes, affirmare non dubitavit esse Antichristum natum, qua predicatione Pontif. Paschalis motus, hominem admonuit, vt temerario incepto desisteret. Rursum sic Bibliader in fine tabulae 10. Salisburgensis Archiepiscopus Eberhardus, imperante Fridricho secundo, in concilio frequenti Principum & Episcoporum, Papam Romanum pronunciauit ipsissimum Antichristum esse, a Daniele & a Ihs vatibus predictum. id quod scriptis etiam in publicum editis, alij non pauci iam olim fecerunt.

Sed quidni plures tibi testes eius rei statuam? Ioachimus Abbas Calaber, qui Spiritu donatus prophético, circiter annu 1184 in ipsis Valdensium primordijs floruit, Ricardo Regi Anglorum in illa celebri expeditione Hierosolymitana dixit, Antichristum in vrbe Roma iam esse, & in Cathedra Apostolica, extollendo se supra omne, quod dicitur Deus, sedere. Scripsit & Matthias Parisiensis, benè longum librum de eodem Antichristo, vixit ante Hussum, Iohannes Milicius, è stirpe procerum, Canonicus Pragensis. qui palam docebat, esse iam Antichristum. ac cum diu ipse secum luctaretur, iretine Romam, id populo patefacturus, quidam Spiritus vsque eo nolentem impellebat. vt Romam petierit, & Antichristum iam in ecclesia Dei sedere, dominarique tam publice dixerit, quam in valuis templorum scripserit. cessit naturae 1374: fulmine anathematis à Gregorio vndecimo percussus. Idemque propemodum, eodem tempore Romae agebat Franciscus Petrarca. Ita & Arnoldus de

Ioachimus  
abbas.

Milicius Bohemus.

Arnoldus.

dus de villa noua, quemadmodum scriptum legitur in speculo Vincentij lib. 31. prophetia Danielis & Sybillę arythreg probabat, aduentum Antichristi & persecutionem ecclesię futuram, inter annum 1350. & 1400. Quod sanę experta est, illa Valdensiu ecclesiola in Gallia, Vicleuitarum in Anglia, atque Hufsitarum in Bohemia. Similiter Abbas Trithemius, in aňo 1366. Chronici Hirsaugiensis: Claruit inquit his temporibus Ioannes de Rupe scissa, ordinis minoru, qui multa prędixit in proximo futura de Antichristo, de generali conculatione cleri, & de reductione totius orbis ad fidę christianam. quę sibi reuelata esse diuinitus, a Iesu Christo crucifixo dicebat. addit Cathalogus testium veritatis, ante Luteri tempora, ex veteri codice, asseruisse eundę Ioannem, ecclesiam Rom. esse meretricem, Papā Antichristi ministrū, Cardinales pseudoprophetas. Legitur etiam epistola cuiusdam Vincentii confessoris, anno 1418 defuncti, & a Calisto 3. numero sanctorum ascripti, qua fatetur, iam esse Antichristum in mundo, Antonius 3. parte historia.

Multi Episcopi  
pi Roma. Episcopi  
scopum, Antichristum esse  
sarentur.

Dices hos omnes hæreticos fuisse, nęgo ego. Sed demus id tibi, etiāne illi tot Romani ordinis Episcopi, hæretici fuerunt, de quibus sic Ioan. Auentinus, scriptor rerum Germanicarum grauisimus? Sic autem ille historiam persequens lib. septimo pagina 683. post fata Gregorij 9. anno 1241. Archimysta Iauanensis, & omnes Episcopi Boiarię Reginoburgij cōueniūt, & Irsergensis Regulus, & Otto Dux Boiorum, prefectus pratorio Rheni. vbi huiusce modi orationē: Eberhardū Archimystam habuisse reperio. Christus seruator sumus  
mopere

in opere nos admonuit, vti falsos Christos, falsos Pro-  
 phetas vitaremus, qui tecti pelle ouina, nimirum Chri-  
 stiano nomine, atque Pontificiò titulo nobis dominari,  
 atque illudere cuperent. Quos ex spinis atque operi-  
 bus, nempe auaritia, luxu, cõtentione, odio, inuidia, bel-  
 lis, discordiè malis, libidine dominandi, ambitione, co-  
 gnosci oportere docuit. Quidnã apertius hisce verbis,  
 quàm Babylonis Phariseos atque scribas cœlestis impe-  
 rator indicauit? Sub Pontificis max. titulo, pastoris pel-  
 le, lupum scœuisimum, nisi cœci sumus, sentimus. Ro-  
 mani flamines, arma in omnes habent. Christianos au-  
 dendo, fallendo, & bella ex bellis serendo magni facti,  
 oues trucidant, occidunt, pacem concordiam terris de-  
 pellunt, intestina bella, domesticas seditiones ab infe-  
 ris eliciunt, indies magis atque magis omnium vires de-  
 bilitant, vt omnium capitibus insultent, õnes deuorēt,  
 vniuersos in seruitutem redigant. Non Pontificis mo-  
 re gregi consulunt, sed potius immanitate tyranni licẽ-  
 tia debacchantur: iustitia rarefcit, impietas, auaritia, cu-  
 piditas honorum, pecuniè studium, libido crebrescit.  
 Christus inimicos odio habere vetat, eosdẽ amari præ-  
 cipit, de hisce promereri, fidem hostibus seruare, bene-  
 ficij maleficia expiare docet. Romanenses contrã, san-  
 cta violare, scœdera Dei nomine sacrato, ad fallẽdos ho-  
 mines abuti, benemeritis ingratos esse, malefactis bene-  
 ficia compensare, bellare, litigare, defraudare, prodere,  
 decipere, sub magna pietatis superficie iubent: diuinæ  
 maiestati, cœlesti prouidentia, naturæ repugnare, su-  
 premæ maiestati, à Deo constitutæ resistere nos volunt.  
 Hyldebrandus ante annos centũ atque septuaginta pri-  
 mus

Roma Baby-  
lon.

Romanenses.

Antichristi  
fundamenta  
anno 1072.

Papa pridem  
veros pastores  
opprimunt.

In templo Dei  
sedent Anti-  
christi.

mus, specie religionis, Antichristi imperij fundamēta iē-  
cīt. hoc bellū nefandū primus auspicatus est, quod per  
successores hucusq; contingatur. primo illi Imperatorē  
à comitijs Pontificalibus extrudere, ea ad populum &  
sacerdotes trāstulere. Deinde & his ludibrio habitis at-  
que explosis, nunc & nos in ordinem redigere, atque  
seruitutem conantur, vt soli regnent. Capti iam impe-  
rij consuetudine, penitentis suis & aduersariorum viri-  
bus, occasione rapiendæ dominationis, & opprimendæ  
libertatis Christianæ, specioso ecclesiasticę constituendę  
libertatis fūco vtentur. Credite experto, non cessabūt,  
donec Imperatore in ordinem redactō, Romani impe-  
rij honore soluto, pastoribus veris qui pascant oppres-  
sis, canibus qui latrare queant sublatis, per hunc morē  
omnia extinguant aut occidant. Idē ōnia turbare at-  
que permiscere volunt. Sed dominari vel ingratis con-  
tendunt. Paulus armarium Philosophiæ diuinæ præci-  
pit, subiecti inuicem in timore Christi estote. Hoc inte-  
resse inter Christianorum prophanorum Principes, cœ-  
lestis doctor, & præceptor noster, summus atque immor-  
talis Pontifex docet, quōd hi dominātur subditis, illi ser-  
uiunt. formam serui, suprema maiestas suscepit, vt di-  
scipulis suis seruiret, eorumq; pedes lauaret. Flamines  
illi Babyloniæ soli regnare cupiunt, ferre parem nō pos-  
sunt, non desistent, donec omnia pedibus suis conculca-  
uerint, atque in templo Dei sedeant, extollanturque su-  
pra omne id, quōd colitur: fames opum, sitis honorum  
inexplebilis est. Qui seruus seruorū est, dominus do-  
minorū, perinde ac si Deus foret esse cupit. Sacros cœ-  
tus, atque concilia fratrum, imō dominorū suorū asper-  
nantur,



natur. timet, ne eorum, quæ aduersus auspitiâ leges, in  
 tercessionibus in dies magis atque magis gerit, rationem  
 reddere cogatur. Ingētia loquitur, quali verò Deus es-  
 set, noua consilia sub pectore volutat, vt proprium li-  
 bi constituat imperium, leges commutat, suas sancit, Actiones An-  
 tichristi.  
 contaminat, diripit, spoliât, fraudat, occidit perditus  
 homo ille, quem Antichristū vocare solent, in cuius frō-  
 te cōtumelię nomen scriptum est. Deus sum, errare nō  
 possum; in templo Dei fedet, longe lateque dominatur.  
 Omnia portenta atque prodigia, quæ cœlestis ille magi-  
 ster noster cātavit nobis, euoluite annales, iam pridem  
 fiunt.

Et post multa alia. Date operam patres consulti, vt à  
 Germania gente christianissima cœdes, discordiæ, mala,  
 incendia, crudelia facinora, in ciues in patriam patrata,  
 pellantur, pax ciuilibus armis exacta, concordia bonis  
 reuocetur. Quod tūm fiet, si Imperatori Friderico 2. Cæ-  
 sari Augusto, principum Christianissimo, à Deo consti-  
 tuto obtemperabimus, & pestem illam atque serpentem  
 è Boiaria eliminauerimus. Posteaquàm Eberhardus fi-  
 nem dicendi fecit, atque assedit, Senatus decretum fit,  
 sicut ille cēsuerat. Audisne hæc, Possuine, de Romanis  
 Episcopis tam verè, tam benè, vt Apelles, non posset  
 ingenia ipsorum depingere melius. Dicis istos Bava-  
 ros, fuisse Luterianos, possem & alia his similia, ni bre-  
 uitatis habenda esset ratio, tibi ob oculos ponere. at tu  
 nihil horum prodis. omnia inficiaris. Papas insontes es-  
 se dicis. Nec illud respondeas nobis, alios nunc Ponti-  
 fices esse. iidem enim sunt omnino. idem illis semper a-  
 nimus, nisi quòd in ea luce veritatis, qua est detecta il-  
Antichristi idē  
 semper.  
i iij lorum

lorum improbitas, ita se gerunt, vt lupi solent, cum in  
 casses vel foueã incidunt. Dissimulatis igitur hisce õni-  
 bus, colligere nos iubes, minimè illos Antichristos esse,  
 ex fidei doctrina quam profitentur, & per orbem terrarum propagandam curant, sa-  
 cerdotali gradu legitime suscepto, cõciliorum statutis, & parum scriptis fideliter ad-  
 huc seruatis, quodque Christi nomen conseruent, & gesta eius hominibus ante oculos  
 ponant, ac seruos atque amicos Dei honore afficiunt. Quali aliter tam diu,  
 homines fallere, nisi hanc præferrent religionis pieta-  
 tiscq; speciem possent. Et si non nescimus, qualis sit ista  
 hæc fides, ac cuius sit in re Evangelica momenti, ista  
 sacerdotum Aaronicorum series, nisi & puritas doctri-  
 nã accedat. Eodem modo Iudei conseruarunt, nobis in-  
 tegra veteris Testamenti scripta, verumtamẽ ipsi per-  
 stant in contumacia, Christi nomen habiturus erat Anti-  
 christus, Surgent, inquit, multi pseudochristi: & tamen  
 opposituum se fuisse Deo, & in templo eius, tãquam fo-  
 ret Deus, sessurum, quẽ nũciauit Apostolus, quod de Ma-  
 homete, nullo pacto intelligi potest, q̃ est apertus Chri-  
 sti hostis, nec vt ille in ecclesia Dei sedet. Vbi si mihi qu-  
 bus rebus se opponat Deo, vel nomen gerenti Dei dicẽ-  
 dum esset, modum liber superaret. Vos hæc miselli, po-  
 siti in tenebris non videtis: nos diuina gratia educti ex  
 illis, optimè cernimus.

Successio epi-  
 scoporum.

Roma est Ba-  
 bilon.

Negas & Romam sedem eius, Babylonem esse, ve-  
 rum id affirmant Angelus, Sybilla, & patres. Ille sic A-  
 poca. 17. Heus tu ostendam tibi damnationem meretri-  
 cis magnæ, sedentis super aquas multas. cuius in fron-  
 te nomen scriptum, Mysterium Babylon magna, septem  
 capita bestię, in qua mulier sedet, septem montes sunt.  
 Et aquę populi sunt, & turbæ & gentes & linguæ. Et  
 mulier

Mulier, est vrbs magna, quæ habet Regnum super reges terræ. Quæ de Roma dicta esse, ij soli norunt, quibus Christus mentes aperuit, vt intelligant scripturas. Nam in septē montibus, quos & ipse circuitui tunc sedit, cum hæc scriberet Ioānes, testātibus id Virgilio 2. Georgi.

Scilicet & rerum, facta est pulcherrima Roma  
Septem quæ vna sibi muro, circumdedit arces.

Ouid. 3. Tristi.

Dumque suis victrix, septem de montibus orbē  
Prospectiet domitum. Martia Roma, legat.

Explicatio lo-  
ci apocaliptici

Et nusquam fouerunt, suntque etiamnum plures varia-  
rum linguarum populi, nusquam meretrices plures, ita  
vt scribat Publius Victor. teste Antonio de Gueuarra,  
Hispano, Episcopo Mōdogneto, lib. 1. Horologij prin-  
cipum cap. 12. Romæ fuisse meretricum 44. plateas. Ce-  
teram quo ego tempore Romam vidi, 18. tantum scor-  
torū millia in ea esse dicebātur. Et hæc vnica fuit vrbs,  
cui parebant omnium gentium reges. Itaque ab Hora-  
tio Ode 14. domina Roma vocatur, ab Ammiano Mar-  
cellino lib. 14. domina & regina. In Codice Iustiniani  
lib. 1. tit. 17. caput orbis terrarū. Quin & Apoca. 18.  
ita ipsamet inquit. Sedeo Regina, nec sum vidua, nec  
luctum videbo. Et rectē magna, cuius mœmorum am-  
bitum Aurelius Imperator, ad 30. millia passuū, vt scri-  
bit Vopiscus, ampliavit. Sybilla quoque, Spiritu fatidi-  
co afflata, eadem de illa ac tota Italia, quæ & Apocali-  
cap. 18. ita cantauit, libro quinto suorum oraculorum,  
magni ab antiquis Patribus habitorem.

1560

Deque polo veniet sidus magnum, in mare magnū, Italia est Ba-  
altumque exuret pontum, atque ipsam Babilonem. bilonia.  
Italia

Italiae terram per quam periere frequentes  
 Sancti Hebraeorum fidi, delubraque vera.  
 Tum verò duros patiere scelesti labores,  
 Præmia digna tuis factis: desertaque in omne  
 tempus eris, tempus deserta manebis in omne.  
 Osa solum proprium, quia delectata veneno es,  
 mater adulterij, marium teterrima nutrix  
 concubitus. vrbs mollis, iniqua scelesti, nefanda,  
 Eheu vrbs terræ prorsus impurata Latinae,  
 Mœnas viperea, ad ripas viduata sedebis,  
 teque suam vxorem, Tyberis lachrimabitur amnis.  
 Impius est animus tuus, & cor corde cruentum.  
 Nescis quid possit Deus, & quid cogitet. atque  
 Sola inquis ego sum, non sum superabilis vlli.  
 Nunc Deus æternus, disperdet teque tuosque:  
 Nec super vlla tui, in terra monumenta manebūt.

Roma scelesti  
 nefanda.

Patres Romam  
 Babylonem  
 vocant.

Patres autem hi sunt. Eusebius Ecclesi. histo. li. 2. cap.  
 14. Petrus priorem Epistolam Romæ texuisse dicitur.  
 quamquidem epistolam ibi perscriptam ostendit, dum  
 ciuitatem illam verbi trallatione, Babylonem appellat  
 dicens: Salutat vos ea quæ est in Babylonia simul elec-  
 ta. Ita Papias Iohannis Euangelistæ auditor, vt legi-  
 tur Tomo 1. Hieronymi in catalogo scriptorū. Et Pe-  
 trus inquit in epistola prima, sub nomine Babylonis, fi-  
 guraliter Romam significat. Sic idem Hieronymus ad  
 Marcellum scribens pagina 122. typi Basiliensis, nō ali-  
 am existimat describi a Ioanne in Apocalypsi Babylonē  
 quam urbem Romam, ac to. 3. quæstione 11: ad Alga-  
 siam similiter scribit. Item in prologo lib. de Spiritu S.  
 Romam aperte Babylonem appellat. Et Tertullianus in  
 libro

libro aduersus Iudæos. Nec hoc nouum scripturis diuini-  
 nis, figuratè uti translatione nominum, ex comparatio-  
 ne criminum. ita Propheta ad populum Israel dicit. Pa-  
 ter inquit tuus Amorreus, & mater tua Cethea, quorum  
 ex genere prognati non sunt, sed ob consimilem impie-  
 ratem: Sic & Babylon apud Ioannem nostrum, Roma  
 ne vrbis figuram portat, proinde & magne & regno su-  
 perbe, & sanctorum debellatrici. Augustinus Cap. 21.  
 lib. 13. de ciuitate Dei. Conditæ est Roma, velut altera  
 Babylon, & velut prioris filia Babylonis. Ioannes Au-  
 gustinus lib. 5. pagina 573. bella Hyldebrandi qui Grego-  
 rius 7. erat, describens Anno 1077. plerique tum priua-  
 tim, publicè indignum facinus clamitant: pro concio-  
 ne Gregorio maledicunt, Hyldebrando malè precantur:  
 ipsum odio atque libidine dominandi præcipitem agi  
 vociferantur, Antichristum esse prædicant. pietatis sub  
 specie, in quibus, debacchatur, honestis nominibus bo-  
 num publicum simulat, titulo Christi, negotium Anti-  
 christi agit: In Babylonia, in templo Dei sedet, super  
 omne id quod colitur, extollitur, quasi Deus sit, se erra-  
 re non posse gloriatur: in excolenda gloria sua, perti-  
 naci spei, atque concupiscentiæ, imperatoris suo arbitrio  
 constituendi, se deuouit: homines non peccatis, sed le-  
 ge Christi atque Sacramentis soluit, pacem atque pieta-  
 tem religionis nostræ labefactat: stupro, cædi, periurijs,  
 perfidiæ, rapinis, incendio indulget. Sed iam satis est  
 veterum testimoniorum recentiora quoque, & quidem  
 ipsorummet ciuium Romanorum cognoscamus. Fran-  
 ciscus Petrarcha, anno Domini Iesu 1375. mortuus.

Quo tempore  
 Christo nomē  
 dederat.

Gregorius 7.  
 est Antichri-  
 stus viuis.

Petrarcha de  
 Roma.

Fons ærumnarum, domus iræ, plena furoris,  
 Errorum ludus, sectarum mobile templum.

k

Roma

Roma quidem fueras, nunc es Babylonia fallax,  
 Ex qua tot luctus gemitusque feruntur in orbem.  
 O fraudum mater, carcer teterrimus ire,  
 Carnificina boni, sed iniqui sedula nutrix!

Ioachimus ab  
 bas.

Quid hic dicam de illo Abbate Ioachimo? pleni sunt  
 commentarij illius. in Esaiam & Ieremiam dictis eius  
 modi. Quæq; de Israelitis olim scripta erant, hæc ille ad  
 Ecclesiam carnalium Christianorum refert. Quale illud  
 est super Ieremiam Cap. 39. Aurum oblatum est Christo,  
 cuius ope fugeret in Aegyptum, Myrrha qua subiret pa-  
 tulum, thus, quo Deum laudaret, non quo rebellaret  
 Herodi, & esset oneri Pharaoni. non vt delicijs vacaret  
 & gulæ illecebris moderni vicarij Saluatoris, thus negli-  
 gunt, myrrham negligunt, & aurum quærunt. vbi cum  
 domina Babylone poculum in aureo calice misceant, &  
 cæteros de abominatione sua inficiant sectatores. Puto  
 ego de talibus Daniele differere. Cum videritis, inquit,  
 abominationem desolationis stantem in loco Sancto,  
 qui legit, intelligat. locus Sanctus est Ecclesia, sanctifi-  
 catus sanguine Christi. abominatio est prelatus immun-  
 dus. Et super caput 50. Licet autem contra (Caldæam  
 & Babyloniã) Alemaniam atque Romam, (biceps  
 gladius) veniat punitium plurimarum; ego populum  
 Christianum, versum in Babylonium Caldæum, intelligo  
 conuersionem operum perditam, & operum impietate  
 fœdatam. Et Capite 51. Sciendum est, quod Esaias pri-  
 mo præmisit de Babylonis exordio, scilicet Romæ. quia  
 diebus eius exaltabatur in Regno; & Ieremias merito  
 in eam finem facit, vt cum ea mundus in futuro iudicio  
 destruat. et si Romanum Imperium iam tendat ad ni-  
 hiliũ

Populus chri-  
 stianus Baby-  
 lonicum ver-  
 sus.

hilum, & Caldæorum. Talia multa leguntur in Ioachimō, Venetijs permissu summi Pōtificis impresso 1525. titulus est, Abbas Ioachimus magnus Propheta. & Ioannes Staphyleus Episcopus in oratione Romę habita, ad Rotę auditores de excidio vrbis Romę anno Christi 1527. Vnde hæc, quæso, Reuerendissimi patres, quasue ob causas, tot & tam grauissima incommoda nobis euenere? Nempe quia omnis caro corruerat viam suam, eramus omnes ciues & inhabitatores non Romę Sãctę, sed Babylonis, vrbis peccatricis, de qua impletum est temporibus nostris verbum Domini in Isaia. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicio & sanctitate? iustitia prius habitabat in ea, nunc Sacrilegi & homicide. Vbi animaduertendum est iuxta Ecclesiasticam veritatem, futura fuisse præsentia Prophetis, quasi iam futura, præsentia cernerent oculis mentis. ac declarat seipsum Propheta verbis de futuro, subiungens, derelinquetur filia Syon & desolabitur sicut in vastitate hostili. Hanc filiam Syon Ioan. Apostolus in Apocalypsi interpretatur, non Ierusalem sed Romanam prorsus urbem. quod ex illius descriptione, si introspicimus in aperto est, dum exponens Ioan. seu verius vnus de septem Angelis Ioanni visionem, quam vidit super damnatione mulieris meretricis, sub nomine Babylonis intelligit hanc urbem. Et explicato loco Ioannis, ita concludit. Si his locupletissimis testibus non credimus per Babylonem urbem hanc significari, effectibus saltem hoc tempore lamentabiliter subsecutis credere oportet. multa huius generis consulto prætereo.

Vbi vide Antoni, vt boni isti viri, matris suę Romę

Staphyleus  
Episcopus ro-  
manus.

Futura pro-  
phetis præsen-  
tia.

Roma Babili  
& meretrix.

Romę, ingenuè confitentur vitia : quę vos versutissimi palpatores semper tegitis. ac confer obsecro illius Asiaticę Babylonis, cum hac vestra occidentali delicias, quę solę illum insuperabilē superarant Alexandrū magnum, vt Curtius auctor est. confer vtriusq; magnitudinem, fluuios cęteraq; plura ita tute quoque fateberis meritò id eam cognomen sortitam esse. Mitto illa quę in vestra confusè aguntur, Babylon enim confusionem significat. Nam Sacerdos & Minister, summus est omnium Dominus. qui solo quondam gladio Spirituali insignis erat, mundanum quoq; sibi arrogauit. qui sola Cathedra Pastoralis diu contentus fuit, nunc & Imperium Cęsarum more, imo supra Cęsares, Reges, Principes sibi vsurpat. olim pauperrimus, nunc omnium ditissimus. quondam patientissimus, nunc pro principatu, bella cum regibus gerit. prior ille, profudit suum pro fratribus sanguinē. hic posterior, eorundem immanissime exsugit. cadentem ille ante se centurionem sustulit. iste summos Imperatores, procumbere ante suos pedes sinit. Cruci ille, sursum versis pedibus affixus erat. iste crucem crepidę suę insuit. Clerus olim subiectus Magistratui erat : & castissimè vixit, nunc idem Dominos rerum regit, mundana tractat, spiritualia negligit, apertè scortatur, sacra, lingua Latina apud non Latinos, peragit, Sacerdotia precio emit, adolescentuli in Italia, creantur Episcopi, Ephebi Abbates, Aulici, Parochi & Canonici, sacri- ficuli plerique, rerum Sacrarum ignari. quondam Beremite, nunc degunt in vrbibus, & splendidis palatijs. vulgus rerum Christianarum prorsus rude, vita Ethnicum, cui latus ad inferos pons est mutilata eucharistia, aqua

Causę istius  
cognominis.

Petri & Papę  
comparatio.

Vulgus anti-  
christianum.



aqua lustralis, missæ auditio, peccatorum in aurem sacri-  
fici sine pœnitentiâ enumeratio, spes omnis auxiliij San-  
ctæ Maria. & tot alij tutelares dij. preces garrulū quod-  
dam murmur, fides dubitatio, peccatorū remissio, ignis  
purgatorij. omnis religio, delectus ciborum, ad diuorū  
sepulchra peregrinatio, imaginum & mystici panis ve-  
neratio. breuiter omnia prope confusa, inuersa, corru-  
pta.

Quæ cuncta vt à tuis amoueas, nos ipsos An-  
tichristi esse mēbra autumas. quod si ita est, vbi horum  
membrorum caput? sine quo, num est verisimile, tam  
diu nos esse potuisse? Itane vero Antichristus vobis ta-  
lis est, cuius prius pedes præcedant, deinde & caput se-  
quatur? Mirum & id, veteres Historias scriptas de vo-  
bis, nondum exortis esse. an Historiæ sunt prophetiæ?  
Sin aliqui ita, quemadmodum nos hodie de rebus diui-  
nis senserunt, tam non fuerunt Hæretici, quam nos nō  
sumus, qui vobis vera dicimus, & errores tanto æuo e-  
natos, amice ostendimus. Centurijs Flacj Illyrici de-  
trahis. cedo nobis veriores? quas si legisti an non in eis  
quasi omnem succum veterum Theologorum, de præci-  
pui religionis capitibus expressum vides? Scribi omnia  
in tanta breuitate, non potuerunt. ac satis fuit Historiæ  
illius auctoribus, doctrinam nostrā, cum melioribus illis  
antiquis patribus, congruentē ostendere. E quibus,  
si nonnullos errorum vestrorū facitis socios: tantò error  
peior est, quātò antiquior. Sæper illud Esaie vatis, Eccle-  
siæ succurrat, ad legē & testimoniū. ad fōtes potius quàm  
ad cisternas, humana manu factas recurrēdum est. Nam  
in solis Sanctis scriptis, sita est infallibilis veritas. hæc

Euangelici  
non sunt anti-  
christi.

Centuriæ hi-  
storiæ ecclesi-  
asticæ.

Euangelici nō  
sunt auctores  
bellorum.

sunt lapis Lydius, quo omnis probatur adulterina do-  
 ctrina. Iam omnium tumultuum bellorumque in Galli-  
 a, Angliā, Belgio, Scotia, auctores nos, sanè immerito  
 facis. Quibus malis vestra immanitas & Hispanica illa  
 inquisitio, occasionem præbuerunt. Exarsit fateor no-  
 strorum etiam furor, læsa illorum Domini patiētia, mor-  
 tales enim, dii non sunt. Strinxit Petrus in iniuria gla-  
 dium, à qua & Macchabæi suos defenderunt. etiam illo  
 tempore belligerabant Christiani, cum ad illos ita scri-  
 beret Iacobus Apostolus, vnde bella & pugnae inter  
 vos? ac vel inde rei huius apparet veritas, quòd nun-  
 quam fuerit tantus nostrorū numerus, vt vos innumera-  
 biles, & ab omnibus rebus paratissimos, primi lacefferent.  
 Admonuit pridem omnes Iesus gladiū se & ignem, non  
 pacem missurum esse in mundum; Id quod ita nostra e-  
 tiam tempestate accidit. postquam enim nos Deus pa-  
 ter, pro sua erga electos clementia, quali à somno igno-  
 rantie excitatos, conuersam in tenebras veritatem, pro-  
 ferre in lucem iussit: vos primi eam nouam esse, & com-  
 modis officere vestris rati, vi obruere conati estis, no-  
 strosque maiores in tantum varijs tormentis excrucia-  
 stis, donec & ipsi, cognito illo in Apocalypsi diuino præ-  
 cepto, par referrent pari. Reddite inquit Babyloni, sicut  
 & ipsa reddidit vobis, & duplicate ei duplum secun-  
 dū opera eius, in poculo quod propinauit, propinate ei  
 duplum. que quidem de Babylone noui Testamenti di-  
 cuntur, vt illa de veteri. Psalmo 137. Filia Babel vasta-  
 ta, beatus qui retribuet retributionem tuam, quam fe-  
 cisti nobis. beatus qui apprehendet, & allidet paruulos  
 tuos ad petram, ac Jeremie 50. vltro Iehouæ est, sumite  
 vindictam de ea, sicut fecit, facite ei.

Fecit

Christus im-  
 mittit gladiū

Babyloni par  
 pari relatum.

Fecit hoc idem Zisca cum suis in Bohemia, cum & illo Zyſca Boe-  
mus.  
 tempore, lux inuisa tenebris eſſet, & Eſau Iacobum o-  
 dio haberet, que in mea de fratibus Bohemis Historia,  
 quos vulgo Valdenses, mali Picardos vocant, fuſè per-  
 ſecutus ſum. Quod ſi hæc ignoras, puer es, vt primum  
 Maria Angla, fatiſ abſumto Eduardo Rege anno 1553. Auctores tur.  
barum papistæ  
 infinitas fecit cades hominum, Papæ genua flectere re-  
 culantium. primi Franciſcus & Henricus Reges Gallie,  
 in Chriſtianos innocuos deſauierunt. quod cum & Gui-  
 ſij Duces cum ſua factione, Rege puero, non minus cru-  
 deliter facerent, natum hinc erat illud primum bellum  
 ciuile anno 1562. quod multos mortales abſumſit. Pri-  
 mus Dux Albanus, gente Hiſpanus, patientiſſimos Bel-  
 gas dolo perdere cœpit a. n. 1567. Tandem Deus pa-  
 ter, vicem liberorū ſuorum miſeratus, exciuit quosdam  
 Principes, qui vndique oppreſſos ab iniuria vindicarēt. Deus ſuis de-  
fenſores excl-  
tauit.  
 In Anglia Elizabetham Reginam, Mariæ ſororem, ab  
 anno 1559, hætenus proſperimè ſuos regentem. quam  
 cum vniuerſo Regno pius ꝑ. Papa proſcripſit, & præde-  
 cuiuſuis expoſuit. In Gallia Ludouicum Borboniū Prin-  
 cipem Condensem, cum multis alijs generoliſ viriſ, In  
 Belgio Vilhelmum comitem Naſſauienſem, Principem  
 Auraicum. & horum adiutorem; Caſimirum comitem  
 Palatinum Rhenanum, Bauariæ Ducem. Qui omnes  
 Abrahami Gene. 14. Moysiſ Exo. 2. Macchabeorū atqꝫ  
 Constantini magni exempla imitati, ſimul & illiſ præ-  
 ceptiſ, de liberandiſ oppreſſiſ victiſ, prou: 24. Ieremiæ  
 22. Sirachi 4. Capite, veros Chriſtianos, ab violentia fal-  
 ſorum defenderunt. Scotici Regni ſtatus ignotus mihi Scotici regni  
ſtatus.  
 eſt: quò etiam penetrare cupientē, Angli prohibuerunt.  
 Attamen

Attamē cum haud procul à finibus regni illius abessem, intellexi eundem Spiritum, cui late patens mendacium gratum est, odiosa paucis semper nota veritas, quosdam primum commouisse ne & in illas cautes, sincerum Euāgelium importari paterentur. inde ille turbe, quas suo facinore Maria concitarat. que ab anno 1567, adhuc pœnas luit in carcere Anglico. Quæ si minus Dauidi cuiusdam Italo obsecuta fuisset, nunc regnaret non seruiret Regina. Quam tamen filius ipsius, Rex Iacobus, eiusdem nobiscum religionis, cæde Darlei sui patris, vitam præferens crudelis matris, sibi reddi postulat.

” Currere nos à nemine missos, ideoque Antichristi membra esse ais. Homo, an non licuit Babylone, ad illam vocem Angelicam egressis: Exite

” Babylone, popule mi, ne participes sitis peccatorum, plagarumq; eius, eidem populo Dei, ordinem à vestro alio enim, constituere? Certè in omni, ex locis difficilibus, exitu, Duce opus est exeuntibus. Egressi igitur, cum ordinem in constituendis ductoribus sequuti sumus, qui est in actis Apostolorum Cap. 1 & 13. descriptus, factio ante delectum, ad Ecclesiastica ministeria idoneorum. Data est enim ea Ecclesiæ Dei facultas, vt liget, soluat, & omnia ordine agat. Sed tu hoc tuum, à nemine missos, de solo interpretaris Papa. Scilicet tam is consentiret, hoc vt quod iam factum est fieret, quàm meretrices assentirentur, vt ex lupanari pudica domus redderetur. Extra ordinaria fuit, Possesine, tam Christi quàm Prophetarum, & Apostolorum missio, cui nostrorum etiam ministrorum similis est. De generantibus Abrahamæ filijs, Deus alios ex lapidibus excitauit, & clauibus ligandi soluendique donatos, ora ipsorum, mirabili quadam sapientia

Euangelici ordinem ministrorum constituunt.

piencia impleuit. cui obloqui fortassis aliquid nonnulli  
vestrum: Sed se ita opponere, vt non inferiores è pugna  
discedant, nulli possunt.

Perstrepere tu eos dicis, qui Spirituale Christi Regnum, quod est Ecclesia,  
dominatibus temporalibus subijciunt. Quod non dubi-  
um est, quin ad ordinem clericorum, qui tibi solus est  
Ecclesia, referas. at quid ais bone vir? profecto te hæc  
vox prodit tua, vnum ex illorum esse numero, de quibus  
sic Iudas Apostolus. Sicut Sodomitæ, ita & isti sopiti,  
carnem quidem polluunt, Dominatum vero reijciunt.  
hinc vero cuius videre licet, eos qui hæc faciunt, esse  
meros Antichristos, Christus si quidem æternus Sacer-  
dos, Dominus Ecclesiæ & Cæsaris conditor, reddidit cõ-  
sum Cæsari, darique iussit, coram Pilato stetit, Senten-  
tiam illius, quamuis iniquam pertulit. Exemplum dedit  
vobis, vt sicut ego feci, ita & vos faciatis, item illud, non  
est maior seruus Domino suo & regnum meum non est  
ex hoc mundo, dixit. Petrus quoque eius Apostolus,  
Deum timendum esse, Regem autem honorandum nos  
omnes docuit. alter etiam, omnem animam, subijci de-  
bere magistratui scripsit. cui qui se opponit, is Dei or-  
dinationi resistit. quæ duo, videlicet tam honor, quam  
subiectio, in obediētia & sui demissione cõsistunt. Quo-  
circa prisca illa Ecclesia, Christum Magistrũ suum, multo  
melius, quam vestra hodie imitata, magistratus, Domi-  
nos suos appellauit, & se obediētissimè erga eos gessit,  
id quod testatur Apostolorum acta, & tot veterum mo-  
nimenta. Donec tandem iste Christi aduersarius, non si-  
cut Petrus, sed quemadmodum Deus, in templo Dei cõ-  
sedit, caput supra omnes extulit, se ac suos omni regum

Christus pa-  
ruit magistra-  
tui.

Prisca ecclesia  
magistratui  
se subijciebat.

Imperio exemit, quos Dominos debuit; eos filios suos vocare cœpit, & regium Sacerdotium, atque Monarchiam Ecclesię quintam, vtisseuchus in defensione donationis Constantię, & Prieras scribunt, constituit. In quo illud Apocalypticum visum impletum est. Decem cornua quę vidisti, decem Reges sunt. hi vnum consilium habent, & vires ac potestatem suam bestię tradēt. Quare illum verissimè Paulus Epistola ad Thessa. ex legem appellauit. verissimè etiam Auentinus de illo nefando mago, qui Gregorius 7. dici voluit, ista scripsit. Persuaserat, inquit, sibi tempus oportunum venisse, quādo Romanos flamines à seruitute vindicaret. Imperatoris iugum, eius opibus deminutis excideret, authoritatē antiquaret, omnem potestatem in se transferre liceret. itaq; Principatum Pontificalem confirmaret. nihil speciosius videbatur, quam sublato metu neminem mortaliū formidare, & vt liberet Ecclesiastica libertate perfrui, atq; esse Imperatorem, cuius arma, vis non metuerentur: vt qui arbitrio Roma. Pontificis, precario duntaxat regnaret. Gregorius ergo hęc mente obseruans, Saxonum animos, verbis confirmat sibi hanc rem, curę fore respondet, se propediem in Germaniam profecturum pollicetur. Hęc lib. 5. pagina 569. Ingolstadiēsi. nam Basiliense exemplar aliter est distinctum.

Quæro igitur ex te Possuine, num & iste Auentinus, & ille alter perstrepat, qui hęc scripsit? vterque autem vestre religionis? Eiusdem, inquit, sortis perpetui magistratus sunt, vt puta Papa, Imperator, Rex, & Princeps quilibet. nam & eos in ius vocari nihil vetat, quod nisi admiserimus, fore vt quod ipsi deliquissent, nunquā vindica-

Papa exlex.

Gregorius  
principatum  
pontificalem  
confirmauit.

Papam licet  
vocare in ius.

vindicaretur, & aduersarij ius deperiret, quod opinandum non est. hæc est sententia iuriconsulti Regis nostri Sigismundi Augusti, Petri Royzj Maurei Hispani, 4. decisione Lituanica. quam ille multis firmat aliorum iuriconsultorum testimonijs ita igitur isti de vobis. Tu verò quid de nostris Ministris? Ipsi se apostata, ministrique Hæreticorum, regnis & regibus præfici volunt.

Ministri Evangelici non sunt ambitiosi.

Quod verè scripsisses, si id vel vnico exemplo atque testimonio confirmasses. adeò enim nostrarum Ecclesiarum Ministri, parèt omni ministratui, vt se duci in carcerem, plecti, multari, si quando delinquant, non recusent: & ea præstant omnia, ( tamen vsque ad aras vt aiunt ) quæcunque is vnquam imperarit. Sin autem metas officij sui excedât, in hominum potius quàm Dei manus incidere malunt, nusquam ita præsumunt suis, quemadmodum Baal Romanus vobis. Noti sunt tibi Reges Euangelici, nimirum Nauarreus, Anglicus, Scoticus, Danicus, Suedicus, apud quos ne vnum quidem ex nostris Pastoribus, tam ambitiosum esse inuenies, quales Episcopi vestri sunt, qui officio Ministri, Dominos se vocari abs suis regibus patiuntur, æquã cum illis ne dicam maiorem obtinent possessionum partem, latera illorum dextra, in omni confessu claudunt. arcanorum quorumque eorum consiliorum, iurati Papæ serui, conscij sunt. in omnium reipub. partium administrationes, impudenter se ipsi ingerunt.

Reges Euangelici.

Sed vt tua quædam, de nobis inuidiose scripta præteream, ne responsio ad singula, in immensum excrescat, inflammas, iterum animum placidissimi Regis, aliquot regum superiorum seculorum exemplis, ad nos coercendos exterminandosque. En animi

mum Iesuite, verè Esauticū & Cainianum! Caritas, Posseuine, proximum non afficit malo: patiens & comis est, non agit perperam, non cogitat malum, quam & Petrus animo in fratres propenso, adijcere iubet. qua Christus magister noster perfecte præditus, neminem vnquã perdidit, nec quemquam ob religionem, vita priuari iussit.

Antichristus  
filius perditionis.

Antichristi est igitur hic Spiritus, qui Antichristus, ideo filius perditionis ab Apostolo dicitur, quod tam sibi contradicentes, quam se sequentes perdat. Veteres illos hereticos, in vnum nobiscum fasciculū inuoluere iniquum est, verū id multò iniquius, quod nos vti Ethnicos & publicanos habendos esse, qui Ecclesiam non audiamus, existimes. Audiremus, o bone, hanc vestram Ecclesiam, si nunc esset, veri non falsi columna: Si que non ea præciperet, que vetat Christus caput Ecclesię. quod cum faciat, illi potius obsequimur de quo hæc vox cœlitus extitit. Hic est filius meus dilectus, in quo complacitum est mihi, hunc audite. Hinc tibi Ethnici, hi publicani sunt? Et Ecclesiam tu quidem vocas eam, quæ solius palatij Romani, clausa est mœnibus: ex qua tanquam ex tripode oracula prodeant. Nos contra nullis eam terminis circumscriptam esse agnoscimus: Sed disperse de gere eum hominum numerum aimus, qui Deum ex animo timent, colunt, solum inuocant, ei morigeri iustitiam seruāt, misericordiaque ipsius & Christi meritis freti, salutem sperant. hi sunt, Antoni, vera Ecclesia Catholica. Non inficias eo Romanam talem quondam fuisse, que erat audienda: nunc verò adeo corruptam, vt sit tãquam contagio vitanda, esse dicimus, & certissimis demonstramus argumentis. Et quamuis tu nos, qui sym-

bolum

Quid sit ecclesia.



bolum Apostolicum, Nicanum & Athanasianum integre confitemur. & Ethnicos & apostatas, & hæreticos esse, breui perituros putes: tamen hi cœtus nostri, vt tamdiu salui mansere, ita porro, crede id si potes, integri permanebunt, donec auctor illorum ad vos lucis diuine ingratos puniendos, ex alto descendet. Hæreticos excipio, quibus ne ipse quidem diuturniorẽ vitam, quàm fuit priorum polliceor.

Albingenses Sacramentarios, Valdenses te vocare arbitror, si sunt: durant hi quoque tam diu, licet tu centum illorum millia à Gallis, interemta esse glorieris. Cur id? quia planta, quam pater cœlestis inseuit, nequit ab hominibus eradicari, non est consiliũ contra Dominum, non diuina voluntas, humanis consilijs impediri potest. non Esau, ne Iacobo destinata felicitas obueniret, non Pharao vt Moyses aquis obrueretur, non Saul, ne Dauidem successorem in Regno haberet, non Solomõ, ne se mortuo, Roboamus regnaret, non Assuerus, ne Cyrus, Israelitarum è captiuitate Babylonica liberator, filia ipsius procrearetur, neque Herodes, vt conseruator hominum Iesus, gladio periret, non Iudæi, non Romani, vt Euangelica doctrina extingueretur, perficere potuerunt. Et quamuis vos quoque istorum similes, fratres nostros inde ab exortu Luteri, vsq; ad Annũ Christi 1557. quę vestra Catholica pietas est, centum & quinquaginta millia in Europa, varijs modis peremeritis, quod nobis narrare solebat Paulus Vergerius, Episcopus Iustinopolitanus, papę consiliorum bene conscius: tamen vos votorum vestrorum fieri compotes, non sinit diuina maiestas, crescit enim magis ac magis, instar gra-

Valdenses.

Numerus Euangelicorum à papistis occisorum.

ni Sinapis, inter vestras spinas, hoc purius Dei regnū. quod vobis hoc, ita esse videtur, quemadmodum illis ad quos hæc Christus: ecce inquit Regnum Dei intra vos est, non ita veniet, vt obseruari possit,

Enumeras etiam exempla, prælijs à vobis superatorum, nostra memoria Euangelicorum. quæ omnia doctissimum Regem, historias libenter legentem, minime latens. Verùm vt nos non ignoramus, per sæpe deteriores superare meliores: ita tu non animaduertis, quis hæc agat, & cuius permissu ista fiant. Audi ergo, quæ de illo veteri Imperio Romano, & vestro ex eo enato Ecclesiastico, scripta sunt in diuina Apocalypsi.

Bestiæ Rom.  
data est potestas  
vincendi  
sanctos.

Datum est inquit bestiæ, bellum gerere cum sanctis, & eos vincere. Cui data est potestas in omnem tribum & linguam & gentem. Sic alibi de eadem re. Vidi mulierem insidentem bestiæ coccinæ, plene nominibus blasphemiarum, ebriam sanguine Sanctorum, & sanguine martyrum Iesu. Sic Daniel, & de Antiocho Epiphane, qui fuit figura Antichristi. In nouissimo Regni eorum, stabit Rex fortis facie, & vastabit robustos & populū Sanctorum & dirigetur dolus in manu eius. Quarum caditum, quod præmium? Audiui, inquit, vocem magnam, turbæ multæ in cælo dicentis Halleluia. salus & honor, & gloria & virtus Deo nostro. quia vera & iusta iudicia eius & meretricem illam magnam, quæ corrupit terram fornicatione sua, damnauit. & vindicauit sanguinem seruorum suorum, de manu eius, Deinde secundo dixerunt Halleluia. & fumus eius ascendit in sæcula sæculorum. Quæ nos doctore Spiritu S. didicimus, scripta de Roma esse, tam illa antiqua, quam vestra recentiore. cuius manus datum Christus, cruci per Pontium Pilatum Romanum affixus

affixus est, & innumerabiles postea Sancti Dei, vsque ad hæc tempora contrucidati sunt, Deo hæc omnia fieri permittente. Tigurini ad illud ciuile bellum, in quo Zuinglius castra suorum, velut quispiam Israelitarum Sacerdos, more patrio secutus cecidit, inuitissimi, nec nõ nisi magnis pagorum Helueticorum iniurijs lacepsiti descenderant. è quorum fortuna, si religionem ipsam, prauam esse argumentaris: idem te ex illis tot Israelitarum cladibus, aut Christianorum sub antiquis Imperatoribus, nouem persecutionibus colligere oportebit. Idem Catholicam fidem verissimam esse, sed Põtificiam, cuius sunt vicini ipsis pagi falsissimam, vt ante ita nunc profitentur.

Tigurini infe-  
liciter cum pa-  
pitis consi-  
gunt.

Centum millium rusticorum ruinam, malè Euangelicis annumeras. non enim propter religionem, illa tam dira perpessi sunt: sed quia arma aduersus Magistratus suos sumserant, vt se contra naturam agrestium, in libertatem asserent. à quo ipsos consilio, impulsu Anabaptistarum, tum exorientium suscepto, Luterus dehortatus est: & quia in contumacia persistabant armis armatos persequendos esse suasilit. Exorta fuit, huic similis seditio in Hungaria, decem ante annis, cõm nondum auditum esset nomen Luteri. nam & tum rustica plebs, intolerando nobilitatis dominatu exasperata, quadrimestri spacio 70. hominum millia (inter quos 400 erant Nobiles) interfecit: postmodum & ipsa oppressa. Quod ad Carolum Quintum, haud res magnæ fuit operæ, potentissimum & bellis exercitatissimum Imperatorem, duos vincere Principes Germaniæ, aliquot ciuitatum auxilijs fultos: ideo quod Concilio Tridentino sus-

Bellum russi-  
corum anno.  
1524.

Carolus Impe-  
rator vicit ger-  
manos anno  
1547.

hijci

hijci recusarent. Iam ex euentis facta notare velle, imò  
 prudentissimè est, quando iudicia Dei, sæpe alia ratione  
 quàm armis, Regnum suum in terris propagantis, sunt  
 abyssus magna. At quos Imperator vicit & non Chri-  
 stum auctorem Euangelij, quod adhuc in Germania flo-  
 ret: Sed Saxonem tantum & Landgrauium. quos po-  
 stea, ab vnico Mauricio Principe Saxonie coactus, cu-  
 stodia dimisit. Itaq; non Imperator, sed Christus vicit,  
 cuius Regnum post illud bellū, multò magis ampliatur  
 est. Iridem Carolus 9. Regem Gallorum Calvinianos, qui contra ipsum armā  
 corripuerant, prorsus ad vnum, quater superasse, atque interfecisse scribis. Quod  
 non satis erat simpliciter, absque testibus dixisse. Cer-  
 tius igitur hoc est, nunquam illos homines, vel ad arma  
 aduersus suum Regem, primos descendisse. vel ea sine  
 graui causa sumisse. Curatores reguli, ineunte anno  
 1561. fratri Francisco surrogati, ac ipsa Itala mater Ie-  
 zabele deterior, cœlum terrę miscebāt, tam vt propin-  
 quos regios Nauarreum & Condeum, ab omni cura re-  
 rum remouerent, quàm vt homines afflictissimos, Papæ  
 obedientiam detrectantes, planè contererent. Sed adeò  
 spe frustrati sunt sua, vt inuiri ad inducias, sexies iā re-  
 petitas confugerint. Vnde videre est, te hoc etiam fal-  
 so scripisse, quasi omnes vsque ad vnum Calviniani cõ-  
 trucidati fuerint. certè non cum mortuis, inducias viuū  
 paciscuntur. Redi in Galliam, videbis quod ibi nunc  
 sint Euāgelicorum millia. qui sibi haud secus pacem ar-  
 mis acquirere, quàm id fecit Constantinus in Rom. Im-  
 perio. Sed sit vestra in omnibus rebus cruentis gloria  
 tio, nostra autem partim patientia, partim vi extorta  
 defensio.

Bella gallica.

hifce &

Hæc & ista attexis, solius vndecennij spatio, iustitio extorto, perruptisque iudiciorum & potestatis regie tribunatibus, quingenta minimum, hominum milia, hæreticis omnia turbantibus, in gallia Belgioque esse interfecta. quarum tu rerum haud exiguam partem vidisti.

Numerum occisorum, tu videris, ex quo petas catalogo. Perrumpi iudicia, Antoni, Marte furente, mirum non est. Nam tū vi, non legibus, geritur res. Talia verò illo tempore fuerunt iudicia, quale & illud in Actis. percutiet te inquit, Deus paries dealbate. & tu sedes iudicans me secundam legem, & legem transgrediens, iubes me cædi? Profecto enim tunc etiam in Gallia, iudicum sententijs, innocentissimi homines, qui vim, pro virili repellebant vi, contra Legem diuinam occidebantur. quos de Imperio certasse, siue illa turbasse regna, tam verè dicis, quam illi hæc de Christo: Comperimus istum peruertere gentem, & concitare populum, docendo per vniuersam Iudæam. Item alij de huius Apostolo Paulo: Comperimus virum hunc esse pestilentem, & qui moueat seditionem omnibus Iudæis, per vniuersum orbem. Pridem id Antoni, dictum à Domino erat, Regnum Dei vim pati, & violentos illud obtinere. Dictum & hoc de maioribus vestris, in quorum vos hodie sedere cathedris gloriamini. Væ vobis scribæ & Pharisei hypocritæ, quoniam clauditis Regnum cælorum coram hominibus. Vos enim non introitis, nec introeuntes finitis introire. Cum igitur hæc etiam atate, non sinerent vestri, illò introire nostros, res ad arma deuenit. Quot ego, Antoni, recordor è corpore nostro, ab anno 1559. in Gallia igne, crudelissimo omnium supplicio, quot postea ferro, à vestris Catholicis consumptos esse: vidi & in Belgio Valentie vrbe Hispanica, viuum quendam cremari. Vidi ad Antuerpiam palis

Quis turbabat galliam.

Euangelici occiduntur.

palis infixorum, & de crucibus pendentium quasi syluā.  
hac tam immania minimè sceleratorum cruciamēta, mi-  
rum cui videri potest defensionem sui elicuisse? ac nisi  
hanc tantam crudelitatem vestram, nostrorum quoque  
furor repressisset, excisi iam omnes Euangelici fuissent,  
nisi Zisca deprauatissimi illius seculi homines, Sacerdos  
tes & Monachos, flagellis ferreis, benè triturasset, haud  
facile post Concilium Basiliense, Bohemis & Morauis  
calicem Domini cæteraque permisisset.

Zisca.

Dicis Nosodochia & cœnobia vestra, sacrarumque virginum Monasteria, e-  
grotis & pauperibus perfugia, ne vni quidem hæretico Ministro cum sua, filiorum &  
mulierum turba capiendo, vel atendo sufficere. Antoni Vidisse te Gal-  
liam affirmas: sed cur non vidisti, ministros Euangeli-  
corum penè omnes in ea calibes? qui an nunc ducant  
uxores, mihi non constat. Verum fac rei huius pericu-  
lum, videbis non vni, sed omnibus simul qui sunt in Li-  
tuania, verbi Dei Ministri, solum Claustrum sociorum  
Iesu Vilsnense, abunde omnia ad victum suppeditatu-  
rum esse; adeo sensim varijs modis ditescitis, vt intra nō  
longum tempus, omni clero Romano sitis opulentiores  
futuri. quod haud facilè crederem, ni & ipse viderem, &  
ex certissimis testibus audirem, tot vestros agros, iuge-  
ra, prædia, domos, palatia, vectigalia. Et tamen vos gra-  
tis iuuentutem docere simulatis. Christe diuine feres tã-  
tam istorum fallaciam, atque hypocritism? at quid do-  
cent? ea quæ nos dediscere iussisti, nempe fratrum suo-  
rum, atque veritatis nunc denuo patefactę capitale odi-  
um, omnis superstitiosę religionis cultū, purissimę theo-  
logię, argutijs Philosophicis obscuracionem, deastri illi-  
us Romani adorationem, & valde ruentis Babylonis  
Spiritualis

Monasteria.

Quid docent  
Iesuitæ.

52.

Spiritualis, instaurandi sustinendique artes. Vidi ego, Antoni, vidi in multis Germaniæ urbibus, eiusmodi maiorum vestrorum Monasteria, in quibus hodie centuplo plures erudiuntur adoleſcētuli. ita vt ea annona, quam olim vnicus cum decem inertibus Monachis abſumebat Abbas, centum iuuenibus alendis ſufficiat. ex quibus poſtea maximè idonei deligentur, ad varia Reipub. obeunda munia. Sed vbi ſunt, amabo, hi ægroti & pauperes, quos Monasterijs veſtris ſplendidiffimis excipitis? an non intus per pauci Monachi, foris turbas mendicantium ſedere ſinūt, ac ſoli cum hoſpitibus, multorum alimoniam conſumunt, ipſi autem Abbates apertiſſime ſcortantur?

De Poltrotto, Theodorus Beza, ſatis ſe iam dudum purgauit. referri hæc in tabulas Senatus Pariſienſis, niſi calumnioſè non poterant. non Beza, ſed Spiritus quidam, & animi dolor, Poltrotum vel hoc factò nobiliſſimum futurum, eo adigebat, vt Franciſcum Ducem Guiſium, Aurelianam urbem, quæ erat Euangelicis, aduerſus illas feras munimentum, acriter oppugnantem, icſtu ſclopeti conſecit. Similiter anno Meſſiæ nati 4to. Alaricus Rex Gottorum, eremite cuidam, ſe à vaſtatione Romæ dehortanti. Ego, inquit, inuito planè animo eò proficiſcor. Sed eſt quidam, qui mihi quotidie exhibet moleſtiam, imò vero vi impellit, ſicque me alloquitur. Iter capeſſito, urbem Romam vaſtato. Socrates Hiſt. Eccleſia. lib. 7. Cap. 10. Quibus verbis ille Apoca. Cap. 18. explicatur locus. Decem cornua odio perſequentur meretricem, & ſolam reddent illam, & nudam, & carnem eius comedent, & ipſam igne exurent. Sæpe enim

Roma Dei nuntus vaſtatur.

Roma à multis regibus vastata fuit. Sæpe ñdem qui defendebant, etiam deuorabant Papam. Et Poltrotus quidem hoc apertè fecit, solus solum, armatus armatum adortus. at ille Carolus Rex 9. alter Antiochus, perfidissimè sceleratissimeque, magnum numerum hominum ad nuptias Henrici Nauarrorum Regis, affinis sui inuitatorum, noctu confodi, cõtrucidari, & in Sequanam fluuiũ abijci, præcipuos in sterquilinio humari iussit. quod vel meminisse horret animus. sed magis horrebat vidisse. Tũm verò crux papyracea, pileo, vt papistæ faciebant, annexa, mihi profuit, alioqui iam non vixissem. Hanc tu tantam silentio præteris feritatem Antoni: in commemoratione relatę iniurię totus es. Satis sit igitur nosse hæc omnia Deum, quique perfide, qui crudeliter, qui impie egit, eum esse grauius puniturum. Si quod Euangelicorum peccatum fuit, quod ibi tunc temporis morantem, etiam nunc me latet, non debuit tam seuerè hæc ipsorum plaga sanari. Quid verò inde secutum? ex cineribus ob Euagelij amorem interfectorum, nati sunt multo plures. quod tam futurum opinabamini, quàm Iudæi Christum occisum reuicturum. Herodes autem spe falsus sua, misere interiit. quippe quem Deus, tam dirum facinus perosus ferme biennio post è viuis sustulit. ac pro crudelissimo iuvene, effoeminatissimum Henricum, regem suis dedit, nobis eum abstulit. suffecto illi eiusmodi Stephano, qui maiores suos gloria, sapientia & iusticia vicit.

Caluinum in natali Domini, super ara ædis Sacrę in Geneuensi foro, caput cuiusdam amputari curasse, fabula est, quam te prudentissimo Regi perscripsisse merito pudere debet. facilius ego Romę lo-

*MB*  
 Nocturna E.  
 uangelicorum  
 cædes 1572.  
 24. Augusti  
 Parisiis.

Carolus iuuenis perit 29.  
 Maij. 1574.



me locū illum, Antoni, in quo Papa peperit, quamuis id hodie inficiemini, quemque vos etiamnum, ad Lateranense templum ituri declinatis, quam Geneuę vllam a ram videre potui. Tali ordine respub. illa administratur: vt in omni papatu, non possitis mihi ei parem ostēdere. Non se ibi Ministri verbi, rebus immiscent ciuilibus. nulla ita quemadmodum vos occupant tribunalia, cathedra contenti cōcionatoria. pœna fontium illis est, ē communione Sanctorum eiectio. cætera magistratus curat. ad hoc, ea religione tenentur Geneuēses, vt præter diem Dominicum, nullos celebrent dies festos. Symboli Apostolici quotidiana recitatio, & continua Bibliorum à capite ad calcem, pro suggestis lectio, Christi nati, mortui, Spiritus S. in homines cœlitus demissi, aliorumque eiusmodi, refricant illis memoriam. Metuebat Paulus Galatis, quòd dies & tempora obseruarent. & Epistola ad Romanos, tam eos qui diem præ die æstimāt, quàm qui omnes æquales habent, minimè ait peccare. Porrò quę vestris tot festis vbique terrarum parentur scelera, quid est necesse referre? vident hæc ac dolent pñi quique. Verùm etiam abundantia ocñ, de qua vates Ezechiel, nouam Sodomam illi antique similem fieri oportuit. Quę miles in Gallia Marte irato gessit, vt solet omnia truculenter, ea inique Caluino doctrinę eius ascribuntur.

De geneuensi  
Repub.

Subiungis audere impuram homuncionem Volanum, carnificing Catholicos, & adeo ipsummet Pontificem coram Catholico rege insimulare. Quidni verò auderet id dicere, quod isti audent facere? nec est habenda insimulatio, rei gestę narratio. Omnia autem talia, nec inscio nec inuito

Papa autem  
suppeditar re.  
gibus ad delendos  
Euangelis.  
603


gerentur vestro Pontifice, fateris hoc ipse pagina 46. cum  
 ita de sumptibus eius scribis. Pontificem tantum auri ex vrbe, regibus  
 aliisque mittere solere, ad Turcam atque rebelles, à vastatione ac direptione Regno-  
 rum, & templorum arcendos, vt id opinionem multorum superet. Vnde ve-  
 ro vobis, ô boni, tantum auri, quo vt ipse Christus, ita  
 & Petrus caruit? Cur id in vulgus spargitis, cum istos  
 Reges vestros coronatis? Quod tum plebs adeo expe-  
 ctat, cupide, vt anno 1560. Pio 4. corona illa triplici re-  
 dimito, (scilicet qualem Christus gestauit,) 18. homines  
 oppressi, 40. autem læsi fuerint. ac vti nam eo miles, nō  
 ad Euangelicos pessundandos, sed ad Turcas expugnan-  
 dos conduceretur? At soli Germani in commune confe-  
 runt, quo Turca quotannis aut placetur, aut à finibus  
 Hungariæ arceatur. Vestrū illud, quod ex Simonia ma-  
 ximè crescit, tot harpye Rom. diripiunt. Nec rectè im-  
 purum vocasti Volanum, qui se nullo vnquam infanti-  
 um cruore polluit & multos iam annos caste in matris  
 monio vixit, homuncionem rectè, quantus Dauid erat,  
 qui vastè magnitudinis Goliatum prostrauit. Vos ipsi  
 impuri, licet clam estis, vobis cruentus est animus, &  
 manus sanguine piorū contaminate. vos vt Angelus de  
 Babylone pronunciauit, sanguine Sanctorum ebrj, non  
 sentitis peccata vestra. Vos nobis Euangelium pacis pre-  
 dicantibus, bellum fecistis, quod eas secum, quas descri-  
 bis, traxit calamitates.

Nec metuas, Possuine, vt Volano auctore, is-  
 tiusmodi in Lituania exardescat incendium. non vult  
 hoc Volanus, nolunt Ecclesiastæ nostri. non vult eti-  
 am, si vos, velitis, nostra Nobilitas. lege scripta nostro-  
 rum, interlis sacris conuentibus, audi concionantes pa-  
 stores

Papæ coronā  
 tur tanquam  
 Reges.

Conciones  
 Euāgelicorū.

flores, ita vivam, si quid unquam quod ad seditionem  
 vergat, auditurus es. Censurę morum uniuscuiusque in  
 templis a nobis habentur. plebem in officio retinemus.  
 & ut quisque congruenter Evangelio vivat, inuigila-  
 mus. Statuisse scribis hæresibus Bohemiam: ideoque Jagellonem & Si-  
 gismundum Reges nostros, oblatum sibi Regnum illius respuisse. Quibus que-  
 so & dic sodes, si potes, vel si te hæc fugiunt, me audi, cui  
 Bohemica non ignota sunt. Anno 1420. Sigismundo Im-  
 peratori pragam oblidenti, missę sunt ab incolis æstate,  
 in castra, hæ pacis deditioisq; cõditiones, testimonijs  
 sacrarum litterarum confirmatę. Prima ut verbum Dei  
per Bohemiam atque Moraviam. absque cuiusquam in-  
terpellatione, a Sacerdotibus prædicaretur. altera, ut  
non minus libere integra Eucharistia, omnibus Christi-  
anis, peccatis mortalibus haud obnoxijis ministraretur.  
Tertia ut clericis bonorum mundanorum possessio, atq;  
in ea iurisdicctio adimeretur. Quarta ut omnia peccata  
mortalia, præsertim publica, aliaque legi diuinę contra-  
ria vicia, cuiusvis ordinis hominum, per legitimos cen-  
sores corrigerentur prohiberenturque. Hanc Antoni-  
sunt tibi hæreses: si sunt: quid aliud erit Evangelium,  
ex quo ad verbum desumptę erant: aut cur eas concilio  
uniuersale Basiliense, sedecim post annis, n̄sdem ho-  
minibus concessit: vbi tum demum Sigismundus Re-  
gnum Bohemorum, solenni ritu inijt, cuius eum posses-  
sionem adire gens illa fortis & sincera, ab excessu Vē-  
cessai Catholici voluptarij vetabat. Quod si eas vestri  
Romanēses statim ut efflagitate sūt, indigenis pmisisset,  
salua tot cetera hominū mālissent. salua & tēpla. que il-  
lis diebus solo esse equata, queritur AENEAS SYLVIUS.



Bohemorum  
 postulario a  
 concilio Basiliensi concessa

1436.

1419.

Transis

56.  
 Transis deinde post quædam in nostros maledicta,  
 quod certè magnam animi tui imbecillitatem arguit, ad  
 Pontificis describendas actiones. Addit, inquit, deceptus, doceri  
 neminem à Pontifice, huiusque generis alia ex alijs mendacia necit. Quæ tam  
 verè scripsit iste tuus deceptus, vt tu contrarium non  
 affirmes sed alias quasdam, huius regis Romanorū oc-  
 cupationes recenset. Quas is vitare potuit, si non ma-  
 ius viribus onus, ferendum suscepisset. vnus omnibus  
 præfesse (prouinciam durissimam) recusasset, partem  
 negotiorum, cum alijs Episcopis communicasset, ac mis-  
 sis rebus mundanis, quibus totus contra Canones Apo-  
 stolicos immersus est, cœlestia tantum tractaret. sique  
 non Dominus omnium, sed conseruus aliorum esse  
 maluisset. ac ita primitus administrarunt Ecclesias Dei  
 Apostoli, ita ipsorum veri successores, quisque in sua  
 prouincia, ita & hodie reges singuli, sua regna curât.  
 Sed benè profecto Volanus hæc propè omnia, ad idolo-  
 latriam propagandam ait spectare. Nam quid tui socij  
 in India, quos eò Pontifex allegat, quid inquam aliud  
 quam omnes mortales ad vnus hominis summã vene-  
 rationem adducunt, & cum Euangelio, Zizania super-  
 stitionum disseminant? Quid hi, quos idem crebrò cre-  
 at varij ordinis Sacerdotes, quàm antiquos abusus, ido-  
 lolatrias, & doctrine corruptelas diuinæ, summo nisu  
 confirmant? Quæ in Synodis constituuntur hodie, nisi  
 ea cuncta, quibus euellendis ex Ecclesia, tot iam annos  
 insudauimus? Quæ, qui animaduertunt, qui ea deserūt,  
 qui improbant, si vobis decepti, si apostata, si hæretici  
 sunt. vtinam verò, mi Antoni, tu etiam in hac tua sene-  
 cta, ita

Papa sibi vi-  
 tro, tot occu-  
 pationes accer-  
 siuit.

Quid faciunt  
 creaturæ pa-  
 pe.

sta, ita uti & nos decipiaris. Utinam Christus ex Saulo  
 hoste, amicum Ecclesie sue Paulum faciat. Quarum re-  
 rum cognitionem, tanti facit Volanus, ut eam omnibus  
 vestris gazis, & scientijs, que vos reddunt adeo insolentes,  
 pluris faciat, nec ego certè minoris.

Adjungis, Pontificem singulis septimanis priuatim, presentibus suæ familiæ  
 primarijs, sacrosanctam illam Christi hostiam, pro vniuersa Ecclesia Deo offerre.

Atqui id vestrum offerre, non est docere. Quod si Pon-  
 tifices esse vultis, non hebdomadis, sed diebus singulis  
 imitatione veteris fœderis, id facite sacrum. Ita enim  
 scripsit Paulus ad Hebræos. Cap. 10. Omnis Sacerdos  
 adstat quotidie operans, & easdem sæpius offerens ho-  
 stias. quæ nunquam possunt auferre peccata. hic verò  
 vnica oblatione, perfecit in perpetuum eos qui sancti-  
 ficantur. Porro vbi est peccatorum remissio, non est am-  
 plius oblatio pro peccato. Et Cap. 9. Hostiam pro pec-  
 cato noluiti, neque approbasti. Item. Absque sangui-  
 nis effusione, non fit remissio. Quanto magis sanguis  
 Christi, qui se obtulit Deo, purgabit conscientiam ve-  
 stram, à mortuis operibus. Cùm ita se res habeat, Anto-  
 ni, quid necesse est aliquid aliud, pro Ecclesia merù ho-  
 minè offerre, quod nō potest eius peccata auferre? Cur  
 vobis id, quod Deus Sacerdos iam peregit, arrogatis?  
 Cur quod non iussi estis, facere audetis? En vere Antis-  
 christum! Sanguis Christi purgat consciētias hominum, Sacrificia an-  
tichristi.  
 iste verò pane & vino sacratis, se id consequi putat. Ef-  
 fusio sanguinis ad hoc beneficium accessit: is in sua ho-  
 stia, nullum sanguinem fundit. Deus hostiam pro pec-  
 cato non vult: hic eam ipsi, nihilominus obtrudit Pau-  
 lus nos Epì, ad Rom. corpora nostra, hostiam viuam, san-  
 ctam,

etiam, Deo acceptam sistere iubet, quod ad Hebr. sacrificium laudis, Petrus spirituales hostias appellat hic panem non viuum, pro corpore viuo, triticeam pro Spirituali offerre docet. Petrus id, per Iesum Christum nos vt faciamus monet. iste ipsummet scilicet ex pane factum Christum Sanctum Triadi offert. Christus peccata nostra, pertulit in corpore suo super lignum, vt Petrus inquit. iste ea nouo quodammodo expiat super altare. ad hanc disertis verbis negat Apostolus, voluntarie peccantibus, post acceptam cognitionem veritatis (qua classe hominum, vtinam & vos eximamini) vllam restare hostiam pro peccatis. hic vero superesse aliquam, eamque se singulis septimanis offerre profiteretur. Idem Apostolus, sanctificati sumus, inquit, per oblationem corporis Christi semel. porro aduersarius sanctificantis, fieri hoc oportere iterum atque iterum, hostia panis & vini ait. Quam vero ob causam? quia inquit scriptum est. Hoc facite in mei commemorationem. Sed non additum est, sacrificate, nondum enim tum erat sacrificium, sed parasceue, nondum hostia lignis imposita fuit. Quare idem, qui dixit, Facite, vestro occurrens errori, addit hanc: Comedite ac bibite ex eo omnes. Quid vos? offertis Deo, quod erat totum offerendum hominibus, Deo autem sola grates: non bibitis omnes; sed soli Sacrificuli, non expectatis donec coeant discipuli; Sed plerunque cum vnico puero, id obit vnus missifex: non editis panem cum Paulo Apostolo, sed speciem eius, & quod magis mirandum Christum, in ea qualis quantus Maria natus est. At Apostoli, panem ipsum azymum, qui erat Sacramentali modo corpus Christi, non Christum ipsis assidentem

Abusus cenae  
Domini.

dentem comederunt. panem, Corpus. sola fide manduca-  
 runt, Christum Dominum oculis viderunt. Similiter  
 & nos, sedentis corpus in cœlis, comedimus fide in ter-  
 ris. Vos illud speciei panis, nos cœlo, quo semel exce-  
 ptum est, includimus, vos verbū Est per Fit, substantia-  
 rum mutationem fingentes interpretamini. Nos id sim-  
 pliciter accipimus, prout de Sacramentis dicitur: vel i-  
 psas agni paschalis carnes, corpus esse Christi credituri,  
 si eas id esse auctor tanti Sacramenti voluisset. Egōne,  
 qui ita credo omninō, quemadmodum credidere Apo-  
 stoli, nec à verbis Domini auelli me patior, vel deceptus  
 vel hæreticus habendus sum? Si ante tempus damnare  
 liceret, Antoni, eandem ego contra vos, licet innumera-  
 biles, ferrem sententiam.

Affirmas eundem Pontificem, septies in die Psalmos & hymnos, diuinaque ex  
 scriptura lectiones recitare. Quod ita fieri conueniret. Sed cum eam ne-  
 gotiorum considero molem, quam eum sustinere, nos  
 procul ab Roma disitis doces, vix hoc fieri posse cre-  
 do. Crebrius hoc olim David Rex, quam hodie facit  
 Sacerdos, vbi in tam accurata rerum omnium enumera-  
 tione, solas delicias præteristi, quas ex 20. millium au-  
 reorum coronatorum, singulis hebdomadis sumtu ciba-  
 rio nasci oportet: quasque in illo suo Belvedere habet.  
 in quo statue viriles, atque nisi me memoria fallit, mir-  
 liebres, expressis ad vitum membris pudendis, sanctis-  
 simi oculos delectant. quales & in hortis cardinaliū vi-  
 suntur. aperta libidinis irritamenta. Et hunc tu solum,  
 qui hodie rerum potitur iam decrepitus, tantopere lau-  
 das. Ast alij qui eum antecessere, seiscne quales fuerunt?  
 quod nos tum demum ignorabimus, cum nulle vsquam  
 a ij extabunt,

Deliciae P.S.  
 tificum



**Auaricia Pape  
Lutero oculos  
aperuit,**

**Pecuniæ Chri-  
stianorum in  
inbidinem Ita-  
licam conuersæ.**

extabant, scriptę de illis historie. Sanè illius, qui Leo  
to. appellabatur auaricia, Lutero monacho oculos ape-  
ruit, vel solo Francisco Guiciardino Florentino, Italicę  
historię lib. 13. teste. Leo, inquit, Pontificatus autoritate  
nimis licenter vsus, per vnũuersum orbem amplissima  
priuilegia promulgat, indulgentias vocant, quibus non  
modo viuus delictorum veniam consequendi, sed & de-  
functis animas eius ignis, in quo delicta expiari dicun-  
tur, pœnis eximendi facultatem pollicebatur. Quę quia  
pecunię tantum, à mortalibus extorquendę gratia, con-  
cedi notum erat, & à quęstoribus huic negotio præfe-  
ctis, impudenter administrabantur, magnam plerisque  
in locis indignationem offensionemque concitarant, &  
præsertim in Germania. vbi à multis ex eius Ministris  
huiusmodi mortuos, pœnis liberandi facultas, paruo  
pretio vendi, vel in cauponum tabernis alex subijci cer-  
nebantur. quam indignationem auxit, quod Pontifex,  
ex huiusmodi venia, exactionum emolumentum, Ma-  
gdalene sorori suę dono dederat. quam pecuniam, quę  
extorquebatur, non ad Pontificem sacrumue ararium,  
sed ad mulieris cupiditatē destinatam esse fama loque-  
batur. Qua occasione arrepta Luterus hæc contemne-  
re, & in his Pontificis auctoritatem accusare, atque in  
dies magis apertè conuellere cœpit. Visne Antoni, vt  
plura eiusmodi, & his peiora de alijs quoque proferam  
vicarijs Christi? Sed id aliās. Vbi quod Christianus fa-  
ciat? Ex fructibus ipsorum, inquit Christus, cognosce-  
tis eos. Et quia iam cognouimus, ac non bonos, malos  
vocamus, pastores lupos, vicarios, huic cuius vices ge-  
runt, planè contrarios. sponse Christi pudicitia læsam,  
fidem



61.  
fidem violatam esse offendimus. hæretici, ob id sumus,  
ad rogos trahimur, fortunis, vita exuimur, & infames  
pronunciamur.

Ad interea inquis, his horis, quibus in Catholica Ecclesia virgines & Sacerdotes  
celebrant diuinas laudes, Volani Ministri bene poti, aut aliquam denique ad serenda  
inter Christianos dissidia contionem habent, aut tunc in fœdissimo voluptatum cœ-  
no voluntantur.

Conueniebat, Possueing tuos tuaque, absq[ue]  
contumelia aliorum laudare. Hi, quos tu multoties acer-  
be perstringis, non Volani sed Christi sunt ministri, qui  
& ipse minister circumcisionis appellatur. nempe quod  
venerat, vt ministraret alijs, animamque suam pro mul-  
tis impenderet. Porro Paulus Epistola ad vos Romanos,  
gratiam ex eo Dei prædicat, quod esset factus Minister  
Iesu Christi, nec aliter de se collegisque suis Corinthios  
reputare iubet, quam de ministris Christi, scis autem il-  
lud Ciceronis ad Octauium, dignitate Domini minus tur-  
pem esse fortunam serui. Vt nihil nunc dicam de his no-  
cturnis semisomnium, lingua peregrina diuinis laudi-  
bus, nequaquam poti ad conciones accedunt Ecclesiarum  
nostrarum Ministri, nullas seditiones omnino, vt supra  
dictum est, serunt. Quod si tu vel potos vnquam vidisti,  
vel seditiose concionantes audisti, ego sim mendax, Ve-  
tus est hæc calumnia, Christum esse vinipotorem, disci-  
pulos eius multi plenos, Annam Samuelis matrem e-  
briam. Non nosti nos bone viri. Sed quæ natura malum  
suggerit hominis ingenium, ea de probis comminice-  
ris. Vulgare id vobis Italis vitium est, nos omnes ultra-  
montes vestros sitos, ebriosos vocare. Ego verò malim  
hanc ultramontanorum ebriositatem, quam vestram do-  
losam, superbam, iracundam, luxuriosam sobrietatem.

Defenduntur  
ministri Chri-  
sti.

Peccata Itali-  
ca.

Connubia mi-  
nistrorum.

Papistici mi-  
sifices.

Quid dicā, bene scio. Vixi diu vobiscū; vidi in Sodomā,  
Gomorrha, Aegypto, Babylonia vestra, quę ātea de his  
regionibus vrbibusq; legi. Sin falsa dico, ad eos testes  
prouoco omnes, quicunque vilo Dei metu tenentur, a  
liquo pręditū sunt iudicio, & veritatis cognitione collu-  
strati, alioqui cęcus de alterius cęcitate, Aethiops de  
nigredine Aetiopica, nisi albos homines videat, iudica-  
re non potest. Non est fœda voluptas dicenda, Possenti-  
ne, Ministrorum nostrorum, cum honestis vxoribus cō-  
uictus. alioqui nullus profani ordinis foret vir, quin se,  
cūm permīssa hac voluptate, liberis dat operam, inquit  
naret. nullus Gręcarum Ecclesiarum, nullus veteris le-  
gis Sacerdos, hac tua sententia, nisi impurus esset. Ho-  
norabile esse, non fœdum Apostolus scribit matrimoni-  
um. non eos qui vxores habent, sed qui scortantur &  
adulteria committunt, quique rem habent cum masculis,  
damnabit Deus. Sunt nostris secubandi spatia, est am-  
plexandi, vt inquit Solomon, & recedendi ab amplexi-  
bus tempus. meminerunt illius paulini, hac de re dati  
consilij. Nolite fraudare alius alium, nisi si quid ex con-  
sensu ad tempus, vt vacetis ieiunio & precibus. Ad tu-  
os potius misifices reflecte oculos. quorum non pauci  
postridie, ā scortis ad aras accedunt: illicita venere pol-  
luti sacrificant, atque semiebrj, tot illas suas diuersis vi-  
atici locis preculas, pręproperē demurmurant. Incur-  
runt hæc nobis in oculos. versabamur & ipsi quondam  
vobiscum, in iisdem tenebris, nouimus vos intus & in-  
cute, quę velle inficiari, summe est impudentię.

Non possum, inquit, non stomachari iterum, cūm vi-  
deo nostros sacerdotes, ita luxui & ocio deditos, vt præ-  
ter horas

ter horas canonicas, quas sine intellectu ac deuotione nulla absoluunt, nullas penitus litteras inspiciunt. Gen-  
 tilium libros aspernantur, quasi lege Christiana vetiti.  
 Sed esto, hos non legant, cur non diu Hieronymi melle dul-  
 ciora, omni sententia, doctrina, & eruditione leguntur  
 & intermissa alea, quam frequentius exercet, quam psal-  
 terium perlegunt & relegunt. Veri & boni Sacerdotes  
 Christi, omni sunt veneratione dignissimi. & hi tempo-  
 re non abutuntur, neque dies in luxu ac voluptate con-  
 terunt. Cuspianus in Valentiniano Imperatore, Con-  
 sulum Casiodori, Audisne hac, Antoni, de luxu & volu-  
 ptate vestrorum? plura de eorundem peccatis in princi-  
 pio libri sunt dicta. Tolle de Ecclesia, inquit Bernardus  
 ser. 66. super cantica, honorabile connubiū, & thorum  
 immaculatum, nonne repleas eam concubinarijs, incestu-  
 osis, seminifuis, mollibus, masculorum concubitoribus,  
 & omni denique genere immundorum? hac Abbas  
 Bernardus. quibus contraria cum fecisset Gregorius 7.  
 vt iam memoratum est, idem diu agitur in domibus mul-  
 torum clericorum, quod fit in lupanaribus meretricum.  
 Est inquit Ioa. Peregrinus in conuiualibus sermonibus,  
 apud Germanos Episcopus quidam, qui dixit in conui-  
 uio, vno anno ad se delata, vndecim millia Sacerdotum  
 palam concubinariorum. Habes, Antoni, coactę castita-  
 tis fructus. ita vt ex casta quondam Ecclesia Christi, ob-  
 scenum feceritis lustrum. pudet ignaris narrare, & quot  
 & quos ego, vestra illa Bordella, quorum est plena Ita-  
 lia ingredientibus exeuntesque ex illis, forte fortuna vi-  
 di. Quibus malis occurrere posset, si Sacerdoti & incon-  
 tinenti Monacho, more antiquo vxor permitteretur. Sed  
 omnia

11. millia Sa-  
 cerdotum scor-  
 tantium.

ōnia quæ sunt in sacra scriptura , impleri oportet. inter  
 quæ id etiam, vt sit semper Babylon, magna meretrix, &  
 mater scortationum abominationumque terræ. quod tes-  
 timonium extat Apoc. Cap. 17. Faxit Deus, mi Antoni,  
 vt hæc aliquando vna nobiscum cognoscas, & hanc so-  
 lam fœdam voluptatem dicas, cui vester ordo, clam in-  
 dulget. Alioqui laudatur in Decretis vestris i. parte.  
 dist. 31. can. 10. Paphnurius, qui dixerat, etiam in coniu-  
 gio esse castitatem, cuius consilium secutum est primum  
 illud 318. Episcoporum concilium Nicenum, anno Chris-  
 sti 325. habitum, & ad iniūgendam omnibus clericis ca-  
 stimoniam valdè pronum, adeò iam illo tempore tenta-  
 uit Satan inuehere in Ecclesiam hanc doctrinam, de qua  
 sic Apostolus primis ad Timotheū litteris. Spiritus dō-  
 sertè dicit fore, vt posterioribus temporibus desciscant  
 quidam à fide, Spiritibus deceptoribus attendentes, &  
 doctrinis dæmoniorum, prohibentium matrimoniū con-  
 trahere. Quod postea per Syricium anno 338. Episco-  
 pum Roma. factum, deinde per alios perfecit. inde ab  
 ipsa rerum origine Satagens, vt homines ad violanda  
 diuina mandata impellat.

In coniugio  
 est castitas.

De Eucharistia, transubstantiatione corporis Domini In sacrificio oblatione,  
 satis multa Volanus. Tu autem nihilominus, proferre eum his de rebus integros ve-  
 terum libros, arque Synodos, quæ Pontificem Ecclesiamue, idololatriæ aut arrolatriæ  
 accusarint, rem neque necessariam, neque huius loci. Vnus enim est  
 magister, vnus Doctor, vnus Dominus Ecclesie: ex quo  
 omnes discere oportet, quicumque sapere volunt. Ve-  
 rum multa isti, non ab hoc solo, sed alius ab alio didice-  
 runt. Lege licet tute eos, & Christi semper verba fa-  
 ctaque respiciens, id pondera, quopacto panis, corpus  
 sit Christi

fit Christi, vinum sanguis, absque sui immutatione, ac  
 Christi in hac transitu. Vbi cum omnia accuratissimè  
 expendis, nec multitudinè hominum plus, quàm ipsi  
 rei tribueris, sola hæc fieri voluntate atque instituto te-  
 statoris, salvis rerum substantijs, inuenies. Constat Sa-  
 cramenta hæc esse, non res ipsas. Igitur Sacramentali  
 tantùm, id quod dicuntur sunt modo. res ipsa & pridem  
 gesta, & Christus ipse sursum est, qui hanc ceremoniam  
 ad sui nos commemorationem, cum gratiarum actione,  
 vnde Eucharistiæ nacta cognomè, obire iussit. ita tamè,  
 vt se ipsum fidentibus tunc impertiat, cum illos suis mæ-  
 datis satisfacere videt. Habetis eandem in legibus ve-  
 stris sententiam, explicate, euoluite Gratianum Decr. 3.  
 par. dist. 2. can. 36. Cùm frangitur hostia, dum sanguis  
 de calice in ora fidelium funditur, quid aliud, quàm do-  
 minici corporis in cruce immolatio, eiusque sanguinis  
 de latere effusio designatur? Num & Prosper. qui hæc  
 scripsit Caluinianus fuit? Frangimus nos etiam panem,  
 Christum discipulosque eius imitari, quem vos rotundū  
 porrigitis. damus vinum, quod est sanguis Christi fide-  
 libus. quod vos antiquis deteriores non facitis. quæ a-  
 ctio, rem designat præteritam. Quod si is grauius pec-  
 caret, qui cælum ideo adoraret, quia in eo vel supra il-  
 lud est Christus: multo n̄ delinquent grauius, qui eum  
 in pane, qui cælum non est, nec se in eo futurum dixit,  
 venerantur. Quod cùm vestre secte faciant homines,  
 non falsò idololatriæ, à Volano arguuntur. Quæ si esset,  
 ais tu, non eam per tot secula permisisset Deus, tanti  
 criminis acerrimus vindex. Atqui eundem plura alia  
 mala, diutius tolerasse, tolerareque adhuc probe scimus.

Quo pacto pa-  
 nis sit corpus  
 Christi.

Caluiniana do-  
 ctina in decr  
 etis Pontificis.

Multa Deus  
 diu tolerat.

Exempli

Exempli gratia. Diu pertulit illas hominum, tam ante diluuium, quàm post, Sodomitarum Chananæorumque labes, Israelitarum idololatriam, atque multa flagitia, de quibus prophete Domini, multa lenitate tolerat, illa vasa ire, sicut Paulus scribit, aptata ad interitum. Perfert hucusque Agarenorum, qui Turce sunt & Scythæ, Iudeorum item, sui filij blasphemias, Græcarum Latinarumque Ecclesiarum imaginum, ac huius ipsius Eucharistiæ superstitionissimam venerationem, Sanctorum inuocationem, totque hæreses alias donec etiam ad Latinos, Turcas virgam furoris sui mittat. postremo differt tam diu vestræ Babylonis, illud diu ante prædictum exitium, quali ob sua scelera perijt prima illa Sodoma. Vna inquit die veniēt plage eius, mors & luctus & fames: & igne exuretur. quia validus est Dominus Deus qui iudicabit eam. tum flebunt eam, & plangent super ea reges terre, qui cum illa scortati, & luxuriati sunt, cum viderint fumum incendiij eius. procul stantes, propter timorem cruciatus eius, & dicētes, vah, vah, magna illa vrbs Babylon, vrbs illa valida, cuius vna hora venit iudicium. Sed & mercatores terre flebunt super ea. Tum sustulit quidam Angelus, fortis lapidem, instar mole magnæ, & proiecit in mare dicens. Ita cum impetu proijcietur Babylon vrbs magna, nec amplius inuenietur.

Vri Sodoma,  
fra & Roma  
scribit apoc.  
ad.

Hæc tam tristia fata, Antoni, an non ventura sunt, licet nondum euenerunt? que si de vniuersi orbis, aut vllius alterius, quàm Romæ interitu interpretamini, in media luce palpatis, oculos habentes non videtis, intelligentia præditi, non intelligitis. Egregiam verò & hæc tuam argumentationem. Nec Synodi vllæ, neque patres

Papam

Papam erroris idololatriæ incusarunt : ergo non erravit. Non interfuimus, Antoni, his Synodis, quarum decreta tantum, paucis perscripta sunt. nec omnium partium scripta legimus. neque si hoc isti, conspiratione quadam, in errorem facta, non fecerunt : ideò nec alij minus doctiores posterioresq; istis. Ast erant omni seculo aliqui, qui constantissimè adhærebant Deo atque veritati, quique pastoris sui vocem libenter audierunt. sanè antiquissimi illi doctores, purissimè de his mysterijs sensere. longo postea tempore, Christianis carnalibus factis, crassa hæc, quæ nunc viget, corporalitas induta est. Necdum venerat tanti erroris retegendi tēpus. Bertramus & Berengarius, tanquam duæ stellæ, cœlo obscuro micantes, oppressi sunt magis à turba aduersariorum, quàm hæresis conuicti. Vrges nos antiquorum, multarumque Ecclesiarum consensione, à quibus Christum in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento adoratum esse scribis. Sed nihil agis, Possuine, nobiscum faciunt benè intellecti primi illi patres. In quorum doctrina nos, qui ad vltima secula deuenimus, perseverare decet. Porro primum quodque in re diuina, optimum est. Et si vt nihil est in rebus humanis ab omni parte beatum, homines & illi cum essent, aliquid de suo cœnæ Domini, per se simplici, puræ, nudæ affinxerunt. ita vt ipsæ verè voces aliam liturgiã Basilij, aliã Missam Ambrosij. Quinimò & istud quod in Eucharistia Christum adorarunt, eorundem est, non ipsorum Apostolorum: qui aliàs Christum venerati esse, in sacramēto vero minimè id fecisse, sed sedisse, cum suo cōiuaatore dicuntur. Nobis autem vt i solius Christi, discipulorumque eius liturgia sufficit:

Nō omnia Synodorū gesta scripta sunt.

Nōdum venerat retegendi erroris tēpus.

Primum quodque in religione optimum.

ita neque sordet vti vobis, hec illorum simplicitas, quam vos mirè calamistratam reddidistis. Quo magis miror, te id Apostolicam traditionem appellare. Audierunt illa verba, Hoc est corpus meum vñdecē Apostoli, (nam Iudas teste Ioanne, post illam de futuro proditore quaestionem, ante Eucharistiam exortam, cœnatione exierat) tamen ad adorationem Christi in pane, non sunt prouoluti. quippe videbant corpus è Mariâ sumtum, panem porrigere, corpus itidem appellatum. crediderunt immoti, id quod paulo ante non fuit, hoc quod Dominus voluit, tum habendum esse. at illud alterum seminis Abrahæ, tam post resurrectionem, quàm cum cœlum cõscenderet vnâ cum mulieribus adorauerunt. Vbi illico astiterunt duo Angeli, attestantes, verè ablatũ ab hominibus esse, nec aliter prorsus quàm sicut in cœlũ profectũ est rediturũ, de inuisibili, insensibili in re aliqua terrestri latenti, magnũ ubiq; silentiũ. Cuius nec Paulus Corin. Christi institutũ exponēs, vel vnico verbulo meminit. Nec hic proderit illud nostri seculi vulgare effugiũ, de corpore glorificato. Nam non de tali, sed quod erat mortali obijciendum locutus est Dominus. Quod inquit datur pro vobis. mortale igitur manducare nos oportet, non glorificatio, sed mors Christi, vitam nobis adfert. Vnde liquido constat, hominum id esse, vt multa alia toto orbe commentum. homines meri verbum Est, per fit, seu immutatur, interpretati sunt: homini Christus visus est, tremendus in pane, qui nos placidè despiciens, sedet in cœlo. homini libuit Deum, altaris propitiare sacrificio: eidemque rursus id offerre, à quo ipse semel oblatum acceperat.

Iudas Eucharistia non interfuit.

Effugium de corpore glorificato.

neque



Neque id ita accidisse mirabimur, si illud benè cogi-  
 tauerimus in Apocalypsi scriptum, proiectus est inquit  
 in terrā draco magnus, serpens ille antiquus, qui voca-  
 tur diabolus, & satanas, qui seducit totum terrarum or-  
 bē. hic, hic fuit ille serpens, qui primos parentes dece-  
 pit, ac omni posteritati illorum, & semper & vbique in-  
 lidiatur. huius astu, discipulus, magistrum Iudæis pro-  
 didit, Pētrus se nosse Christum negauit, Apostoli ab eo  
 difugerūt, fama inter Iudeos, de surrepto mortuo spar-  
 sa est, Apostolica Ecclesia, ob Ananię Saphiręque aua-  
 riciam, & Nicolaitarum hæresim malè audijt, Galatę de  
 iustificatione, Corinthij de resurrectione malè senserūt,  
 & in sectas diuisi fuerunt. duodecem tribus, ad quas  
 scripsit Iacobus auream Epistolam, doctrinam de fide  
 iustificante, perperam intellexerunt. Quibus Ecclesijs  
 si non pepercit, nec eas secutis fuit clementior. Fateor  
 trecentis illis à Christo nato annis, Episcopos Romanos,  
 nec inter ipsa vincula Missam intermisisse. Id enim col-  
 ligo ex Epistola Pij I. quam Georgi. Fabricius ponit in  
 scholijs Pœtarum Christianorum: Sed non concedo tibi,  
 tales tunc Missas, quales hodie habentur, fuisse. Nam  
 docemur ab rerum prisca scriptoribus, quis Episco-  
 porum simplicissimę cœnę Domini siue panis fractioni,  
 hoc vel illud admiscuit. Petri tempore scribit libro 2.  
 Volaterranus, oratione tantum Dominica sacrificabant.  
 alij alia addidere. Verè hæc Volaterranus, atque Plati-  
 na. Nam vt hæc omnia litteris prodidit Polydorus ver-  
 gi. lib. 5. Cap. 10. Alexander Canoni Missę illud. Qui  
 pridie quam pateretur adiūxit. & vt Martinus Polonus  
 tradit, aquam vino temperare, oblationemque ex azy-

Diabolus totū  
orbē seducit.

Missæ qualis  
primo qualis  
postea.

Papæ Romanę  
fabricatoris  
missæ.

mo fieri statuit. Telesphorus, gloria in excelsis. Iephe<sup>o</sup>rinus vitreum calicem, cum prius ligneus esset, Euseb. lib. 5. id scribente: Stephanus vestes Sacerdotum, altariumque ornatum, quemadmodum Isidorus refert adinuenit. at Gregorius primus plurima excogitauit. legatur Platina in vitis Pontificum. Ea tum fuit audacia hominum, vt institutum Christi, quasi imperfectum suis commentis exornarint seu potius obscurarint. Donec tandem & illud factum esset. de quo hæc Gilbertus cognatus 3. libro narrationum. Ad missæ vsus sunt canones diuersi conditi. primus à Gratiano. quem Gregorius 9. anno 1227, & post eum Bonifacius s. circiter an. 1300. nouis & terribilibus blasphemijs auxerunt, Iesu nomen

Non missa sed Iesu nomen de monas fugat.

inuocatum, Possuine, non vllum per se Missæ sacrificiū, & illos dæmonas loco quodam exegerat, de quo Augu. de ciuit. Dei lib. 20. & à nobis Sarmatis, cum idola eliminaremus, fugauerat. In nomine, inquit, meo dæmonia eiicient, loquentur linguis nouis. Ad idem præcidunt, Paulo id prodente, inferorum potestates. Iesu in Aegyptum ingressio, dæmonia obmutuisse dicuntur. quæ res Plutarchum latuit, qui hoc de argumento libr. scripsit. Eius nominis vim, testatur Iustinus in Apologia, timent dæmonia trementia. & hodie etiam adiurata per nomen Iesu Christi crucifixi, imperata faciunt. Similiter & Iræneus lib. 2. Vnde illi in antiqua Ecclesia exorcistæ. qui malos genios adiuratos, ab ijs depellebant, quibus se immergebāt. Quæ res cum non sit humanarum virium,

Cur Euange- tici non nau- gant in Ame- ricam.

nihil impijs isthæc dæmonum, per nomen Iesu proderit die iudicij expulsio. Quæris causam cur in nouas Indias, cum socijs Iesu, quos Pontifex singulis annis eo mittit, hominum ab errore, auocandorum causa non

Iremus, Antoni, illuc etiã, si quis naues suppe- ditaret, &

ditaret, & hoc facere p̄ Hispanos liceret, acerrimos doctrine Euangelicę hostes: qui illas terras ab anno Christi 1493. occupare cęperunt, non Euangelij propagandi, sed auri conquirendi, imperijque sui proferendi consilio. alioqui si quę illis Euangelij cura foret, minus graues incolis diu iam de superbia, libidine, auaricia ipsorum conquerentibus essent. Hi verò ibi adeo neminem ferunt alium, præter quàm generis Hispanici, & religionis, qualis est hodie Romane, vt quingentos Gallos nostrę professionis, qui in Florida sedes fixerant, omnes ad vnum exciderint anno 1565. Verum si id vestri socij, solo gloriae Dei zelo faciunt, dicito mihi, cur non ñdem, minus longinqua ad Scythas ac Turcas suscipiunt itinera, qui maximè nocent nomini Christiano? cur martyres in India quàm in Turcia esse malunt, ac fortiores illic. hic timidiore multo sunt? miracula ibi aliqua, apud hos nulla edunt? Quid hic, vt in te, telum retorqueam tuum, prætendes? Turcę homines non sunt? tam multi, quàm Indi non sunt? Semen Abrahę, Ismale progenati non sunt? Nec Volanus in eo, quod de ñsdem, & spe Sacerdotiorum, dignitatumq; Romanarum sub iugis, vel blasphemat vel mentitur. Si illic essemus, Antoni, videremus Iesuitas, eodem studio sensim flagrare honorum atque opum, quo id faciunt hi, qui nobiscum in Europa viuunt, & Ecclesia Romana, sub Urbano 6. E. anno Christi 226. creato, facere hoc cępit, O. nuphrio Panuinio monacho id confitente. quę eo processit habendi cupiditas, vt vbique terrarum clerici, licet nec vxores, nec liberos nisi malè natos habeant, plura quàm seculares bona possideant.

Iesuitę, Turcas potius ad Christianismũ adducant.

Ecclesię Rom. exorta auaritia año Christi 226.

Primus

Primus memoria nostra Franciscus Xavier Societatis vestre, Christi nomen in nouas illas insulas importasse dicitur: clarus ut fertur miraculis, quam veris, vos videritis, qui illud in Apostolo de Antichristo legitis. Cuius inquit est aduersus secundum operationem Sathanæ, in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & cum omni iniqua deceptione, in ijs qui pereunt. Verum & in nouo orbe in ordinem redacto, redibunt alia quando vestri, quoque ad ingenium, nec ab hac maiorum suorum degenerabunt auaricia, ambitione, redibunt aliqui ex terra auri, ad veterem Dominum non absque auro. adferent orientales aurum Antichristo, quemadmodum illud ipse attulerant nato Iesu Christo. oportet per omnia impleri scripturas. vbi illud Danielis dictum de Antichristo, Antiochi nomine significato, lecto-  
*Sedes antichristi in monte maria*  
 ri perpendendum relinquo: plantabit inquit tabernacula palatii sui inter maria, in monte inlyto Sanctitatis. Mare ab vtraque parte alluit, sedem eius montanam Italianam, vrbs Roma in montibus sita, Sancta vocatur, mari vasto disiuncta à nobis est isthæc noua India, quæ iam Pontificem Roman. procurantibus Iesuitis, pro Domino suo, & capite Ecclesiæ agnoscit. Nec Anglorum nec Rupellensium, si qui sunt pyratarum, patrocinium suscipio. Si non omnes qui sunt semen Abrahæ, scribit Paulus, ipse & filij eius sunt, hoc est non qui filij carnis, ipse  
*Falsi Evangelici.*  
 dem & filij Dei: ita nec ipse omnes, veri Evangelici habendi sunt, qui re ipsa vacui, id tantum gerunt nomen. falsi si fuerunt Evangelici, qui istos se, Iesu socios: in Brasiliam, vbi ipse Iesus nunquam fuit, nauigantes interemerunt. veri enim, Christi exemplo conseruant non perdunt homines.

Templa

Tempa quædam eueri à nostris fateor, idq; propte-  
 rea quod idololatria polluta fuerint, diuis quibusdam  
 alijs quàm Deo, cui soli erigenda sunt, exstruantur, nec  
 ad rem diuinam necessaria sint. relinquuntur tamen que-  
 dam, & per preces renouata siue sanctificata, rebus sa-  
 cris rursus addicuntur. Eadem est imaginum ratio, ma-  
 net enim æterna Dei lex. Non facies tibi imaginē, quam  
 adores. Exstat & aliud de rebus eiusmodi corruppen-  
 dis, eiusdem præceptum. Lucos illorum succidētis, sta-  
 tuas perfringeris. Proinde eæ tam ideo, quòd adoratio-  
 ne culte sunt à vestris, (scio quæ dicam, cultor & ipse a-  
 liquando earum) quam ne in posterum tali afficiantur  
 honore, à quibusdam nostrum confringuntur. At qui  
 Augustanæ sunt professionis, ñ eas, cum propter plebem  
 tum ornatus causa tolerant: non tamen venerantur. per  
 quas ne postea, ita rursus Satan capiat homines, quem  
 admodum id semel fecit, vsq; eò vt absque imagine vix  
 nunc colatur Deus, valdè verendum est. Id quoque An-  
 toni, homo excogitauit. Quingentos prope annos, fuit  
 absque imagine Christi Ecclesia, Iudaica vera semper.  
 Et quia hinc abusus secutus est, licet hoc eidem perde-  
 re, quæ huius mali causa fuit. Serpens ille æneus, diui-  
 no mandatu erectus erat: quem in adorationem con-  
 uersum, Rex Ezechias sustulit. Idem fecit pia Ra-  
 chel, idolis patris sui furto surreptis. Iosias, omnia va-  
 sa, in honorem copiarum cœlestiū facta cõbulsit. Quod  
 idem propemodum fuit, quod hodie imagines, quibus  
 cœlites honorari existimantur. Ne autem dicas, alia fu-  
 isse illa Ethnica, alia nūc esse Christianorum simulachra:

Evangelicis  
 cur imaginibus  
 perfringunt.

Ethnicorum  
 & Christiano-  
 rum eadem si-  
 mulachra.

P

autem

lege Cap. sapi. 13. & 14. de origine & causis. Baruchi

autem *6.* de cultu illorum. Et hic quidem lucernas illis accendi, portarique eas humeris dicit: ille autem, quicūque est libri huius scriptor, vt homines absentem, tanquam præsentem studiose colant, formari ipsas decipi que ab eis ait. Quæ omnia ij quoque hodie faciunt; ac in sese sentiunt, qui eas in pretio habent: quique genibus humi defixis, ô pectora cæca, diuis ante eas, planè vt Gentiles idolis supplicant. an hi non idololatræ? Et quidem tanto peiores, quanto hunc honorem, speciebus eorum exhibent, quem ipsi sibi dum in viuis erant, præstari non sinebant. Nihil magis, viam Dei imaginem dedecet, quam se ante pictum, sculptum, fufumue artificis opus abijcere, eique solí Deo venerationem debitam exhibere.

Hominem maxime dedecet imaginum adoratio.

Si qui nostrum Caluini, Luteri, Melanchtonis, & reliquæ illius, vt tu loqueris diabolicæ sordis imagines proponunt, si de collo pendentes portant, hoc non eò fit loco, vbi ad tractanda sacra conuenitur, licet licuitque semper, amici absentis defunctiue desiderium, si mulachri eius aspectu lenire. Quod ad sordes, has ego ita interpretor, quod placeamus Deo, sordeamus diabolo. Sin tu aliter: disce prius condemnator sordes dici melius, quàm sordem. Nolle nos liberis nostris Apostolorum indere nomina, verum non est. Nam & horum & Martyrum & Prophetarum ( prout vniciūque parenti libet ) appellationes, illis imponimus. Nec Franciscus, Dominicus, Scipio, Bonifacius, Cæsar, Antonius, aut Apostoli, aut Prophete fuerunt. attamen plures esse reor in Italia, qui hæc nomina gerunt, quam Bartholomæi, Iudæ, Simonis Lebbæi. Nec nos inferre religionem

Nomina Euangelicorum.

nem Christianam, in exteras imagines admodum opus: quibus per multum est negotij, cum Romanę fidei hominibus, ad frugem reducendis. Terris contenti, maria vobis relinquimus, vt & illud in vos quadret Christi dictum. Vt vobis Scribę & Pharifęi hypocrite, quoniam circumitis mare & aridam, vt faciatis vnum profelytũ. & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennę duplo magis quã vos. Profelyti olim erant, qui missa idololatria Ethnica, sacris Mosaicis initiabantur. quales nunc pene sunt Americani: in quorum terris non fuerunt Apostoli. qui tamen, si id Deus voluisset, peruenire illõ poterant. Solomon tantũ, naues suas eò auri gratia quę tertio demum anno redibant, mittere solebat. 2. Paralip. 3. aurum inquit erat ex paruaïm. quod duali numero dictum est, propter duas regiones terrę illius, quę etiam hodie Peru vocatur. Eadem est & Ophir. Quam vereor, ne & quidam vestrum, Solomonem potius quam Apostolos imitentur. liberet nunc videre si liceret, vestri istius laboris, in hisce profelytis Christo lucrandis, verę fidei atque pietatis progressus. Sed arbitror non esse discipulos, supra magystrõs. Sui vbique similis Babylon. Qui verò meliores sunt, hi non eius, sed Dei, qui plerũq; suos diu, in tenebris ignorantie versari sinit, sunt filij, testis est Saulus, testes illi omnes, qui ad Petri in Actis præconium, Christo nomina dedisse leguntur. Quod & illa docet parabola, de vinea & operarijs, alijs primo diluculo, alijs sole eleuato, alijs occidente à patre familie conductis.

Solomon aurum petebat ex Peru.

Electi diu iacent in tenebris.

Similiorus est tibi Caluini Volanus, & valde audax. quod opere fidei duntaxat, Christum in cœlis manentẽ exhiberi

exhiberi, pronunciet: & tamen de reali Christi corporis presentia librum suum inscribit. Antoni Volanus est imago Dei, non simia Caluini, nec audax, sed fidei orthodoxe apud regem suum, intrepidus assertor. Cuius argumenta, quomodo sit aduersarius refutaturus, si viuemus, videbimus, vel potius ridebimus. Insuperabilis est veritas. premitur non opprimitur. Latet interdum, non plane perit. potest quidem Christus celo se mouere: Sed tamen in terras, ante supremum diem descendere non vult. posse & velle Dei diuersa sunt. Quod si faceret, ecquid non Satan emulus eius, hoc pretextu in Ecclesia tentaret? ausus est nihilominus, eum nobis hic & illic monstrare. Orthodoxis Christus est, Deus & homo. quocirca & adest & abest. inde illa de eo veterum, comunicatio, idiomatum. sœpe enim scriptura vni quod est alterius tribuit. vt illud, Ecclesia Dei, quam proprio sanguine acquisiuit. Et. filius hominis qui est in celo. Sœpe toti, quod est vnius. quale hoc: Me non semper habetis vobiscum. Et. Noli timere Paule, ego sum tecum. Cur ergo vos totum in Missas, conceptis quibusdã verbis: deuocatis? potentia id fieri eiusdem dicitis. Credimus etiam nos, omnia illum in celo & terra posse: tamen is omnipotens, se non semper hic futurum, mundum relicturum, auferendum aliquando à suis, cum ipsedem se adhuc paulisper mansurum, deinde ad eum, à quo emissus erat, tùm eius rei plenum venisset tempus, iterum dixit. Quis tanto Deo dicenti non credat? Contra, quis electorum Dei, vobis illud inculcantibus: Ecce hic est Christus, ecce in penetralibus, fidem adhibeat? Illud hic, ara est, in qua eum Deo offertis, qui nobis natus, non

Insuperabilis  
veritas.

Christus & adest  
& abest.

Ecce hic Christus.



tus, nobis datus erat. hæc autem penetralia, ciboria sunt  
 vestra in penitiori sacrario, in desertis quibusdam locis,  
 fana corporis Christi exstructis: rati illud ibi esse, quia  
 vobis ita videtur. Dolendam tot hominum amentiam,  
 an cœlum desertum: hic ne eum esse credam, qui me ad-  
 uersus tales ita munit, nolite credere? Ibone in deser-  
 tum, contra vetantis voluntatem, Nolite sequi, nolite  
 egredi? Credam vllum verum esse, hostiæ istius vestræ  
 miraculum, illis edoctus verbis: Surgent pseudo Christi  
 & pseudo propheta, & edent signa ac miracula ad sedu-  
 cendum, si fieri possit, etiam electos: at bene se res ha-  
 bet, quod decipiatis, non electos? Nam soli electi, mor-  
 dicus tuetur veritatem. Futura hæc omnia putatis, post-  
 quam venerit Antichristus nimirum, vt & hæc obstina-  
 tio, sit vobis cum Pharisæis ceteraq; Iudaorum, tam diu  
 Christum expectantium turba communis.

Electi non de-  
 ciuntur.

Inquis in Caluiniano pane, non reperiri Christum, verissimè vti-  
 tam sic ca-  
 tera. Sed in Eucharistia veracem Christum agnoscis. idque verbi Dei virtuti tribuis.  
 Longum hic mihi foret tecum certamè, cur idem aias &  
 neques, cum æquè sit in cœna nostra, ac in Missa vestra  
 panis. Vbi quæro ex te, num in illa paulina Eucharistia,  
 fuerit Christus? si fuit, quare eum is non Christum, sed  
 panem, & communionem Christi aliquoties vocat? nemi-  
 pe, quia aliud est hoc loco corpus Christi, & aliud Chri-  
 stus: qui quidem sedebat vnâ cum suis illæsus, & tamen  
 panem dixit esse corpus, & manducari iussit. Christus  
 nunc supra est, non infra Paulo, qui erat vsque in terti-  
 um cœlum raptus, & hæc mysteria probe ibi didicit, E-  
 pistola ad Colossenses, id testante: nihilominus panis  
 corpus est nobis illius. Demiror autem tatum te hic ver-

Aliud Chri-  
 stus & aliud  
 eius corpus.

bo Dei tribuere ; quantum in prima illa omnium origi-  
 ne , quasi naturas rerum immutet. cum tamen ex salua  
 maneant, videantur, tangantur, contactuque sui, si quis  
 eis venenum illinat, hominem perimant. rem á Christo  
 hominum seruatore, si in pane esset alienam. ac ita per-  
 diderat Henricum 7. Imper. anno 1313. monachus Se-  
 nensis, á Florentinis conductus. Sic perisse dicitur anno  
 1571. Barbara Radziuilana, regina Poloniae. At verò  
 nostra fides, multo certior firmiorque est. de cuius præ-  
 stantia, tam multa Apostolus cap. ad Hebræos vndecimo.  
 Cuius ope si illi patres, minoribus positi sunt rebus,  
 nos Christiani maiora, altioraque assequimur. adeò vt  
 & Christum caput nostrum, positum in cœlis, manduce-  
 mus in terris, omnibusque eius tum fruamur beneficijs,  
 cum quod imperauit, exequimur. Fides est inquit rerum  
 speratarum subiectio, & eorum quæ non cernuntur de-  
 monstratio. Quod adeò verum est, vt Paulus mandu-  
 cantem non digne hunc panem, ( audi hæc Antoni ) &  
 ex calice similiter bibentem, reum corporis sanguinisq̃  
 Christi faciat. mira Sacramenti cum re ipsa, cuius cogno-  
 men habet, coniunctio, tantaque vt & indigni male sum-  
 ti dent pœnas. credentes autem, vnà cum eo, reapse id  
 quod designat, participant. Surge inquit Paule, & ablu-  
 peccata tua. De quo cum & Beza, summus nostri æui  
 Theologus, contra Vestphalum, ad cap. eius 33. ita scri-  
 beret : Nos vrgemus Christum, quamuis in cœlo manē-  
 tem, Sacramentaliter tamen, cum pane coniungi, id est  
 ita, vt sicut symbola figurāt, spiritaliter per fidem ve-  
 rissimè nobis communicetur, vt vitam æternam ex eo  
 hauriamus : cumq̃ idem anno 1581. in illo possiaco cō-  
 uentu

Sacramentum  
 veneno illi-  
 tum hominem  
 perit.

Fidei præstan-  
 tia.

Beza de Eu-  
 charistia.

uentu affereret, in tantum sunt vestri corporalitate irrita-  
ti, vt colloquium dissiparint, in quo sanciri aliquid po-  
tuit, vtrisque salutare. Itaque incensi ipsorum animi,  
corpus corporalibus armis sibi esse tuendum existima-  
uerunt. mirus communis erroris consensus, vis mira.  
Dixit Beza corpus Christi esse in cœlo, si ipse Christus  
est in cœlo: exclamat cœca turba id hæresim esse. at cum  
idem affirmant Apostoli, cum ægeli, & sanioris senten-  
tiæ patres, tacet eadem.

*Fingis hæreticum, ( vt cum malis male loquamur )*

verbum transubstantiationis eam ob rem odio habere, quod in Euangelio non repe-  
riatur, cum simili modo nec Trinitatis in eodem legatur. Non hæc est An-  
toni causa. Sed quia in arcanis sanctarum litterarum, ni-  
hil est de re ipsa scriptum, vt post aliquot enūciata ver-  
ba, panis & vinum transeant in aliam substantiam. no-  
minum saltē mutatio est, quod panis sit Christi corpus,  
vinum sanguis. Sin vos contrarium huic, verbis diuinis  
nos docere poteritis, en me obsequentem discipulum.  
Nec nos, aliam ob causam vobis tantopere refragamur,  
quàm quod id ex illo, qui solus est audiendus, discere  
nō queamus. Vos verbū EST substantialiter, nos in Sa-  
cramentis sacramentaliter accipimus. quod alibi, & de  
substantijs, & de notis significatisque admittimus. Tūc  
mihi idcirco, quia quod vnice cupis, persuadere non po-  
tes, vitam, summū Dei donum auferes? hem Antichri-  
stianam diritatem. Caluinum sine, oro te, ibi iam esse,  
quod secundum fidem, de remissione peccatorum Catho-  
licam peruenit. Cui expiranti, vtinam tibi quoque in-  
teresse licuisset, vt nunc veriora de eò scriberes? Non  
damnatorum est, talis mors, qualis viri illius fuit. Non  
damnati

Quam ob cau-  
sam Euange-  
lici Transub-  
stantiationem  
non admittunt.

Verbum est  
quomodo ac-  
cipitur.

Caluini morti  
interfuit Lasi-  
cius.

damnati hæc solent, quæ ille cum morbo luctans exclamabat, vsque quo Domine? Christo viuo & morior, qui suis lucrum est, in vita & morte. Et illud ex Psalmo 39. Tu me conteris Domine, sed abunde mihi sufficit, quod tua sit hæc manus. Non protulit talia verba Iudas infelicem exhalans animam, non sinister Iatro, non diues ille apud Lucam, non Frãsciscus Spiera vester, qui vtiã pœnæ suæ rigore, vos à peccando in spiritum Sanctum, in tanta veritatis luce deterreret. Nec est verisimile nomen trinitatis, illi displicuisse, quandoquidem Sanctæ Triadis vnitatem essentiæ, duabus ad Polonos Epistolis asseruit. Si eo quodammodo erat offensus, acciderat idem mihi, cum quendam in papatu, ita orantem audiui, Sancta trinitas ora pro nobis. Semper enim vobis id in ore est verbum: explanatio verò illius, raro auditur in templis. de qua & ego alibi, contra nostri seculi Ebionæos & Macedonianos. Mirari hic subit qui id fiat, vt cum nostra scripta legatis, tamẽ ex illis nihil, quàm species quasdam humanæ hallucinationis colligatis. at vbi meliora? secus apes, ex diuersis mel desumunt floribus. Nemo est mortalium, cui non desit quidpiam. perfectè doctus, bonus, sapiens, ne vnus quidem est. Semper doctior doctior, forti fortior, bono fuit melior alter. Vidit posterior, quod oculos fefellit prioris. melius hæc nostra, quàm superior ætas, intelligit Apocalypsim. Sed venit in mentem, eadem fecisse illos ambitione cæcos Phariseos, licet sapientissimum magistrum, sæpe audirent concionantem. Etenim quæcunq; is etiam vnquam, licet verissimè dixit, illi hæc nihilominus carpebãt: que bonus vel optimè fecit, in malam partem accipiebant.

Itaq;

Trinitatis nomē.

Iesuicæ legunt  
Euangelicorū  
scripta.

Itaq; nos eadē Christi fortuna solamur: & sicut illorum,  
ita & vestram, innatam quandam malitiā deploramus,

Marloratum, falsò scribis ob Rothomagensē pro-  
ditionem laqueo esse suspensum. Verum quidem est, ,,Marloratus.  
frangulatum illum esse, vrbe illa, singulari Evangelico-  
rum profugio, à Pontificijs expugnata: Sed non propter  
aliud crimen, quàm quòd minister Christi esset: vbi tute  
iudica, an sit vero consentaneum, hostibus eum suis, ci-  
uitatem prodere voluisse. ibidem Antonius Rex Nauar-  
re urbem cum Guizio obsidens, lethale vulnus accepit.  
Falsa & hæc quæ de disidijs inter theologos Caluinia-  
nos, in colloquio Possiaco addis. Summa enim fuit in-  
ter eos concordia, Beza & Martyre perorantibus, rege  
autem adolescētulo, matre eius Guisio, Cardinale Lota-  
ringo, Sorbonistis, alijsque huius fecis & auditoribus &  
iudicibus. Vbi quis prudens alium finem, quam qui se-  
cutus est, expectasset? Cogite hodie quoscumque vultis  
Theologos, synodos indicite, controuersia hæc de reli-  
gione, sine eiusmodi iudice, qui neque papista neque E-  
uangelicus sit, componi nunquam poterit. Quid igitur? Christiani  
schismate Iu-  
dæis similes.  
Etiam eo similem esse Deus voluit, Christianorum rem-  
pub. Israeliticæ, ex quo Roboamus Rom. morem gerere  
noluit suis, iustissima petentibus. ac sicut ibi tunc minor  
Israelitarum portio, Deum rite coluit, maior idololatri-  
am. amplexa est: ita fit etiam hodie. Caluini athe-  
ismi. Addis & de Caluini, atque  
Beza quibusdam atheis. Qui tibi eadem diligentia describē-  
di erant, quæ in recensione rerum Romanarum apparet.  
Sed si horum virorum quidam bona, male ytuntur do-  
ctrina: si non ferunt disciplinam magistrorum discipuli:  
si qui nostrum viuunt licentius, quàm Christianis con-  
ueniat:

Possevinus  
Claudium Sen-  
tesium homi-  
nem maledictū  
secutus.

ueniat : an est æquum tribuere id ipsis doctoribus ? Fi-  
lios enutriui, inquit & euexi, ipsi autem rebellarunt mi-  
hi. Ergone Deus causa erit, natorum suorum nequitia?  
aut Paulus doctrina sua de fide iustificante, illorum Chri-  
stianorum, quos reprehendit Iacobus auctor licentia?  
De Claudio Sēctesio Sorbonista, siue theologo Parisien-  
si, ex cuius scriptis omnia falsa desumisti, vt Geneuen-  
sem Ecclesiam iniuifam redderes lectori, ne quid ipse di-  
cam, lege Theodori Beze contra eius calumnias tres a-  
pologias. Quod si feceris, cognosces Claudium, in re-  
bus doctrinaque Geneuensium describendis, vehemen-  
ter claudicasse : seu ne id ad genu referas, valde menti-  
tum esse. Ea tamen prudentia est tua, vt lectis nugis  
fabellisque ipsius, dicas inter hæreticos, superstitiones,  
magicas, imposturas, & Satanam regnare. At si id de  
nobis intelligis, nihil potest hoc figmento dici falsius.  
Et alioqui de nobis te hæc sentire, hinc liquet, Quod

Sagæ Sabau-  
diæ nocent ge-  
neuensibus.

Romæ impu-  
nitas.

Genevæ Iamiarum non ita pridem, tantam turbam fuisse, ad regiam Maiestatem scri-  
bas, vt ipsi iam Ministri, nisi fœdere cum dæmonibus isto, horum sibi studium con-  
ciliassent, iam citius quam denique fiet, sese turbatum iri, ad terribissimas illas tenebras  
præsentirent. Ita est certe, magnas semper Satan illi Sanctæ  
vrbi, conatur offundere tenebras, ex quo tempore post  
tenebras Papisticas aspexit lucem Euangelicam, multi-  
eam venefici varijs technis, euertere student. multos in-  
dentidem subornat dæmon, qui eam hostibus habendis  
prodere moliantur. Sæpe ipsum Ducē Sabaudie, ad op-  
pugnationem eius inducit. Sunt multe sagæ: sed in agris  
Sabaudie Ducis. Quæ cum in urbem veniunt, conuictæ  
maleficij, soluunt capite sceleris pœnas. nulla enim ibi  
diutius durat, nisi quamdiu latet impietas: prodita con-  
festim

festim compescitur. Caterum Romę, Deum immortalem, quanta quiduis fere licenter agendi, præterquam Lutheri dogmata profitendi impunitas. Vidi vtramque urbem, adeo vnam alteri cōtrariam, vt est lux tenebris. Porro cū anno 1565. Parisijs morarer, vidi ibi quoque, medijs foris sagas cum viris comburi. quæ in quæstionibus, ad. 16. esse millia, in solo regno Gallię, sociarum sociorumque suorum confitebantur. quæ mihi è curia reuertens, narrare solebat Amariton causidicus, hospes meus. narrabat & de quibusdam eiusdem generis, in castas conuersis, quę in caupona hospitem, noctu oppressissent, in capita illarū ense amputasset. quæ foras eiecta, humana esse apparuerunt. vnde illi dies dicta fuit apud prætorem. Neque eæ maleficę quę multę sunt ni Lituania, alterius se esse religionis, quam vel Romanę vel Russicę profitentur. Quę ante vltimum supplicium, manibus pedibusque vinctis in aquam proiectę supernatant, nec etiam si velint, in imum descendunt. Quin & alibi, vbi cunq; papatus est, multi magi impunē viuunt. quos vulgò homines, de rebus tam futuris quam amissis cōsulūt, ita vt illud verissime scripserit Augustinus de Antichristo, libro eiusdem tituli, habiturum illum esse multos magos, maleficos, diuinos, incantatores, qui docent in omni iniquitate, & falsitate & nefaria arte. Romanę & is est fidei & sanguinis Italicı magus, nuper à nobis visus, qui Carolo 9. Gallorū Regi anno 1572. id dedit consiliū, vt castilionæum Amiralium, cum permultis alijs professionis Euangelicę, tam viris quàm fœminis, dolo malo in nuptijs perderet. malitiose magis, vt dæmon solet, quàm prudenter. nam multò plures, his peremptis succreuerunt.

Sage in gallia

In regno antichristi multi magi.

Quod ad fœdus ministrorum Geneuensium, cum  
 daemonibus, credas mihi licet Possuine, tam hoc falsum  
 esse. quàm quòd tu sis Luterianus. Dæmonis nomē Ge-  
 neue proferre loquēdo non licet, fœdus cum eo pacisci,  
 præsertim ministris Dei liceret? Vade Geneuam, vt ip-  
 se tuis videas oculis, quæ ibi sit, cum in omnibus vicijis  
 cœercendis, tum in blasphemia vindicanda magistratus  
 seueritas. Expertus est hoc ille ter impius Seruetus Hi-  
 spanus, anno 1553. 27. Octob. cuius hæresis virus, ad  
 nos peruenit. Vide igitur vt in posterum, compertiora  
 de nobis litteris prodas. alioqui didicisti ex Deuterono-  
 mio, capitale olim falsum testimoniū fuisse. Et si stag-  
 num illud Apocalypticum, igne ardens & sulphure, pœ-  
 na omnibus mendacibus assignata, grauius multò sup-  
 plicium est. De adulescentula quòd scribis, simile vero  
 est. papista, vt ipse fateris, erat, Deum negare potuit,  
 scheda obligatoria diabolo tradita. hæcne verè quid-  
 quam, de vllis hæreticorum ( ita enim Geneuenses co-  
 gnominas ) fraudibus? Quorum nobis cur non expo-  
 sicasti aliquas? Possuine, faxit Deus, vt tu tuique õnes.  
 eius sitis animi, cuius sunt Geneuenses, id est tam impij,  
 tam fraudulenti quos tu nunquam opinor vidisti, nedum  
 vt cum eis aliquod vixeris tempus. Non decet te tan-  
 tum virum, de rebus ignotis, tam præcipitem ferre sen-  
 tentiam, quod vidimus, inquit Ioannes, & audiuimus, id  
 annunciamus vobis. Quidni tu quoque idem faceres?  
 Quod si tibi historia de nobis scribenda esset: id credo  
 de illa, quod Christus de suo aduentu, cum fides inter  
 homines interibit, dici commode posset. At quomodo  
 hic regem compellas? Audi Rex id, de quo Deus scit  
 quia

Geneue non  
 licet maledice-  
 re.

Pœna maledi-  
 corum.

Nõ nisi certis-  
 sima scriben-  
 da sunt.



quæ non mentior. hicne tantum, Antoni, Deum testem  
 appellas? hic te non mentiri ais? Cætera vero tua qua-  
 lia censenda? Sed bene est, quòd tali obtestatione non  
 utaris in ea, quæ sequitur de Volano narratione. vnde  
 falsiorem hac esse apparet. Homo, quid mentiri iuvat? Falsa de Volano  
narratio:  
 amiserat quidem furto id temporis Volanus, centum  
 florenos. in quibus recuperandis, nulla prorsus arioli  
 Vlnensis vsus est opera. Sed erat quidam Volani ami-  
 cus papista, vir nobilis, qui postquam furtum cõmissum  
 esse intellexit, caseo more gentis papistice supersticioso,  
 si forte deglutiri non posset, in ora suspectorum imposi-  
 to, furem cognoscere voluit. qui is esse, in suspicionem  
 omnium venerat, quem postridie aufugisse constabat.  
 Volanus interea illud cum Iobo dicere, Dominus dedit,  
 Dominus abstulit, non ignarus de ariolatione diuini in-  
 terdicti. Vter igitur nostrum, verius hæc scriptis man-  
 dat? Nescire hæc Volanus potuit, qui mihi ipse ridens  
 ridenti, & rem eam, tuamque istam historicam fidem  
 exposuit: sed tu absens, scire certius potuisti?

Eandem meretur fidem, altera tua narratio tam de  
 Sabaudis, quibus Geneva, regnum diabolice confusio-  
 nis plenum esse visa est, quam de cuiusdam Ministri E-  
 uangelici in Hungaria, cum Turca, eiusmodi colloquio,  
 in quo doctrinam Euangelicam, Mahometricam aequipa-  
 rabat. alterius quam tua, Possuine, isthac esto leuitas,  
 vt quamlibet auditionem pro re comperta habeas. De Possuinas  
creduluse  
 decet virum puerilitas, theologum credulitas. Iam re-  
 cani fecerunt venerabilẽ. Sapere vero isthac ætate con-  
 uenit, ait Plautus, qui sunt capite candido. Verum sa-  
 pienter Cicero, vt in vita, sic in oratione, nihil esse dif-

facilius, quàm quod deceat videre. hominis est, quantum potest subleuare alios : vt diaboli deprimere, & in odium adducere. Tu vero non homo tantùm, sed Italus, sed senex, sed Theologus, & pacificator es. à quo hæc omnia, quibus falso Epistolam, ad grauissimum regem inspersisti, abesse debebant. Sit igitur erranti medicina confessio. Sin hæc non erit: nos tamen à tam iniquo censore, ad æquiores omnium iudicem prouocamus. Sabaudi isti, crassissimi sunt papistæ, titulo tenus si ex fructibus iudicandū est Christiani, infestissimi Geneuensium hostes. Itaque mali de probis, cæci de lumine, hostes de exolis sibi, æquam non possunt ferre sententiam. Hic autem minister, vel nunquam in rerū natura, vel assentator & indoctus asinus fuit. Nihil enim commune habet fides nostra cum Alcorano, qui non heresis vlla, sed sentina quædam omnis generis errorum est, & chaos quoddam conflatum, ex Gentili & Iudaica superstitione, aspersum quibusdam Christianæ legis notis. Nostra autem dogmata, ex limpidiſsimis sacræ scripturæ fontibus depromta, nulla eiusmodi miscellanea habent. Nolo adedè friuola attingere, in quibus tu tamen ostentas, tuam dicendi facultatem. Tam Alcoranus similis est nostræ doctrinæ, quam tu Iesuita Iesu Domino, istis tot tuis mendaciorum plausuris. Non minus insulse actiones nostras cum Turcicis comparas. multo id aptius is fecit, qui quorundam vestrorum Pontificum gesta, cum Ethnicis Rom. Imperatoribus, productis vestrorumque historijs, congruentia esse ostendit.

Tandem ad Romæ tuæ, dominique eius descriptionem descendis, quæ nisi alia fuisset, quàm tuæ sectæ conuenit

Sabaudi ducis  
crassi Papistæ.

Alcoranus  
Turcicus.

trenit miraremur. Nunc nihil omittis, quod non sancti-  
 ssimam esse hanc urbem, & Papam alterum Christum  
 ostendat. Et hæc quidem cuncta pietatem quandam ero-  
 ga homines spirare videntur, at quorsum tot benigne  
 facta, si ij qui illa exercent, supercilium sibi inde arro-  
 gant? si insontes condemnant, & insectantur Euange-  
 licos? Si que veritati cœlesti, nunc vere rursus lucenti,  
 infesti sunt hostes? si insumam alendis egenis omnes  
 facultates meas, & si tradam corpus meum vt cõburar,  
 charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. cha-  
 ritas non irritatur, non cogitat malum, gratulatur veri-  
 tati, ita Paulus, qui eandem caritatem, Romanos quon-  
 dam docuerat: cuius tamen hodie vix vlla vestigia re-  
 stant. Quæ in tuo Pontifice laudanda sunt: ea nos mi-  
 nimè vituperamus, quæ vero idem, pauperis Petri Pau-  
 lique successor, verbo diuino contraria facit, nullo ea  
 pacto probare possumus. Nec est nunc alia, Antoni, Ro-  
 ma, quicquid tu dicas, quàm tribus ab hinc annis erat,  
 cùm hæc de illa quidam historicus gentis vestre nobilis-  
 simus scriberet. Egone, inquit, credam in Sacerdotum  
 Romanorum sentina, in illa teterrima vitiorum cloaca,  
 in qua subsidit scelerum & flagitiorum omnium ab vlti-  
 mis nationibus infinita coacervata moles, Christianum  
 orbem vniuersum includi? quamque vel illo fuit tem-  
 pore, cùm ita de ipsa Mithridates apud Sallustium iudi-  
 caret. Romani arma in omnes habent, acerrima in eos,  
 quibus victis, spolia maxima sunt: audendo & fallendo,  
 & bella ex bellis ferendo magni facti, vel qualis Anno  
 Christi labente 1459 fuit. Quo anno, cùm Fratres Bo-  
 hemi, quos vulgus Valdenses esse putat, quæsitum ve-  
 ros Chri-

Romanorum  
 pia opera.

Qualis nunc  
 est Roma.

Romæ descri-  
ptio.

ros Christianos, quæqua versum suos misissent: inuen-  
erunt apud Gallos & Italos, in media vulgarium Christi-  
colarum fece complures, Dei metu præditos, difficilem  
vitam agentes. inciderunt & in eiusdem fortunæ Valdē-  
ses. quibus cum sententias de religione contulerunt, &  
alteri alteros mutua cohortatione, in absolviendo cursu  
pietatis Christianæ, fortiores reddiderunt. altum inte-  
rea stertentibus illis, qui ad gubernacula Ecclesiæ positi  
fuere. Morati vero aliquandiu Romæ, vt omnia in Io-  
hannis Apocalypsi de ipsa scripta, oculati testes perno-  
scerent: viderunt in septem montibus, videlicet Pala-  
tino, Capitolino, Auentino, Cælio, Esquilino, Vimina-  
li, Quirinali, illam veterem sitam fuisse: eam autem quæ  
nunc est, ad Tiberim, quo sæpe obruitur, donec tandem  
plane aliquando obruatur descendisse. populos variarū  
nationum, & meretrices pene innumeras habere. maio-  
ri ex parte, dirutam vastatamque esse. verè magnam,  
propter eius 32. milliarium Italicorum ambitum ab an-  
gelo vocari. bysso, purpura, cocco, serico, indumentis  
mollissimis vestiri. delicijs eneruari. voluptatibus omnis  
generis perfluere. meretricijs amoribus impune deditā  
esse. Omnia venalia habere. Imperium eius quondam  
maximum, magis ac magis accidi. Eum qui ipsam te-  
net, sanctissimum vocari, adorari, coronari, throno  
excelso portari. ad pedem suum osculandum, homi-  
nes admittere. Supra reges se efferre arbitrio suo quid-  
uis in orbe Christiano agere. clauibus sibi edcreditis a-  
buti, his gladium adiungere. bella regibus inferre. ho-  
mines iureiurando soluere. fœdera teste Deo facta rum-  
pere. Connubia illicita copulare. summo positum loco,  
permulta

per multa licenter agere. mundana maiori studio quam diuina tractare. dispensationes quasdam legi diuine aduersas facere, exspectatiuas auarissimas concedere. Ex vestibus sacris, immensas gazas corrudere. beneficia Ecclesiastica, partim in ineptos, partim multa in vnum conferre. pœnam meritis gratiam facere. conseruis suis tyrannice dominari. maiorem se concilio vocare. omnes nutui suo obsequentes habere. beatorum numero qui placerent ascribere: qui displicerent tartaro addicere. contempta Christi paupertate, opibus inhiare. abiecta eiusdem humilitate, superbissime se in omnibus gerere. nullo quam populum docere. vicarium per vicarios omnia agere. Rebus quam plurimis cōtrarium suo Domino esse. Quæ tu prætermisisti, Possuine? Illa saltem quæ Augustum, quæ venerabilem faciunt ob oculos nobis ponis. fallacia igitur hæc est manifesta, qua hæreticos uti sæpe dixisti. fucus est, quem per se deformibus inducis ut ad amorem illorum, tanto citius incautos allicias. Quod si commemorare liberet, quæ isti tui pij Pontifices, ut suam existimationem retinerent, in Imperatores & reges gentium designarunt, dum eos imperijs exuerent, filios aduersus ipsos concitarent, Italiam ipsis tributa pendere vetarent, subiectos, fide solutos suis cum Dominis committerent, ad procidendum, ante se reges cogerent, diuina & humana omnia miscerent; multaque nefanda alia, quorum sunt plenæ historie facerent: modestius spero hanc ipsorum, fictam quandam bonitatem prædicares.

Video autem te id ferre molestè, quod Volanus ad iudicium regis prouocet, ut de religione tam vera quam falsa ipse cognoscat. Vbi quid peccarit nescio, magis

r

stratus

Quæ mala sunt  
ea prætermittit  
posseuinus.

Ad reges diu.  
na pertinent.

stratus enim est vtriusque tabule legis custos, gladio ob  
id diuinitus armatus. Nec alij magis quam regi, cura  
rerum diuinarum incumbit, si forte Sacerdotes muneri-  
bus non fungantur suis. Ac pridem Christus ab archi-  
tectis domus Dei, qui sunt Sacerdotes reprobatur. Iam-  
diu illud dixit scripsitque Malachias de sacerdotibus.  
Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requi-  
rent ex ore eius. Vos autem recessistis de via. offendi-  
culo fuistis multis. & ego reddam vos contemptibiles &  
humiles omni populo. Quod videntes nostre tempesta-  
tis reges & Principes Euangelici, aggressi ea sunt, quæ  
clericos facere oportuit. Dedit & Catholicus Cæsar Ca-  
rolus Imp. rolus anno 1548. quoddam interim suis Germanis lau-  
dandum studium, si eo aliud quam veræ religionis cur-  
sum inhibere voluisset. Sæpeque idem conuentus e-  
git religiosos. Constantinus olim Synodum Nicenā coe-  
git, & litigantes in ea Episcopos redegit in gratiā. Vo-  
catur enim magistratus, in sanctis litteris Dei minister.  
pastor, Dux & nutritius Ecclesię. Vocamur õnes á Pe-  
tro Apostolo Sacerdotium sanctū, fecit nos inquit Chri-  
stus Deo & patri suo reges ac Sacerdotes apo: 1. Qua-  
propter & illi Israelitarum reges Dauid, Solomon, Afa,  
Iosaphat, Ioas, Ezechias, Menasseh, Iosias, nonnulla  
eorum, quæ ad Sacerdotes pertinebant, egerunt. Pro-  
fecto Afa. vt 2. liber Paralip. testatur, altaria de astro-  
rum sustulit, statuas confregit. Cuius natus Iosaphat,  
misit principes suos cum Leuitis, vt ea populum doce-  
rent, quæ liber legis cõtinebat, cap. 17. decimonono au-  
tem, constituit iudices, tam de principibus familiarum  
Israelis de Leuitis atq; Sacerdotibus, ac præcepit vtrif-  
que dñi

Rex Imperat  
Sacerdotibus.

que dicendo. Sic agetis cum timore Iehouę , in fide ac corde perfecto. omnem causam quę venerit ad vos de fratribus vestris inter eadem & eadem , inter legem & præceptum , statuta & iudicia admonebitis eos. at hodie Regem sacerdoti aliquid præcipere velle, nefas esse ducitur, multo magis si quid politicus iudex de lege Dei decernat. Ita Ioas Cap. 24. Congregauit Sacerdotes & Leuitas ac dixit eis. egredimini ad vrbes. & Capi. 29. Ezechias aperuit ostia domus Iehouę, & instaurauit illa, iussisque venire Sacerdotibus & Leuitis, dixit eis, audite me Leuitę : nunc sanctificate vos, & domum Dei patrum vestrorum , & educite immunditiam de sanctitate Vrnam his similia Sacerdotes audiant ex Rege nostro probe vidente quales & ipsi sint , & quarum rerum tēpla plena habeant. Quod ille eodem facere posset iure, quo Ecclesijs constituit Episcopos : quoque idem Imperatores Romani ab anno D. 369. post cruentam Damasi Pape electionem , vsque ad illum , toti orbi terribilem Grego. 7. interrupta hac interdum serie per annos prope modum septingentos factitabant. Maximè vero hoc tēpore, quo exorta de rebus diuinis cōtrouersia rei sacerdotis cōtra se ipsos sententiã ferre , nec possūt nec volūt. Quòd cūm ita sit, bene quærit Volanus eum iudicem, qui nobis fidem Sacramento obstrinxit suam , quauis de re iuste statuendi. Quid hic de Iosia rege dicam ? qui ipse doctor populi fuit , cūm librum fœderis diuini Sacerdotibus , Prophetis omnique populari concione audientibus in templo legit , fœdus cum Deo icit, Helcia Sacerdoti magno, cæterisque inferioribus, vt vasa Baalo, & vniuersæ militiæ cœlesti consecrata, templo eijcerent

Imperatores  
Roma. dabant  
populo episco-  
pos.

Reges diuini  
tractabant.

rent præcepit, statuas contriuit, lucos succidit: quæ de eo 4. lib. regum cap. 23. litteris mandata leguntur. Quare Micheas ita viros Principes affatur. Audite quæso Duces domus Israel, nõne vestrum erat scire iudicium? Nec Moises Dux populi Dei peccauit cum diuina quoque curaret. quemadmodum ipsemet de se scripsit. Exodi 18. Cùm est illis negotium aliquod, veniunt ad me, & iudico inter virum & socium eius: notaque facio statuta Dei, & leges eius. Non Deus sed Papa Nicolaus, Dist. 28. Can. Confitendum, statuit, ne laici de clericorum vita iudicent. homo & ille qui hæc tulit. Iudicio Pontificis nemini præiudicare licere, neque eius sententias reprehendere, neque de eius iudicio licet vnquam iudicare. Antoni. 9. quæst. 3. patet. Et quamuis huic illa quoque lex sit similis. Dist. 40. de Papa, etiam si turmatim animas ad inferos ducat, à nemine iudicando: tamen ibi hæc additur exceptio. Nisi forte esset à fide deuius. Qui ipsius error, notus iam factus est omnibus.

Num Euange-  
licis iudicare  
liceat de Ro.  
Ecclesia.

Rogas & id, vnde nobis de Ecclesia sumamus iudicium. Quod te ignorare turpe est. Cùm fratres simus omnes, vnus autem sit noster Magister, cum Christiani, cum Ecclesia (et si vos id negatis) an nõ permissum est istis mutuum iudicium? facitis hoc ipsi de nobis, nos soli ita serui sumus, vt non idem faciamus de vobis? Quid est, scribit ad Corinthios Apostolus, in quo fueritis inferiores cæteris Ecclesijs? Idem ad Theffalonicenses. Adhortamini alij alios, & edificate singuli singulos. Ecclesia homines sunt, qui sæpe errant, & quotidie peccant. Inde illa veniæ quotidiana petitio: Remitte nobis peccata nostra, & da nobis panem hodie. Fide, non loco vna. eaque melior, quæ sui pastoris,

Ecclesia sæpe  
errat.



pastoris, Domini & Magistri voci credit. nusquam talis, quin si á vero aberret, ab altera iudicari commonefieri que possit. Eadem angelos iudicatura est, vt ipsi Paulus spem fecit. homines non iudicaret delinquentes? Data est eidem ligandi & soluendi facultas, sed iudicium id agendi negatum? Columna & stabilimentum veritatis, de falso non pronuntiabit? Spiritus prophetarum subiiciuntur Prophetis, non Prophetarum autem ihs se nõ submittent, per quos hodie almus ille Spiritus, mundum peccati arguit? Quid igitur est illud eiusdem Apostoli, vt vno loquente, ceteri diiudicent, si non est liberum Christianis iudicium? Quid & hoc? alij alijs subijciamini, si vos soli iudicetis, nullius de se tolerantes sententiam? Quid & Senecę lib. 3. de ira. Admoneri bonus gaudet: pessimus quisque correptorem asperrime patitur? Sed vos definitis Ecclesiam, certum Sacerdotum Romanorum numerum, cui soli sit de ceteris omnibus, quiduis statuendi potestas. quem de rebus diuinis conari docere, arrogantis sit. Error est bone vir, tam exiguis mœnibus, Ecclesiam ortu & occasu solis terminandã, ita circumscribere velle, vt de ipsa alijs iudicare non liceat. Error maximus, vni homini arrogare, quasi diuinum de omnibus iudicium. Error, omnia iura scripta esse in scrinio pectoris eius. Error totum mundum esse diocœsim Papę dicere. Error scœdissimus, esse necessarium ad salutem affirmare, omnes subesse Rom. Pontifici oportere. Quorum absurdorum, è summa superbia natorum, plena sunt decreta vestra. Quod autem scœpe iteras nos hæreticos esse: nihil est. dicere hoc nunc recte non potestis, ipsi hæretici, fuit quondam sine eiusmodi

Errores Papistarum.

Non sumus hæretici.

hæresibus, quas vos mordicus tuemini, Dei Ecclesia. Id quod vobis, tot iam annos apertissimè demonstramus. hæresis est purgatoriū. hæresis Christi in pane, Deo oblatio. hæresis hominum, qui à nobis absunt inuocatio, hæresis Sacramenti Eucharistiæ mutilatio, & sexcentæ aliæ. De quibus, Ecclesiæ Dei aliquid pronūciare licitum est, ideo eas auersantur, quòd verbo diuino repugnent. Cùm igitur ipsi quoque, portiuncula verè Ecclesiæ simus, deque omni doctrina nostra, censuram non cæcis permittimus iudicibus: iure de vobis legitimo, ex statutis diuinis, vicissim has ferimus sententias. quæ vobis non minus acerbe sunt, quàm cuius fontis multa iudiciaria.

Tu tamen regie Maiestati in controuersijs fidei finiendis, & diuinis eloquijs exponendis, solum vicarium Christi audiendum consulis. Sed, quid si is magis cæteris erret? ac errasse antecessorem eius Petrum, in illa de primatu cōtentione, in Domini sui negatione, ac in ea cuius illum Paulus Epistola ad Galatas arguit, hypocrisis id est simulatione, in Christi à subeundo mortis supplicio dehortatione, in illo cùm ad Centurionem descensurus esset, delectu ciborum. Errauerunt quique sancti. quippe iisdem quibus & nos affectionibus, Paulo & Iacobo testibus, obnoxij. At vtinam, Possuine, habeamus hodie, istiusmodi vicarium Christi, qui re ipsa is sit, qui haberi studet: quique non faceret omissenda. Sanè illius sententiam maiores nostros secuti, cùm ad huc res Romana integra stetit, non delectaremur. vt qui hactenus nihil studiosius, quàm iudicem non suspectum, de rebus, quæ in controuersiam venerunt, quarimus. Qui donec inueniatur, Christus ipse, iudex nobis cit prijs iudex. sufficit. ad cuius verborum amussim, quidquid humane inuentionis

S. Petrus errauit.

Christus sufficit prijs iudex.

inventionis accomodaueris, id tãquam nix ad calorem, continuò disperit. Experire id tu ipse. Quare in canonicis codicibus aquam benedictam, delicta vt dicitis de lentem. quare de campanis baptizandis, & imaginibus in templis statuendis præceptum. quere de hostia panis, pro viuís & mortuis offerenda, vel vnicũ diuinum verbum, quare de tot carimonijs, quibus onerastis Ecclesiam Dei mandatum, quare id genus plura alia. inuenies nihil eorum, vel Christum, vel Apostolos fieri voluisse. imo illud potius visum est Spiritui S. ac nobis, ne quid amplius imponeremus vobis oneris, quã hęc necessaria, vt abstinere ab ijs, quæ sunt immolata idolis, sanguine, suffocato & scortatione. Explosas oisim pestilentes hæreses, ab antiquissimis synodis, non oportere putas repullulascens, rursus examinare. Non repugno de hærelibus. Euãgelicos qui hodie sunt, in numero hæreticorum habendos nego omnino. alio, qui primi quoque illi Christiani, quos nobis imitandos in omnibus proposuimus, hæretici essent. Non omne quod repullulat lolium est. Non hæresis id, quod est haustum, ex ipsis Sancti Spiritus laticibus: non pestilens dogma habendum, quod certissimam credẽti adfert salutem. omisissis tot sequestris, ad solum Christum, Dei hominumq; vnicum mediatorem, credentem adducit. Non dubitanter peccatorum veniam sperare, & solum Deum inuocare docet. Hęc examina licet. quæ à vobis solis damnari, à Spiritu vero Sancto cõprobari ea cognosces.

Deceptum hic etiam Volanum & infelicem dicis, quod cognito iam ab omnibus Messia, licere cuius scrutari scripturas, vt quondam Iudæis censet. Mi Antoni, vtinam ita notus vobis hic Messias esset, vt non sit amplius necesse, rimari eius mandata. Vtinam hunc solum

Quæ in Sacris  
litteris non in  
ueniuntur.

Quos Euãge.  
lici imitantur.

Licet cuius Bi-  
blia legere.

Apostolus om-  
nes Coloss. E-  
pistolam suam  
legere iubet.

lum magis, quàm omnes ipsius vicarios audiatis. Vti-  
nam eundem, Apostolosque illius, fide ac moribus ex-  
primatis. Ergòne sacrificulorum tantùm gratia, litteris  
est consignata diuina voluntas? Si soli erunt illi felices,  
de quibus hæc S. Ioannes, Beatus qui legit, & qui audi-  
unt verba Prophetiæ huius, & seruant in ea scripta? Hi  
tantùm omnia probabunt, & quod bonum est tenebunt?  
hi doctrinam & cõsolationem illam ex scriptura, de qua  
ad Romanos Paulus percipient? hos solùm explorare  
iussit Apostolus Spiritus, ex Deo sint nec ne? ad hos so-  
los cognitio pertinet earum rerum, quas nobis tradunt  
Biblia sacra? Soli Sacerdotes veteris legis eadem Bi-  
blia legebant, vt ex illis rationes non credendi tantùm,  
sed & viuendi peterent? Omnis scriptura diuinitus in-  
spirata, vobis solis, qui operamini sacris, utilis est ad  
doctrinam, ad redargutionem? Soli administri sacro-  
rum illi fuerunt, Berœæ qui Paulo sermonem Dei annũ-  
ciant, quotidie scrutabantur scripturas, an hæc ita se  
haberent? De hisdem ne solis, ita Apostolus ad Coloss.  
Cum perlecta fuerit apud vos Epistola, legatur & in La-  
odicensium Ecclesia: & ex Laodicea scriptam, vos quo-  
que legatis. Præterea ad eosdem. Docendo inquit &  
commonefaciendo vos mutuo Psalmis, hymnis, & can-  
tionibus Spiritualibus: & ad Corinthios. Non alia scri-  
bimus vobis, quàm que legitis. item. Fratres cum con-  
uenitis, quisq; vestrum psalmum habet, doctrinam ha-  
bet? Ex psalmis quis doctrinam petet, vt alterum ad-  
moneat, eosdẽq; in cœtu habebit, quos tamẽ legere neq;  
sciet neque debet? Cæcis hæc suadeto, Antoni, qui le-  
gere non possunt, aut idiotis, qui nesciunt. Quod quoro-  
sum teno.

sum tēdat consilium, seu verius interdictum, probe sentimus. Non vultis nos qui Sacerdotes non sumus, vestras artes quibus simplices capitis, vestraque tot quibus scatetis vitia, ex lectione diuinæ legis, tanquam ex speculo faciei maculas cognoscere. Sed pēdere nos de vobis totos, & omnibus quæcunque dicitis, vel absurdissimis fidem adhibere vultis. At verò iam satis superque hanc seruitutem liberi seruimus, dolis capti vestris, per diu serui Dei, fuimus serui hominum, & Christiani ea qua Iudæi conditione.

Cur Iesuite in  
terdicite lecti-  
one Bibliorū.

Incommoda huiusce scripturarum scrutarionis hæc esse dicitis, quòd iam symbolum Apostolicum iterum explodatur, & Christus Deus esse negatur, futurumque nullo querendi sine, vt veritas inuenta omnino perdatur. Symbolum Possuine,

quantum quidem mihi constat, non totum, neque ab omnibus: sed ab solis Macedonianis, in eo non admittitur, vbi est confessio, fidei in Spiritum S. tollunt enim ex eo verbum, In, ideo quòd de fide in Spiritum, nihil in sacris Biblijs legatur. itaque pro eo, tantum se credere Spiritum dicunt. Sunt & Samosatani apud nos, quibus Christus non est, ille æternus Deus, qui erat ante omnia: Sed merus homo peccati expers, precario cognomen gerens Dei: ita vt solus pater sit ipsis Deus verus. Vbi te ipsum iudicem statuo, num sit æquum propter pauculos hæreticos, lectione sacrorum librorum, ex quibus solidum animi pabulum petitur, omnibus interdicere. hæreses esse oportere inquit Apostolus. fueruntque ex omni seculo, etiam inter Iudæos, ac erunt deinceps, quemadmodum Zizania cum tritico, tenebræ cum luce, diabolus cum Deo. Mundus ex contrarijs rebus constat. quæ tamen Deus, ita sua immemorabili prouidentia temperat, vt ex

Hæretici in pro-  
lonia & Litua-  
nia.

Hæreses sem-  
per fuerunt.

illis admirabilem harmoniam efficiat. Nec quid lux esset, nisi & tenebras videremus: neque quid verum nisi hæresis extaret falsa: nec quid boni, nisi illis oppositi essent mali, sciri posset. Finis quoque hic quærendi, vtilis multis fuit. promiserat quippe Christus, inuenturos esse illos regnum Dei, qui illud quærerent: accepturos qui necessaria peterent. Vnde, quæ Satanae malignitate perierat veritas, ea Spiritus S. indice inuenta est rursus à nobis, posteaquam Beræenses imitati, scrutari cœpi-  
mus scripturas. manet eadem perdita vobis, qui diuites esse vt est in apocalypsi, errare non posse, clauis scientiæ & regni cœlorum habere, vos arbitramini.

Tibi verò, illi etiam sunt hæretici, qui quatuor iam seculis, transubstantionem vestram oppugnant. nēpe ex quo tempore, id nouæ rei nouum vocabulum, in Romano Lateranensi concilio, anno 1215. seruandum esse statuistis, ante quod tempus, erant nonnulli eiusdem nobiscum sententiæ, quos nominant historici. Ita nullus vnquam existit veritatis assertor, quin is vestro iudicio sit hæreticus. quod fermè idem est, ac si ego opinione mea bonus, omnes alios quamuis sint meliores, malos esse dicerem. De transubstantiatione, multis Volanus differuit, quam vos, nullo alio argumento, quam sola peruicacia, & opinione de Christi omnipotentia defendere potestis. nulla est, elici ex verbis Christi nisi violenter detortis non potest. Sūt fateor quidam veteres, quibus hoc placet verbum. At quid sunt aliud illi patres, quam homines, nisi quòd nos ætate antecesserunt? fuisseque non inficior in illo concilio, præter Papam Innocentium simul omnes patres Patriarchas, Archiepiscopos,

Quæstum in  
uenitur regni  
Dei.

Transubstanti-  
atio cõstitutata.

Veteres sunt  
nobis similes  
homines.

pos, Episcopos, Abbates, Priores 1237. sed ille defuit, qui, hoc est corpus meum, non hoc transit, transmutatur, transelementatur, conuertitur in corpus, dixit. non fuit & ille verus eius legatus, vt à tanto errore, tot mortales retraheret, qui capitris vndecimi Epistolæ ad Corinthios tribus versiculis, quibus Christi institutione interpretatur, ter panem, semel corpus, nusquam specie panis, vel ipsummet Christum appellauit. videlicet quod sicut in baptismo aque, ita hic semper maneat panis substantia, qui est in Sacramento, Sacramentali ratione corpus. Quem nos sequi vnum, verborum Christi explanatore, quam istos omnes, qui ea deprauant malumus. Quamuis tu autem, magnum eorum hominum numerum referas, qui huic Apostolico seculo ignote, subscripserunt doctrine: nunquam tamē veris Dei filiis persuadere poteris, vt ex pane vinoque, ad pauca sacrificuli verba, Christum fieri creatorem credant. *Terrena hæc fides* *Terrena fides.* est, que animos humi defigit. cœlestis melior, que eosdem sursum, vbi est corpore suo Christus, eleuat. Ibi tantum Antoni, vult Dominus noster nunc adorari à nobis. postrema fuit illa Apostolorum adoratio eius, cum in cœlum proficisceretur. Qui eum in pane venerantur: isti hunc honorem, non vero, sed ex farina facto, si modo fit, exhibent.

Ad Concilium Tridentinum, libenter venissemus, ni illo Psalmi 26. dicto auocati essemus. Non steteri cum viris mendacibus, odi cœtum maligne agentium, & cum impijs non sedeo. Sique quispiam alius, quam Pontifex Romanus, pro tribunali iudex cōsedisset. nec Huiusmodi Hieronymici exempla, nos sapientiores reddidissent.

Nam qui



Io: Hus com-  
bustus.

Nam qui illuc conuenerant, aperti erant veritatis cœle-  
stis, ex monumentis nostris perceptę hostes. multa eius-  
modi stabilita & mordicus defensa, ibi sunt, quę falsissi-  
ma esse constabat. Porro quamuis illi Bohemi, fide pu-  
blica de securitate, ab Imperatore Sigismundo, & rege  
suo Venceslao accepta, constantiam ad Conciliū ve-  
nissent anno 1414. tamen æquę ac hoc Sanctum, hæreti-  
cis fidem non esse seruandam sanxit, atque ita testes  
veritatis, fide sibi data fretos, viuos combussit. Verum  
leuior fuisset aliquot virorum iactura: quis obsecro, liti-  
gantes nos diremisset? Papa reus est, nos accusatores,  
aut contra. reos enim definit Cicero 2. de oratore, non  
eos modò, qui arguuntur: Sed omnes quorum de re di-  
sceptatur. vtrisque, an non, vel iudice vel arbitro alio e-  
rat opus? Essene quis iudex, in sua causa potest? Quod  
vos vel ille vnicus, docuisset. Canon Nicolai Papę, De  
cret. 2. parte, causa 3. quęsti. 5. Quod inquit suspecti  
& inimici iudices, esse non debeant, & ipsa ratio dictat,  
& plurimis probatur exemplis. Et infra verba Gelasij  
ponuntur. Quæro inquam ab eis, iudicium quod præ-  
tenditur, vbinam possit agitari? an apud ipsos, vt ñdem  
inimici sint, & testes & iudices? Sed tali iudicio, nec  
humana committi debent negotia. Quod si in iudicio,  
vbi ñdem sunt inimici qui iudices, nec humana commit-  
ti debent negotia, quãto minus diuina id est Ecclesiasti-  
ca, qui sapiens est intelligat. & reuera hinc Iustinianus  
Impe. primus, legibus suis promulgasse dignoscitur di-  
cens. Liceat ei qui suspectum sibi iudicem putat, ante  
quã lis inchoetur eum recusare, vt ad alium recurratur.  
nam quodammodo naturale est, suspectorum iudicium  
insidias

Suspecti & ini-  
mici, iudices  
esse non possunt

Euangelici te-  
ge Imperato-  
ria recusarunt  
iudicem.



insidias declinare, & inimicorum iudicium velle refuge-  
 re. hinc Sanctus Iohannes os aureum, concilij contra se  
 congregati, renuit intrare collegium. In faucibus hæ-  
 reticorum, habitam fuisse illam Synodum inquis. Ego  
 verò Tridentum Papisticę religionis, in ipso rictu bestię  
 Romę situm esse, & vndique Papistis cinctum vidi. vbi  
 illo infinite multitudinis strepitu, Theologi nostri facile  
 opprimi, inter disputandum poterant. Id enim, cum quis  
 nostrum verbis disceptat vobiscum, facere soletis, id  
 Hussus, quin ipse Christus, & Paulus experti sunt, & pro  
 argumentis sputa, colaphos acceperunt, probra audie-  
 runt. Quę omnia incommoda, etsi nostri prouiderent:  
 tamen (vt hæc Sleidanus lib. 23. describit, qui ad Syno-  
 dum ab Argentinensi repub. missus erat) venerant illò  
 non pauci Principum, & ciuitatum Germanię Theolo-  
 gi, anno 1551. patribus rem consultò ita trahentibus, vt  
 eos ad disputationem non admiserint. nec sua superiora  
 decreta, emendari ab eis, & aliquid ipsos, de ijs quę in  
 controuersia erant statuere, nedum sacram scripturam,  
 veteremq; Ecclesiam in rebus controuersis loco iudicis  
 esse ( quę duo Bohemis, in concilio Basiliensi permissa  
 erant ) passi sint. Porrò quamuis etiam anno eodem,  
 missum esset ab Saxonis Ecclesijs ad Cōcilium Philippi  
 Melanchtonis scriptum, in quo omnis ipsarum de rebus  
 diuinis sententia, luculenter explicabatur, edidissetque  
 etiam Calvinus antidotum, aduersus acta Tridentinę  
 Synodi. nullus est tamen hisce omnibus relicus locus.  
 nihil concessum est nobis. nulla emendatio religionis  
 re ipsa facta. quod Pontifici visum est, quodque ali-  
 quot Monachi argutuli excogitarunt, quorum voces

Situs Tridenti

Euangelici ad  
concilium ve-  
nerant.Cōcilium Ba-  
siliense Anno

1552.

*Acta in concl.  
lio Tridētrino.*

*Legatus Papæ  
spectro perter-  
ritus moritur.*

*be. hūgarus  
Dudithius o-  
rator Ferdina-  
Imperator.*

de non seruanda Hæreticis fide; interdum audiebantur, hæc tota synodus comprobauit. refragari serio, nefas cuiquam fuit. Ac non semel id accidebat, vt propter torrentium abundantiam, tardissime ab Pontifice placita adferrentur. quæ tamen vos Spiritui vendicatis Sancto, contra quem ibi apertè peccabatur. Atqui idem in illa informi rerum mole, super aquas ferebatur: hic autem vester, propter aquas ex montibus fluentes, citò Tridentum peruenire non potuit. Vbi Crescentius legatus Pontificis, spectro canis atrii flammantibus oculis, ad se noctu accedentis exanimatus, paulo post in itinere expirauit; suos identidem moribundus inclamans, vt canem ab ascensu in lectum arcerent. Cumque eadem synodus, rursus anno 1562. indicta esset, allegatus ad illud à suis Andreas Dudithius Hūgarus, Quinque ecclesiensis antistes, vir apprime doctus, sed talis Iesu, quales Ioseph Arimathæensis, ac Nicodemus fuere discipulus, in media oratione, quam aduersum nos habuit, aliquid sper obmutuit. manifesto diuinæ vltionis exemplo, quòd veritatem vt Paulus loquitur, in iniusticia detineret, quam nunc, allectus Cæsaris consiliarijs Vratia flauie, profitetur liberrimè, & tuetur fortissimè, tibi in Italia familiaris. Sequere Antoni Andream, si alterum Simon Petrus secutus, Messiam inuenit. Prudens est hic vir, si quis alius: & quia tuus est & meus amicus, idem tibi mecum dat consilium, idem optat. Tuum est quid expediat videre: quidque illud Apostolicum sibi velit, obedire oportet Deo potius quàm hominibus, dies & noctes cogitare. Certè prudens admittit consilium. Quæ vero vos tam multi numero per duo deuinginti condidistis annos

*Summus tunc cum fide  
Anno 104.*

stis annos, hæc omnia vnicus Martinus Chemnicus, Brā-  
suiensis Ecclesie Minister, Theologie doctor, altero a fi-  
ne Concilij, anno, ad regulas verbi Dei examinata con-  
futauit. quæ vos capita doctrine cœlestis, praua inter-  
pretatione conspurcaueratis, ea ille absterfa, suo nitore  
restituit. quæ per tot secula, succreuerant in agro Dei  
Zizania, ea falce verbi Dei viui succidit. origines erro-  
rum vestrorum de Sacramentis, ceremonijs cæteroque  
cultu Dei demonstrauit.

Chemnicus  
refutat decre-  
ta Concilij.

Sunt autem tibi tres causæ, propter quas ad id  
Concilium non veneramus. Prima, quòd tum in carnali  
nostro cœno latitabamus. altera quòd concitata Germa-  
nia, Carolo 9. Gallorum Regi, diademati detrahendo  
inhabamus. Tertia, quia incrimas Episcopos vestros  
metuebamus. Ostendi tuam ex Sleidano, rerum præte-  
ritarum ignorantiam. quod Ciceroni est, esse semper pu-  
erum. Nunc moueremur hisce tuis conuicijs, atque iniu-  
rijs, si hæc de nobis dicerent Tertullianus, Cyprianus,  
Ambrosius, Augustinus. Sed hæc ætate, laus est displi-  
cere malis Christianis. nec potest vllam auctoritatē ha-  
bere sententiæ, vbi damnatus est qui damnandus est. Mali-  
ghe satis, Antoni, permissam ab Deo. hominibus volu-  
ptatem, quæ in matrimonio sentitur, & de qua illud Sa-  
ra vxor Abrahami castissima, scilicet postea quã senui, e-  
rit mihi voluptas, carnale cœnum appellas. Quod cum  
facis, & anathema es: Si quid apud vos valet, canon se-  
ptimus Decreti 1. parte dist 31. Si quis, inquit, vituperat  
nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem, ac religi-  
osam detestatur, aut culpabilem æstimat, velut quæ Re-  
gnum Dei introire non possit, anathema sit. & ex illius  
te Anti

Cur Euange-  
lici ad conuen-  
tum Trid. non  
venerant.

*Canon fapli  
Dor...  
Poffe. Iesuita  
est anathema.  
32*

te Antichristi cohorte, vnum esse prodīs, qui vt Daniel Cap. 11. prædixit, non erat curaturus mulierum voluptates. Nondum scriptum reperi, quot vobis Tridenti fuerunt meretrices, quibus cum consuetudo, carnale cœnum est appellanda: fuisse tamen aliquas, si in illo Constantienſi 718. fuere, credibile est. Quod de bellis adfers, verum est, gesta tum in Gallia sunt, cum Synodus finiretur: Sed quæ nobis vestra tyrannis: velut ferrum ignem ex silice solet, elicuerat, non vt regem, qualiscunq; erat, demate ipsius priuaremus: verum quia regina Mater Catharina cum Guisijis, nomen Euangelicorū extinctum esse cupiebat, regemque Nauarræ & Condæum, Principes regij sanguinis, & veros reguli curatores, ab omni tutela excludebat. Antichristus cum sanctis belligerebat, Babylon suorum scelerum pœnas luebat. quas cum & Cardinalis ille Lotaringus, familię Guisianę metueret: redibat loricatedus per Basileam è Concilio, tu tamen, nostros tantum meticulosos esse scribis. De inermibus episcopis ita quidem est. Sed Cæsar, Reges, Principes Austriaci, & Bauari Tridento vicini, Papę addictissimi, armati, paratique ad exequenda omnia, quæ mandasset Concilium, fuerunt: iamque id antea Carolus Imp. fecerat, qua de re dictum supra. Potens fuit Sigismundus Imp. tamen datam Husso de incolumitate fidem, saluam seruare volenti, responsum est, maius esse Imp. Concilium, quare ne in alienam messem, falcem immiteret. Quis igitur lupos adeo callidos non timeret, qui non ipsi perse, sed per alios, ijs quos oderunt, nocent? Ecce ego, inquit, mitto vos, tanquam agnos in medio luporum, esto te igitur prudentes vt serpentes. Cauete autem ab hominibus.

Meretrices in  
Constantiensi cō-  
cilio.

Bella Gallica.

Cauendi p̄s  
hominis.

minibus. tradent enim vos in confessus, & in Synagogis suis flagellabunt vos. Cum autem persequerentur vos in ea urbe, fugite in alteram. Ardebat tamen pluribus nostris Theologis, illò eundè animus, vt etiam presentes idem, quod per scripta fecerant, palam confiterentur. verùm retracti sunt ab hoc consilio, illo Pauli exemplo. quem Paulum volentem Ephesi, ad populum tumultu antem prodire, non siuerunt discipuli.

Negas nos in fidei causa, quicquam vnquam statuisse vnanimis: Sed omnes Synodos nostras irritas fuisse. Ego contra falsum id esse aio. Nam si caput illud, de cœna Domini excipias, & quæ ex illo nota sũt, haud magni momẽti dogmata: summa est in fundamento salutiferæ doctrine, inter nos consensus. Si tuum istum, Antoni, malum animũ vincere potes, lege saltem vnicum librum Harmoniæ vndecem confessionum nostrarum, anno 1551. Geneuæ editum: cognosces, Deo pectus solido iudicio implente, summam de rebus diuinis Ecclesiarum nostrarum concordiam. Ingredere templa nostra, audies id, quod tibi affirmo. Ritus tantum diuersos videbis. quales in Romana, Græca, Armenica quoque, etiam nunc sunt Ecclesia. ac diu ñ olim, in illis antiquis varij fuerunt. Sed concedamus tibi id etiam: nolim tamẽ ignores, meliorem esse hanc nostram leuem dissensionem, quàm vestram in rebus non laudandis cõsensionem. Tyrannus non est nobis. qui dissidentes, vti adigat ad concordiam. Cũque nondum eius, qui nunc regnat, inualuisset potestas: haud minores, imo verò maiores fuerunt lites, si vera scribunt Historici, in Ecclesijs orientalibus, Africanis, atque occidentalibus. omnẽ illud seculo experta est Ecclesia, quod Christus, Luca te  
*Concordia Evangelicorũ*  
*Semper fuerunt dissidia in ecclesia.*  
*ste præ*

ste prædixit. Putatis me aduenisse, pacem daturum in terra? non, dico vobis, sed diuisionem. erit enim ex hoc, quinque in domo vna diuisi: tres aduersus duos, & duo aduersus tres. Quid ætate Pauli, apud solos Corint. an non alij fuerunt Pauli, alij Apollo, alij Cephæ, alij verò ipsiusmet Christi: atque Apostoli ipso Domino præsentate, non contendebant de primatu? De circumcissione, nõ fuit illa inter discipulos Acto. 15. orta dissensio: Paulus & Barnabas, non fuerunt ita exacerbat, vt alter discederet ab altero: Vtinam mi Possuine, tales aliquãdo nascatur homines, qui nunquã alij ab alijs dissideant, nõquam litigent, nunquam indignentur. Verum fieri non potest, vt natura malus, sit perfectè bonus. De solo tantum Iesu Christo, Deo & homine, id scriptum est, non litigabit, neque clamabit. Ac quãuis vos potiores nobis esse, vobis persuaseritis: tamen & ipsi, sæpe certastis diuersis sententijs inter vos. Synodos non semel habuistis contrarias. item multa admodum diuturna que schismata. duos tresue simul Pontifices. quorum vnus, acta damnabat alterius. edidit librum Flacius Illyricus Veneris inscriptum, de antiquorũ patrum opinionibus dissidentibus. Heshusius autem sexcentos numero errores, ex iisdem doctoribus ostendit, additis ad singulos, ex verbo diuino antidotis. Ex his tu percipies, tam vnus vestrum ab altero, quam multorum ab sacra scriptura dissidia. Imò verò ipse fateris, ista tuorum discordia mala, pagina libelli 21. dum ita de Papa scribis. Et otioabitur scilicet Pontifex, cum in cœtu cardinalium, singulis hebdomadibus agit, de componendis Catholicorum dissidijs, litibusque dirimendis, quæ vndiquaque ad tribunal

Pontificij discordes.

buñal Romanum referuntur? Non de fide hac inquires accipienda catholica. Neque nostri, si hæreticos hac classe eximas, ea in re inter se discrepant. Salua est in omnibus Ecclesijs, & illa quam Apostoli 12. capitibus complexi sunt, & Nicæna Athanasianaque fides. Sed & hanc quæcunque est discrepantiam, (credo ego) ignoscit suis Deus: donec aliquando, post tanta quæ in nos contulit beneficia, id etiam vt spes est, tollat malum. Idem sperabat optabatq; Apostolus Romanis, isdem morbis laborantibus. Deus inquit patientiæ & consolationis, det vobis idem inter vos mutuo sentire. Nam & apud hos orta fuit de cibus, vt apud Galatas, de diebus & circumcisionis obseruatione controuersia, ac infra. Deus spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo. Precabatur à Deo eandem pacem omnibus Ecclesijs, ad quascunque suas scripsit. Vnde liquet, conatum diabolum fuisse, eam ipsis eripere. ad hoc cohortatur cum alios omnes Sanctos, tum illos qui Corinthum, & achaiam incolebant hisce verbis ad concordiam. Precor vos fratres, vt idem loquamini omnes, & non sint inter vos dissidia. ac in fine alterius Epistolæ. Quod superest. Fratres. idem sentite, pacem habete, & Deus charitatis & pacis erit vobiscum.

Verum neque Germanos, non lacepsitos præterire voluisti. gentem talem, quam Deus, vt quondam Israelitas veritatis suæ cognitione, præ cæteris beatam reddidit. Scribis enim Germanicam nationem, haustis hæresibus, fortitudinem animi ita amisisse, vt postea aduersus Christiani nominis hostem, nunquam arma alacriter sumpserit. Vt id omittam, quod tibi prauis iudicij homini, orthodoxa fides hæresis est, nego omni-

Germani non sunt imbelles propter Euangelium facti. no Germanis religionem, antiquam ac ingeneratam virtutem ademisse. manent viris illis eadem vires, multis argumentis, tam post Luteri ortum, quam decessum vatrijs locis declarata. Nolo Christianorum regum atque Principum bella attingere, in quibus semper Germanica enituit virtus. nec illud referā, quomodo Germani, Hispanis iuncti āno. 1527. urbē sanctam Romam euastarūt. Germani Turcas ab illa graui Viennæ obsidione, cum clade ipsorum ingenti repulerunt, anno 1529. Germani eosdem ex Austria eiecerunt 1531. quibus & Rex noster Sigismundus, miserat auxilia. Germani, cum Hungaris ab anno 1526. quo anno, cum Ludouico Hungarorū Bohemorumque Rege, stirpis nostræ, permulti in pugna occubuerunt, vsque ad id tempus, quo Impe. Ferdinandus pacem certo pretio, quam incertis armis quærere maluit, (quod post annum Do. 1541. fieri cœpit.) fortissimè Turcas sustinuerunt. Hispanis & Italis, in profligandis iisdem, operas suas nauarunt. Sæpe postea, excursionēs in aliena facientes, represserunt cœcideruntque. neque nunc iisdem torpent in Hungaria. Vbi hic, Antoni, est, tuum illud nunquam? Ac tunc ego existimo, simul atque res ad inducias cum Turcis deuenit, cœpisse orientem dominari, seruire occidentem. quod futurum ante supremum diem, prædixit Lactantius lib. 7. ex Sibyllinis oraculis. Sed quia Turcæ, Chaldæorum Babyloniorumque successores, vt Christiani Judæorum, carnifices sunt Dei, per quos is de malis Christianis pœnas sumit: nullo modo Germanorum, quæcunque vnquam accidit infelicitas, puræ religioni quam profitentur, ascribenda est. Ac considera id, Possuine, vestræ tantum religionis aut æque



aut æquè vti vestra est corruptæ gentes, Germanis vicinas, subactas iam à Turcis esse: alios autem, videlicet in foro Iulij, qui Venetorum ager est, in Stiria, Carinthia, Saltzburgensi Episcopa, annis superioribus vexatas fuisse. at ipsam Germanorum medullam, in qua vera de Deo sonat doctrina, saluam adhuc manere. Cæterùm vos Sancti scilicet Catholici, dic mihi, quoties tam mari quàm terra in Illyrico, Regno Neapolitano, inque infero & supero mari, terga pugne Turcis obuertistis? unde hæc orbis terrarum victoribus infirmitas? quidue tantos viros tantopere effœminauit? num, vt tu de nobis interpretaris, doctrina Euangelica? minimè id vero, cùm nihil ea magis auersumini, nihil vehementius oderitis, nihil vobis tam malum est, quo non sit multò deterior Luteri disciplina.

Rursus Volanum, neque tua charta sine conuicio abeat, calice quodam Geneuensi fascinaturn esse, & quod Heluetios columnas esse Ecclesiæ Dei dixerit, per quas Academiã Parisiensis succubuit, mentiturum esse scribis. Equidem licet ego Geneuë vixerim: tamen nullos in ea calices fascino imbutos, animaduerte-  
re potui. nisi tu talem voces eum, quo in Sacra Synaxi vtuntur. Sed hic ipsis vtí Apostolo, benedictionis non fascino calix est. Ex quo si tu quoque semel gustares, Antoni, non minus spero hunc cœlestem liquorem, qui in eo credentibus offertur expeteres, quàm illa Samaritana mulier, Domini nostri, calicis istius auctoris expetijt aquam. De poculo illo aureo mulieris purpura amicta, inaurate, & margaritis intenti, quod plenum abominationum & immunditię scortationis sue habet, multisque ex eo hæc fœda propinat, sæpe ibi conciones audiui.

Papistas Turci vexant.

Calix Geneuensis.

110.

quod ita. Romę conuenit ueſtrę, vbi purpurati ſunt pa-  
tres, auro gemmiſq; reſplendent, tam patris patrũ coro-  
na, quã cubilia veſteſq; in Bacchanalibus, publicę æ-  
quitantiũ meretricum, vt nō ſit ouum ouo ſimilius. Vidi  
ibidē & in columnis, fenetriſq; ciuium ligneis, illum nu-  
merũ beſtię hominis 666. de quo Apo. 13. ita expreſſum,

Italica eccle-  
ſia.

I 10.	E 5.	Λ 30.
T 300.	K 20.	A 1.
A 1.	K 20.	T 300.
Λ 30.	Λ 30.	E 5.
I 10.	H 5.	I 10.
K 20.	Σ 200.	N 50.
A 1.	I 10.	O 70.
	A 1.	Σ 200.

Item illud  
ex Irenęo de  
Antichriſto.

Sorboniſtę  
ſeu theologi  
Parieſenſes,

Quę omnia, non aliter ſunt abſcondita à veſtris o-  
culis, quam à Iudæis, vrbis Ieruſalem ruina. Sed ad me-  
um Volanum, is Poſſeuine, eas dixit Helueticas Eccleſi-  
as, columnas Chriſti Eccleſię in quibus purum putũ flo-  
ret Euangelium, quibus Geneuenſes quoque, ſolo Rho-  
dano fluuio ab Heluetijs diuiſos annumerat. E quibus  
qui prodeunt, & libri & diſcipuli, ij vehementer labefa-  
ctant Sorbonam Pariſienſem, ſcholasticis atque ſophi-  
ſticis argutijs, puriſſimos verbi Dei fontes obturban-  
tem. audiui aliquoties faſtidioſiſſimos blaterones, mira-  
tus vociferationes amentium. Iſti ſunt Regum Gallię  
ſtimulatores, vt igni, ferro, aqua omnes perdantur Euā-  
gelici, quorum hi, (potiſſimum ab anno 1534.) inſtincti  
furijs,

furijs, inclementer in eos, vsque ad 1560. desueuerunt. Quod tantum profuit, ad infringenda electorum Christi studia, vt multo magis atrocium poenarum exemplis, in proposito confirmarentur. Iisdem carnificinis Satan, prisco seculo homines, à fide Christiana deterrere molitus, tantundem consecutus est, quantum & isti stultuli hodie. De Helueticis pagis, plura quàm tu dicere posses, ni è re magis lectoris foret, vt duos Iosie Simleri de repub. ipsorum libros legat. Rursus narras iactanter, oblitus te hæc ad Regem summe prudētie scribere, Heluetios iustis prælijs, superioribus annis Euangelicos uicisse in Gallijs, atqui hæc mala, præstabat iam, ex sententia Fridrici Impe. quæ Noribergæ in tabula carea incisa legitur, sempiterna obliuione obruere, quàm eorum dolorem, odiosè toties reficere. Rerum, inquit, irrecuperabilium, summa foelicitas est obliuio. Sin occisionibus hominum iactare se lubet, cur & id quoties isti victores, superati sunt à victis, retices? Sed uestra sit rebus in omnibus, ubiq; terrarū victoria. Nos inter alias Christianorū notas, afflictiones quoque ponimus, ubi id accipe. Si ecclesia, inquit, vera est, ipsa est, quæ persecutionem patitur, & non quæ facit Decr. 2. par. causa 23. quæst. 4. Et tamen vos victores, nostris infirmis armis, id est verbo Dei sensim interire, mirum est te non posse videre, quod cum & Volanus scriberet, video te ægerrimè ferre.

Heluetij.

De Theodoro Beza, tace quæso, nec quicquam in explorati affirmes. Tātis enim hic vir præditus est Dei dotibus, vt eum Volanus verius diuinum dixerit, quam vos quosdam superstitiosissimos, in numerum diuorum retulistis, & Platonem Ethnicum, diuinum vocaueritis.

De Beza.

lege

lege lucubrationes eius , tribus tomis editas : examina interpretationem noui Testamenti, ac confer cum veteri interprete, Erasmo, Pagnino, Castellione, & si qui sunt alij. perpende & ea quæ scribit in annotationibus , cognosces te immerito ipsius obtrectasse laudi, qui optimi interpretis nomē hinc adeptus est. De quo te historiam demiror scripsisse adeo falsam, cuius quicumque tibi auctor est, soluet is Deo, mendaces odio habenti graues pœnas. Verùm omīssis calumnijs, ab illo qui diabolus, hoc est calumniator dicitur profectis, lege potius ea, quæ ipse Beza de se, in præfatione confessionis fidei memorie prodidit : quæque secunda apologia, ad Claudij de Xainctes Sorbonistę responsionem refert. Ex ore enim quisque suo, vt Christus inquit, vel damnandus vel absoluen-  
dus est, alioquin quis insons erit, si eum accusasse satis est? Digna semper Beza gessit genere suo Nobili, quo eum Deus nasci voluit. Id saltem Christiano indignum admisit, quod nondum re ipsa Sacerdos, implicatus sacerdotijs fuerit, & epigrammata quædam amatoris a, antiquis pœtis æquiparanda scripserit. At simul ac è papatu eluctatus, veritatem diuinam, quidq; se velit Deus cognouit, ex templo hūc characterem bestię, quo imprudens notatus erat, exiit, & pro parum pudicis uersibus, castiores nobis dedit, priores damnauit. non uxorem cuiusquam, vt tu comminisceris, rapuit : Sed quam sibi volens, volentem despondit, eam legitimè duxit. Qua cum Babylone uestra egressus anno 1548, qui erat ætatis illius vndetrigesimus, Geneuam se recepit, cœtum verè beatorum visurus. hinc ne ociosus in repub. uiuere-  
ret, anno insequenti Lausannam, Bernensium Helueti-

Beza nobilis.

Vita eius.

orum

orum urbem concessit. vbi Græcas litteras decem circiter annos, vsque ad 1579. exactum, magna cum laude professus. (à me 1577. cum Homerum explanaret auditus) Tãdem vt se studio Theologico, ad quod & natura factus est, & diuinitus impellebatur plane consecraret, Geneuam 10. milliarijs Lausanna distantem, vocatus venit. vbi spectator, auditor & collega Caluini, totos 16. annos vixit, superstes mortuo suffectus. bello primo in Gallia exorto, ab opressis fratribus, ad petenda à pijs Principibus Rhenanis, contra vim Pontificiorum auxilia missus. Siccine Antoni, vel nouus Paris est, qui confentiẽtem duxit in matrimonium fœminam, vel patrię, vt tu loqueris, conflagrator, qui pereunti subsidia quaerit? Geneuam aufugit, qui in eam ex male morata patria sponte venit? adeone tibi, ô homo ad reprehendẽda aliena facta, laude dignissima ardet animus?

Subijcis falsissimæ de Theodoro Beza narrationi, falsiorem de Ioanne Caluino. Qui vir, quantus fuerit, id nulla vnquam abolebit hominum memoria. Atq; vtinam rex Gallorum Franciscus, Institutioni eius Christianę, quam ipsi inscriptam anno 1534. in vulgus emisit, aliquem reliquisset locum. certe enim nunc nepotes ipsius, minus negotij in conseruando patrimonio habent. De cuius vita, lege eiusdem Beze scriptum. Vidi ego, Antoni, Caluinum Argentine, Francfordia ex disputatione cum Iusto Vellio reuertentem an. 1556. & hunc proxime secuto Geneue, atque 1564. Sed superbiam in eo nullam, multo minus versipellem animum notare potui. Excelsi erat animi, absq; superbia, ire obnoxij, sed sine cuiusquam iniuria. iratum enim nulli sensere alij, quam

De Caluino.

Christus irascitur.

veritatis hostes. Quod ne quis vocet vitium, legat simile in Marco de Christo omnis vitij experite exemplum. Et circumspiciens inquit eos cum ira, contristatus super callo cordis eorum, dicit homini, Extende manum tuam. Similiter illa, templum Dei profanantium eiection, numerulorum effusio, mensarumq; subuersio, non absq; hoc affectu fuit. Quid de Apostolis atque Prophetis saepe iratis dicam? Eiectum autem ab Luterianis è Germania fabula est. Transegit aliquod tempus Argenting, tumultus declinans Geneuenses: qui etiam ibi quemadmodum & alibi, in ipsis sincere religionis primordijs, instinctu Satane excitati erant. Nam conabatur is malus, adeo utile organon ecclesie, procul pellere à Gallia. Vnde post annum 1540. magnis precibus ab suis ouibus, errorem suum agnoscentibus reuocatus, Ecclesiam Dei vsq; ad finem veris anni 1564. Geneue rexit. Falsa prorsus sunt, Antoni, que de illo impudenter fingis. Non Caluinus, sed Vrbanus magistratus proditores, & alios ciues malos vrbe eiecit. Non vlllos exules, in vrbe induxit: Sed magistratus, Gallia ob religionem expulsis hospitium præbuit. Nec valetudinarius, & quauis hora mortem expectans, Galliam bello, duobus ante obitum eius annis oborto, inflammare potuit. Non venenum vllum, sed purissimam doctrinam, longe lateque sparsit. vnicam non quatuor vxores habuit. qua cum Apostolici præcepti memor, ac si coniunx non foret, vixit. Imitatus præceptorem, Beza discipulus.

Morbi Caluini.

De morbis autem, quibus moriturum, & aliquanto ante mortem spatio, Deus afflixerat, quid odiosè commemorare necesse fuit? An non Deus, quos amat, castigat? Et

gat? Et an non bonum ait esse diuinus vates, cum quis portat iugum ab adolescentia sua? Iobus hominum iustissimus, quanta quæso pertulit? ibi vermes, Antoni, non in Caluino erant. Dauid quoties grauissimè ægrotauit? Timotheus, quàm sæpe ob stomachi imbecillitatem, cum morbis conflictabatur? Quid curabat Lucas medicus, si tum Christiani non ægrotabant? Quot illi Christo nato, ægroti fuerunt? Quidque illud est Apostoli, si castigationem sustinetis, veluti filijs se vobis offert Deus? Quis enim est filius, quem non castiget pater? Quod si estis absque castigatione, cuius participes sunt omnes, ergo spurij estis, & non filij. Si te hæc latuerunt, Antoni, at certè leges vestre, notè tibi esse debebant. in quarum 2. parte, causa 5. quest. 5. hæc leguntur. Non osculatur semper pater filiũ, sed aliquando castigat. ergo quando castigatur qui diligitur, tum circa eum pietas exercetur. habet enim & amor plagas suas. quæ dulciores sunt, cum amatis amarissimè inferuntur. dulcior enim est religiosa castigatio, quàm blanda remissio. Ita & Bernardus, sermone in die Petri & Pauli. Bonam vitam ego puto, & mala pati, & bona facere, & sic perseverare vsque ad mortem. Lactantius quoque eadem scribit lib. 5. Cap. 23. ex Seneca. quæ eum pene diuinè elocutum esse ait. Deus, inquit, homines pro liberis habet: sed corruptos & vitiosos, luxuriosè ac delicatè patitur viuere. quia non putat emendatione sua dignos, bonos autè quos diligit, castigat sapius, & assiduís laboribus, ad vsum virtutis exercet, nec eos caducis, ac mortalibus bonis corrumpi, & deprauari sinit. Vnde nemini mirum debet videri, si pro nostris sæpe delictis castiga-

Pater filium  
castigat.

Cur Deus non  
malos, sed bonos  
castigat.

mur à Deo. Imo verò cùm vexamur, ac premimur, tum maximè gratias agimus indulgētissimo patri, quod corruptelam nostram, non patitur longius procedere, sed plagis ac verberibus emendat. Ex quo intelligimus esse nos Deo curę, quibus, quoniam peccamus, irascitur. Hęc Lactantius.

Calvinus le- dit. At quis illo, ô iudex hominum, descendente vi- dit? quo indice testeue id exploratum est tibi? Num tu, quia es Iesuita, ideo & Iezus, vt de Caluino idem, quod ille de diuitie, qui quotidie epulabatur splendide pronuncies? Verùm quę Caluini diuitię, qui moriēs nihil in arca reliquit? & cuius libri in auctione venditi sunt? inter quos studiosissime legit Augustinum, quę hominis epulę, qui sex minimum ante excessum è vita annis, semel die comedit? Antoni, qui ita quemadmodum iste credunt, ita viuunt, pro ijs semel Christus descendit ad inferos, ne ipsi illuc vnquã deueniant. Ego verò, quamuis te periculose errare videam: tamen diuinę memor misericordię, quę magna est, eò te esse descensurum pronunciare non ausim. Solus Deus nouit suos, nobis vero id mandauit, Nolite iudicare, & non iudicabimini. Hos tu Deos Volani appellas, à quibus ad virus quoddam euomendum lactatus sit. Atqui Volanus Geneuam nunquam vidit, nec vnquam à quoquam alio, quam ab matre sua Nobili Polona lactatus est. Nullum virus vnquam euomuit, infectus nullo, nec Deum habet alium præter eum, cuius nomine aqua baptismi perfusus est: qui est pater filius, & spiritus S. huic confidit, hunc inuocat, in hoc spem habet suam. Itãne te nullus pudor ab istis

Calvinus le- dit. At quis illo, ô iudex hominum, descendente vi- dit? quo indice testeue id exploratum est tibi? Num tu, quia es Iesuita, ideo & Iezus, vt de Caluino idem, quod ille de diuitie, qui quotidie epulabatur splendide pronuncies? Verùm quę Caluini diuitię, qui moriēs nihil in arca reliquit? & cuius libri in auctione venditi sunt? inter quos studiosissime legit Augustinum, quę hominis epulę, qui sex minimum ante excessum è vita annis, semel die comedit? Antoni, qui ita quemadmodum iste credunt, ita viuunt, pro ijs semel Christus descendit ad inferos, ne ipsi illuc vnquã deueniant. Ego verò, quamuis te periculose errare videam: tamen diuinę memor misericordię, quę magna est, eò te esse descensurum pronunciare non ausim. Solus Deus nouit suos, nobis vero id mandauit, Nolite iudicare, & non iudicabimini. Hos tu Deos Volani appellas, à quibus ad virus quoddam euomendum lactatus sit. Atqui Volanus Geneuam nunquam vidit, nec vnquam à quoquam alio, quam ab matre sua Nobili Polona lactatus est. Nullum virus vnquam euomuit, infectus nullo, nec Deum habet alium præter eum, cuius nomine aqua baptismi perfusus est: qui est pater filius, & spiritus S. huic confidit, hunc inuocat, in hoc spem habet suam. Itãne te nullus pudor ab istis

Dij Volani.



ab istis nugis, ad regem egregiè cordatum scribēdis re-  
trahere potuit? hæccine est tua, quæ in sene, atque the-  
ologo esse debet grauitas? hæc modestia? Si nos mali-  
sumus, si veritati resistimus, cur ita nobiscum, quemad-  
modum Paulus vicarius Christi censet, non agis? Seruū  
Domini non oportet pugnare, sed placidum esse erga  
omnes, aptum ad docēdum, tolerantem malos, cum mā-  
suetudine erudientem eos, qui resistunt veritati. Pœni-  
teat te nunc tam multorum, de proximis tuis falsorum  
testimoniorum. Neue vlla in re, vt monet Iesus Sirach,  
veritati contradicas, quin potius te in mendacio insci-  
tię tuę pudeat. Sed cū illud dictum Christi succurrit,  
iam non miror, talibus te libellum referuisse tuum. Quo-  
modo, inquit, potestis bene loqui, cū sitis mali? Ex qui-  
bus liquido apparet, nō esse te magno iudicio præditum.  
De malicia vero ipse Deus iudicet, & linguā adeo mor-  
dacem compescat. Rectè ille optimus omnium orator:  
Illud, inquit, assequor, vt si quis mihi forte maledicat, pe-  
tulans, aut plane insanus mihi esse videatur.

Iesuitica me-  
destia.

Dehinc confers Loiolam, tuę auctorem sectæ,  
cum nostro Lutero. ita vt illum nullo non virtutum ge-  
nere, ac ipso Spiritu Prophetico, quo suum obitum præ-  
sciit, excellentiorem Lutero facias. Antoni, rursus te  
moneo, ne ante tempus iudices, donec ille veniat dies,  
quo Christus tam de suis amicis, quàm aduersarijs, veri-  
orem nostra feret sententiā. Tunc retegantur vnus-  
cuiusque nostrum arcana cordis. Dicetur ihs, qui dum  
vixerunt multa ob veritatem Christi probra sustinue-  
runt, & sua omnia amiserunt, Venite benedicti patris  
mei, possidete regnum. dicetur & illis, qui hic ficta co-  
ruscabant

Loiola pater  
Iesuitarum &  
Luterus.

ruscabant sanctitate, daemones ex hominibus eijciebant;  
 & multis portētis celebres erant, Ite maledicti in ignem  
 æternum, non noui vos. Nec ego, Posseuine, vera te ònia,  
 de Loiola scripsisse, adduci possum, vt credam, quando  
 de Lutero, nihil non scribis falsi, a deo laudasti vnum, vt  
 alterum plane depresseris. Sed age, habete vos vestrum  
 militem vobis, nos autem nostro monacho, (quo non  
 melior alter) contenti erimus, quem à Deo excitatum  
 esse, ad tot vitia Ecclesie demonstranda, medicinam illis  
 faciendam, homines Babylone, quam vos ægrè fulcitis  
 cadentem, educendi causa compertum habemus. Ex cuius  
 doctrina, si quæ sectæ exortæ sunt: prodierunt & ex  
 illa Apostolorum sanctissima non pauce. Si qui tumultus  
 bellici coorti: id de sua Christus, quam Luter, quasi  
 facem rursus in orbem intulit, prædixit, non veni mitte  
 re pacem sed gladium. Si quod accidit in Germania dis  
 sidium: fuerunt & in Romana Ecclesia, inde ab illo no  
 uatiano, Fabiani Papæ tempore, permulta schismata, Ec  
 clesie valde noxia. si non nulli docente illo, de nostri ap  
 pud Deum fide iustificatione, libertatem spiritualem,  
 conuerterunt in licentiam carnis: factum idem fuisse A  
 postolico seculo, ex Iacobi, Petri, Iudæ, Pauli Epistolis  
 discimus. Porrò quid ipse suos docuerit, audi scriben  
 tem ad Henricum s. Anglorum regem anno 1525. rusti  
 cis in Germania, suæ seditionis pœnas luentibus. Tua  
 maiestas apud se cogitet, quidnam mali possum docere,  
 qui nihil aliud doceam, quàm fide Iesu Christi filij Dei,  
 pro nobis passi & suscitati, nos saluos fieri oportere, si  
 cut testantur Euangelia & Epistole. hoc enim est caput,  
 & fundamentum doctrine meæ. Super quod postea, edi  
 fico &

Cur Deus Lu  
 terum excita  
 uit.

Quid Luterus  
 docuit.

fico & doceo charitatem erga proximum, obedientiam erga politicos magistratus, tum crucifixionem, seu mortificationem corporis peccati, vt itidem præscribit doctrina Christiana. Porrò quòd abusum & tyranið Pontificum taxo, qui alia quàm ista prædicta, imo contraria docent, interim censibus, pompæ, ventribus, imo regnis & principatibus, omniumq; opibus inhiantes, nonne id ipsum & vulgus sentit, & damnat, atq; ipsimet coguntur fateri? cur non emendant sese, & recta docent, si o-

*Si se emenda-  
sent Pontificij  
Luter filiusset.*

dio & correptione liberi esse volunt? Videt Maiestas vestra, quot viri sapientissimi, quot illustrissimi Principes, & ciuitates mecum faciãt, & Deo gratia doctrinam Euangelij, singulari Christi beneficio per me repurgatam, cupiant indemnata.

Num audis, Antoni, vt ipse Luterus, tuis calumnijs contraria profiteatur? Verùm & doctioris te Erasmi Roterodami, audiamus de eo sententiam. Ex libris inquit, Luteri lectis, videbar mihi deprehẽdere, dotes nature raras, & ingenium pulchrè accomodatum, ad explicandum iuxta veterem morem, arcanas literas, ad suscitandum Euangelicę doctrine scintillam. à qua & publici mores orbis & scholę, nimium iam indulgentes argutijs magis, quàm necessarijs quæstiunculis, vehementer prolapsę videbantur. audiebam eximios viros, probatę doctrine, probatęque religionis, sibi gratulari, quòd in huius viri libros incidissent. videbam vt quisq; esset integerrimis moribus, & Euangelicę puritati proximus, ita minimè infensus Lutero. Porrò vita prædicabatur, & ab ijs qui doctrinam non ferebant. Mundus veluti iam pertæsus, huius doctrine, nimium iam vergẽtis ad

*Erasmi de Lu-  
tero sententia*

Mundus per-  
tæsus huma-  
næ doctrinæ.

Nostræ seculi  
felicitas.

Lupus ecclesiæ.

tis ad humanas vel commentaciunculæ, vel constituti-  
unculas, sitire videbatur viuum illum, ac purissimum la-  
ticem, ex Euangelicis & Apostolicis haustum venis. ad  
hoc præstandū mihi videbatur ille, & natura compositus  
& accensus studio. hæc Erasmus Catholicus de Lutero,  
nondum ab eo offensus, lib. 14. Epist. ad Laurentium  
Campegium Cardinalem an. 1520. ex vrbe Belgica Lo-  
uanio. Itaque Luteri verbis, Ecclesia libertatis Christi-  
anæ admonita, (de qua ad Leonem Papam, anno 1520.  
suum scriptum misit) seruitutem specie obedientiæ, sibi  
impositam excussit, Babylonia cateruatim egredi cœ-  
pit, & ab Antichristo, cui tam diu imprudens seruijt, de-  
fecit. O felix seculum, quo clementia diuina, exortum  
est in tenebris lumen rectis. Christus Ecclesiæ suæ miser-  
tus, fulgorem spiritualium bonorum munifice in eam  
immisit, Spiritus S. per veros suos ministros, mundum  
peccati publice arguit. mendacium ad lucem Euangelij  
disparuit. filia temporis veritas, ex tenebris effulsit. gra-  
ue illud consuetudinis imperiū, finem accepit, hominum  
auctoritas, diuine cessit. sua Deo redijt veneratio, Chri-  
sto hominum gratuita iustificatio. publicus error, vnus  
ferme viri ope, sublatus est. Ecclesia, nouo quodā tot tu-  
telarium diuorū paganismo, liberata. permulta in ea, in-  
melius mutata sunt. tot errorū caligo discussa. cleri hypo-  
crisis deprehensa, pannaria Monachorum sanctitas, &  
exquisite ficta sanctitas prodita. mercatores spirituales  
templo Dei eiekti. pseudo prophete edendis miraculis  
insignes cogniti. lupus Ecclesiæ, pelles ouillæ detractæ.  
Dominus ille dominorum, quorum se seruum esse men-  
tiebatur, detectus, quique se supra òne, quod colitur, ex-  
tulerat

tulerat, solio deiectus, sub persona sanctissimi, Antichristus nequam inuentus.

De vobis autem vigilantissimis custodibus, ne quis Babylone effugiat, neu fiat quam ante melior, an non verè hæc isti duo testes? Nullum est, inquit, genus hominum, à quo nobis magis metuendum est, quam Iesuitarum. quoniam hæc secta noua est. & sunt homines isti callidi, in suis vitijs celandis, & occultandis suis insidijs. Monachi superiorum ætatum fuerunt barbari, & inimici litterarum ac Philosophiæ, infesti hoc nomine & importuni Erasmo Roterodamo, & Capnioni Reuchlinno. Iam nescio quis Spiritus inuenerit Iesuitas, qui studiosi sunt bonarum artium & disciplinarum, qui diligentissimam operam nauant dialecticæ. aded vt magis sint Aristotelici, quàm Theologi. Hæc Ioan. Sturmus doctor meus, in libro inscriptionem habente, lingue Latine resoluende ratio. Christianus etiã Francken Saxo, qui cum ipsdem, vt mihi ipse narrauit, à puero vsque ad maturam ætatem Viennæ atq; Romæ vixit: posteaque cognita illorum malitia, vnâ cum Florennio theologo, ad Euangelicos se recepit, in libello colloquij Iesuitici, hæc mundo de vobis cognoscenda tradidit an. 1579. Ignatius inquit de Loiola miles, Gallorum virtute, in arce Pompeiopolitana victus, ipse verò superstitione omnes vincens, factus est pater Iesuitarum quibus vicissim Gallos, nec nõ totum orbem expugnaret terrarum. Et ab ipso principio Florennium inducit, hisce verbis se alloquentem: Videtur mihi Christiane, rem omnem subtilius contemplati, nostra hæc, in qua versamur, religio Iesuitica, tota ex superstitione, hypocrisis, & ficta quadam pietate

Quales sunt  
Iesuitæ.

Franckenius  
Iesuita de Iesuitis.

Religio Iesuitica, mera hypocrisis.

Citate conſtata, vltimaq; hac mundi ſenectute à diabolo  
 excitata. quæ omnes errores, nugas & ſuperſtitiones,  
 omnia turpiſſima Pape ſtercora, grauiter per ſe olentia,  
 ſanctitatis quadam limulatione condita, temperataue,  
*Zakroty -* mandriſque nescio quibus inuoluta, orbi Chriſtiano i-  
 terum vèderet pro aromatis: atque adeò per vim ferme  
 quandam obtruderet. vt nihil tam turpe, fœdum & fal-  
 ſum in Romana Eccleſia cernatur, quod hoc nouo non  
 artificio, vel mentis aciem præſtringendo, vel omnem  
 turpitudinem & falſitatem, callidè tegendo, pulchrum  
 apparere faceret atque verum. Quare conſiderandum  
 nobis etiam atque etiam cenſeo, in quanam religione  
 verſamur, ne hanc eſſe falſam ignorant, & ipſi à Deo  
 ignoremur. Deinde quod vates Ieremias iubet facien-  
 dum: fugite, inquit, de medio Babylonis, & ſaluet vnus  
 quiſque animam ſuam. Hæc Franckenius, adeò verè, vt  
 nihil aliud ſcripſerit verius. Et quamuis idem coactus  
 apud nos, rerum inopia, copie apud vos aſſuetus, ad O-  
 lomuncianos Ieſuitas poſtea reuerſus fuerit: tamen eum  
 Chriſtus iterum benigne reſpexit, vt idem quod prius  
 de hypocritis etiam nunc ſentiat, ab doctiſſimo Comite  
 Iohanne Oſtorogo, Euangelicæ doctrine amantiſſimo  
 nuper Lublinũ profeſtus. Dicit ſcribitq; eadem in Ger-  
 mania doctor Florennius, dicunt, qui vos bene nouerunt,  
 multi alij. à quibus ego minimè diſſentio.

Fugiendum eſt  
 ex Babilonia.

*Oſtorogus.*

Tandem Loiola tuo in cœlum deducto, addis eum  
 de Lutero maledictorum colophonem. Luterus, inquit,  
 Imperio Germaniæque labefactata, cùm veſpere bene  
 potus, contumelijs in Eccleſiam editis, cubitum iuiſſet, in  
 lecto repertus eſt mortuus. Vide, quid ſcribas Poſſeui-  
 ne. Lute

Falſa de Lute  
 10.

ne. Luterus iam diem suū obierat placidissime 18. Febr.  
 1546. cū illud inter Impe. Carolum & Germanos, ab  
 eo ob Luterianam disciplinam 20. Iulij die proscriptos,  
 exarserat bellum. De Pontificibus hoc Romanis dicen-  
 dū potius erat, q̄ multoties cū Imperatoribus Christi scibi.  
 cet exemplo bella gesserunt cruenta. vsq̄ eo vt illos tan-  
 dem Italia extruserint, ac solo illis titulo relicto, ipsi re-  
 rum Domini, redegerūt omnes in suam potestatē. Quod  
 autem bene potum, fato concessisse Luterum fabularis,  
 crederemus, nō capitale, omnium Luterianorum esse  
 hostem sciremus. Scripserunt de vita & obitu Luteri,  
 Ionas & Melanchton: tamen istius ebrietatis non memi-  
 nerunt, nec ego de vlla, ex ijs senibus Viteberge cogno-  
 scere potui, qui cum Lutero vsque ad vltimum eius Spi-  
 ritum vixerunt. Non est, bone vir, in morbo, & agone  
 extremo, temulentie locus. Non subita, sed lenta deces-  
 sit ille vir Dei morte, habita quadriduo antē, in publico  
 concione, fide in Christum, & diuinis precibus, non ebro-  
 etate aduersus mortem munitus. Nec decuit tantū the-  
 ologum, & sobrietatis magistrum vino tum madere, aut  
 ei vitio, quod homines regno cœlesti excludit, deditum  
 esse. Cuius tu doctrinam carpere fortassis potes, quip-  
 pe tue contrariam: vitam, nisi malitiosè, non potes. Quod  
 vt me minimè fingere appareat, ad eos prouoco senes,  
 qui hodie sunt Viteberge, atque Illebiæ, vbi duobus &  
 quadraginta ab hinc annis obiit. Sed quid mirum, hæc  
 falso affingi Christi discipulis, cū & ipse magister eo-  
 rum vinipotor vocatus sit? At neque hæc congruunt in-  
 ter se, vt quis benè potus scribat libros, nisi prorsus sit  
 insanus, de scriptis enim credo, id intelligis, quorū vel-

NB.

Luter mortuus  
 tuus: 8. Febr.  
 1546. Illebiæ.

lem te mihi monstrare vel vnum, vt ex illo hæc tua veritas patefceret. Sed fuerit vobis ebriosus Luterus: nūquam ramen vos sobrii, solidis argumentis refutabitis scripta eius ebria. præterea, id velim scias, nihil vnquam Luterum, aduersus veram Dei Ecclesiam scripsisse: sed solam Babyloniam oppugnasse. de cuius captiuitate, elegantem librum edidit anno 1520. sacrificulis valde molestum.

Sectæ Euan-  
gelicæ.

Septicipitē eum appellas, & scholam ipsius, sectas pene innumerabiles peperisse dicis. Respondi iam de sectis, quæ & Apostolico fuerunt seculo, Irenæo, Epiphano, Philastro, aliisque eas referentibus. Nunc præter eas, quæ Calviniana, & Augustanæ confessionis dicuntur, nullæ sunt aliæ. Hæretici Anabaptiste, Suencfeldiani, & si qui sunt alij, nihil ad nos pertinent. Quocumque terrarum proficiscaris, horum tantum duorum populorum, non re sed nomine diuersorum, (quibus & Bohemi ascribuntur) pagos, vrbes, templa, referta esse videbis. Visitur in multis Vitebergæ locis, imago Lutheri vera, non septem, sed vnus capitis. vnum eum caput habuisse, & hominem non Hydram fuisse, hi qui docentem audierunt, asserunt. Sed tu bellus scilicet fictor, Lutherum esse illam bestiam, de qua beatus Iohannes, lectorē docere voluisti. At vero, bone Apelles, vbi illa huius bestie reliqua? videlicet cornua decem, diademata totidē vbi purpura, gemmæ, aurum? vbi illa vrbs magna, tempestate Iohannis, septem montium, regibus terre imperans? vbi reges eius? vbi in ea tot merces, adeo vt & venales animæ, quas indulgentiarū missarūque tēpore, paruo ære, purgatorio liberatis, aliisque plura, quæ nobis omnia sola

Roma.



nia sola Roma ademit? Quare, omnibus vestris caris ac  
 censilis, hanc apud nos urbem: consule de ea quotquot  
 sunt, geographos atque historicos: si inueneris, mihi pro  
 ea, quam te in nos habere existimas, damnandi potesta-  
 te, quam voles multam irroga. Nolo singula tua excu-  
 tere: ne & ipse ineptus, atque insulsus videar. Vestram  
 quis mirari possit sectam, ab anno 1537. adeo cito, tam  
 late se eo vsque diffudisse, vt charta quædam anno 1550.  
 Romæ publicata, me doceat 144. iam vbique terrarum,  
 vestra collegia, præter quasdã domos probationis, esse:  
 in quibus sit numerus, quinque millium Iesu sociorum,  
 attestaris tu idem hisce verbis. Ignatius, inquit, antequã  
 moreretur, centum collegia, in omnibus, omnium ferè  
 me nationum regnis instituit. At ego id minime miror,  
 qui in bonis agris, malas herbas celeriter creuisse vidi.  
 Certè ruenti Luteri disciplina Babiloni, maturè talibus  
 fulcris, non tam opus quàm necesse erat, quò nihilomi-  
 nus firma stare videatur. Ingens numerus, vt Franke-  
 nius scribit hypocritarum: atque vt ego credo, illorum  
 multorum falsiloquorum, de quibus hæc Marcus Euan-  
 gelista: Iesus, inquit, respondens cœpit dicere. Videte  
 ne quis vos seducat. multi enim venient in nomine meo  
 dicentes, Ego sum, multosque seducent. Et infra. Ac tum  
 si quis vobis dixerit, ecce hic Christus, vel ecce illic, ne  
 credite. Nam vos in nomine Iesu venistis. gratis scilli-  
 cet, & in plateis, quemadmodum ille docetis: Iesu vbique  
 præfertis & pingitis nomen, socios Iesu vos appellatis.  
 Iesum Christum in altaribus, & monasterijs vestris òni-  
 bus ostenditis, miracula editis. permultos ad vos pertra-  
 hitis, quòd si quinque millia, quotannis crescente tanto  
 numero,

Numerus Ie-  
 fuitarum.

De Iesuitis  
 ipse Iesus.

Hypocritæ:  
sunt.

numero, multi iam sanè estis, magnus enim est quinque millium exercitus. Sed quid tanto conatu agitis? Decipitis multi multos. Quia omnia si ita ipsi, quemadmodum nos videris, & tamen facitis, mali profecto estis. Sin ignorantia peccatis, remittat id vobis Dominus: & ab his hominum fallendorum artibus, aliquando auertat, Neve hypocritarum cognomine offendaris, nam constat, vos, ex illo hominum genere esse, qui posterioribus temporibus defecturi erant à fide, & prohibitori matrimonii, iussurique abstinere à cibis, quos Apostolus per hypocrysim falsa loqui, scribit. obstat enim, ne clerici contrahant matrimonium, neu quis nostrum vestre religionis foeminam, in matrimonium ducat, aut ea Evangelico nubat. nuptias ministrorum nostrorum odio habetis. Certis diebus, ovis, butyro, carnibus abstinere iubetis.

Multitudo catholicorum.

*Cacozeli.*

Postea maiorem propemodum, Catholicorum recensentes numerum illo, quem Ioannes in apocalypsi, & vidit & audiuit. Vtinam autem hi omnes in Sicilia, Sardinia, insulis Adriatici maris, & Indiciis, Europa, America sint veri Catholici, non cacolyci, Dei, non Papæ filij. Christi ut nomen, ita & Spiritum habeant, eidemque magis, quam Antichristo seruiant. Deum conditorem suum solumque, non specioso ornatu, campanarum pulsu, cantu sacrisque lingue peregrine: Sed interna religione, pura fide, noto omnibus sermone, corporumque suorum sanctitate colant. non enim Catholicos tantum Apostoli; verum etiam sanctos, nos esse voluerunt, hac credendi edita formula: Credo esse sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum comunem, ac Deus ubique, solam sanctitatem

sanctitatem à nobis exigit: sine qua Catholicorum parui ducit cognomen. Cæterum quid Esaias atque Paulus, de simili quondam Israelitarum numero & si fuerit, inquit, numerus filiorum Israel, vt arena maris, reliquie serua- buntur. Itē. Nisi Dominus Zebaoth, reliquisset nobis semen, facti fuissetus vt Sodoma, & Gomorrhæ similes facti fuissetus. legitur & alibi, singulos è singulis civitatibus, binos ex singulis nationibus, qui veram Dei Ecclesiam constituerent, seligendos fore. Id quod iam factum est, tam illo Christi tempore, quam hoc nostro, illi quodam modo respondente. quod tamē stupidi non sentiūt, nec cæci vidēt. Sed vt illi tēplū Domini, tēplū Domini, semp mansurū vociferabātur: ita istis hodie Ecclesia, nunquā interitura est in ore, à qua corrupta, infiniti iam ad orthodoxam defecere. Christus quoque ipse, vocatos quidem esse multos, at electos paucos: eosdēque angusta porta, & stricta via tendere ad vitam; illos verò lata porta, & spatiosa via abduci, in exitium, dixit. Vidi etiam ego, huius tuę innumerabilis Catholicorum multitudinis, magnā partem: veros Christianos, vt hæc Deo teste, dicā, non vidi, de quibus ne quid temere pronunciem, ipse Dominus iudicet, qui solus liberos suos nouit. Quòd si nos nō esse volumus, discedamus, oportet, ab iniustitia: quam esse magnam apud hos Catholicos, negari non potest. Id velim persuasum habeas, mi Antonī, inueniri alibi populum Dei, vbi vobis non videtur esse. Erunt, inquit Propheta, in loco, vbi dictum est eis, non estis populus meus vos, illic vocabuntur filij Dei uentis. Atque isti sunt, crede mihi, etiam hodie, quos eici à vobis vrbibus, regionibusque fateris, & quos tu Zizania,

Pauci seruandi.

Ecclesia ecclesia.

Est alibi ecclesia.

Opicius mi  
nister Augu-  
Contel. Vien-  
na expulsi.

Fratres Bohe-  
mici patria  
eiecti.

Ne

Zizania, hæreticos, & paucas ebriorum Synagogas, cõ-  
tumeliose vocas. Opicius Augustanę confessionis Mi-  
nistrum, qui tibi tam verè tutor est, quàm Christus fa-  
ber, fabrique lignarij filius erat, scio esse supremę pote-  
statis mandatum, anno 1778. 20. Iulij, Iesu socijs aucto-  
ribus, Vienna exactum, id est, pastorem ouibus, vt ex à  
lupis deuorentur, subtractum. Non tamen ideo, desie-  
runt esse in Austria Euangelici, quibus Viennę rex Fer-  
dinandus, 18. Iunij 1564. calicem Domini liberum esse  
voluit. Non nouum est, Antoni, discipulos Christi, Sy-  
nagogis malorum moueri, prædixit hoc olim idem, te-  
staturque Apostolus Epistola ad Thessal. Dominum, in-  
quit, occiderunt, Prophetas & nos exegerunt, neq; Deo  
placent. Enimuero si illi Iudæi, Deo ob id non placebāt:  
proculdubio neque isti ipsorum, eiusdem studij successo-  
res, placere eidem possunt. Cùm Fratres Bohemi, ob E-  
uangelij professionem, patria sua ab Ferdinando rege,  
anni 1548. mense Iunio eijcerentur, excepti ab ijs nobi-  
libus Polonis, qui maiorem Poloniam incolunt, aiebat  
quidam Sacerdos Pontificius in pago Bidzouia propin-  
quo, illa Christi ad discipulos dicta; exigent vos Syna-  
gogis suis, & quiduis mali contra vos, propter me falso  
dicent. necesse esse, hoc etiã tempore impleri. Nec ta-  
men de Pontificijs, qui nihil aduersi, Christi causa per-  
ferrent, quin potius eos, qui ex Euangelio viuerent, ve-  
xare solerent, neque de calixtinis, qui perparum olim  
duntaxat, hoc nomine pertulissent: Sed de Fratribus,  
qui Picardi falsò dicerentur, & tot mala propter Euan-  
gelij amorem tolerarent, posse intelligi. Cui postquam  
à cæteris sacrificis, dicta dies, apud magistratum Eccle-  
siasticum

fiasticum esset, vt eodem in templo, in quo hæc palam *Vera Ecclesia.*  
 afferebat, frequenti concione mētutum se esse fateretur,  
 nulla vis, sententiam hominis mutare potuit, quin eam  
 esse veram Ecclesiam diceret, quæ fide & caritate vera  
 prædita, non resistit, sed vim perfert istorum, qui sibi  
 nomen arrogant Ecclesiæ.

Sed pergis narrare, quod Vicanz, idem fieri in Morauia, in qua Anabaptismus,  
 & aliæ pestes grassabantur. Sint ibi, quascunque velis, pestes. mo-  
 do ne in eum referas numerum istos Fratres, mea sentē-  
 tia, Christianorum optimos, quibus faxit Deus, vt minus  
 faceffat negotij, vestra Olomucensis suo cum Episcopo  
 societas. alioqui infortunati illi omnes fuerunt, quicun-  
 que eos vnquā vexauerunt. quod mihi multis exemplis  
 demōstrare, esset facillimum. Nos Rex Ferdinādus, pror-  
 sus iam exturbatos esse ratus, vidit rursus multo plures.  
 vidit Maximilianus filius, magis clementiæ Princeps.  
 aspicit nunc nepos Rodolphus. nolite, oro vos, eos odio  
 habere, quos ipse Deus amat. nolite Prophetas eius tan-  
 gere, si ipsi salui esse vultis. incassum omnis aduersus  
 Deum, suscipitur labor. Nam quas ipse plantas iniecit,  
 eæ nunquam extirpantur. At si ex hominibus est hoc  
 consilium siue opus, dicebat ille pius Gamaliel, dissolue-  
 tur, cuius vtinam sequamini consilium, ne Iudæis dete-  
 riores sitis. In narratione de Alberto Duce Bauariæ, multus mihi esse videris,  
 quod regionem suam omni prorsus Hæreseos exercitio  
 purgarit, porrectionem vtriusque speciei Eucharistiæ,  
 fomitem hæresis esse dixerit, vasa ei rei destinata, publi-  
 ce effringi curauerit, Germaniam posse fieri Catholicā,  
 si Principes vellent, senserit. Addendum etiam aliquid  
 erat, de voluptatibus ipsius, quas è rebus omnibus per-  
 cipiebat.

Olomucensis  
 ecclesia Fra-  
 tribus Bohæ-  
 mis infecta.

De Alberto  
 duce Bauariæ

cipiebat, aded vt cum eas & ipse aspicerem audiremq;  
 quidam ex eius familia mihi affirmarint, solitum ipsum  
 fuisse, quotannis in solos mulicos, quadraginta floreno-  
 rum millia impendere. Tum ego illud, quod est in A-  
 pocalypsi cogitare. Plangent super Babylone reges ter-  
 ra, qui cum illa scortati & luxuriati sunt. Et Quantum  
 extulit sese, & luxuriata est, tantum date ei cruciatuum.  
 Neque verò is solus talis erat. Sunt & alij alibi, quos  
 videre licuit huiusmodi, vt eorum luxurie, voluptatis,  
 deliciarum, cupidiarumque nullus sit modus. quæ filij à  
 matre Babylone, mirum in modum operibus carnis de-  
 dite didicerunt. Omnes autem hi, optimi sunt vobis Ca-  
 tholici, nos soli deterrimi hæretici, quos Bauaria exter-  
 minassis. aded vigilanter fortis ille armatus, ibi custo-  
 dit aulam suam, ne ipsum validior Christus vincat. Sed  
 tamen vincet leo de tribu Iuda, quosuis feros leones.  
 Quod si vere is Princeps, quæ tu ad regiam maiestatem  
 perscribis, de calice Domini dicebat: effici hinc oportet,  
 vt Paulus Apostolus fomitem Hæresis præbuerit, qui  
 omnes Corinthios, integrum id Sacramentum sumere  
 iussit: ac sicut in vna, ita & in altera quauis Ecclesia do-  
 cuit. De Germania iam diu Catholica, Xantus prius re-  
 tro ibit, quam hoc fiet, quod speratis. multos, non omnes  
 Christus dixit, à falsis Prophetis decipiendos esse. No-  
 lent hoc verè p̄ij Principes, quod ipse Deus fieri nō vult.  
 Vos tantum id agitis, quod idem vetat. idque vultis,  
 quod is non vult. Confregisse Bauarum vasa, calici Do-  
 mini, plebi distribuendo destinata, eo in genere laudis  
 ponendum est, quam & illud factum Belsaris Nebu-  
 chadnesaris filij, qui vasa templi Ierosolymitani, in suo  
 conuiuio

Babilonis filij  
 luxuriosi.

Germania est  
 catholica.

conuiuio profanauerat, meretur. Vitas Sanctorum quas  
 Surius monachus cōscripsit, tantis impensis edi eum cu-  
 rasse Germanicè doleo; siquidem eæ tales sunt, quales  
 nobis lingua Polonica dedit, Petrus Scarga Iesuitarum  
 in Lituania aresignanus. In quibus inter multa alia, sua-  
 uia deliramenta, Sanctus Franciscus ouibus, & passeri-  
bus concionatus esse legitur. aut quales illæ sunt, in Lō-  
 bardica historia siue legenda Sanctorum, vbi Sanctus  
 Cassianus ex tumulo loquitur, dulci se quiete perfrui, &  
 aduentum redemptoris expectare Sancto Germano re-  
 spondente; quiesceret, & pro nobis attentius oraret, vt  
 obtinere sacræ resurrectionis gaudia mereamur. Et de  
 inuentione S. Stephani, Gamaliel Pauli apostoli doctor,  
 ita in somnis Lucianū alloquitur. nostros patefacito tu-  
 mulos, quia indecenter despecto loco reconditi sumus.  
 Vade & dic Iohāni Episcopo Hieroso. vt nos in honora-  
 biliori loco reponat. quia cūm siccitas & tribulatio mū-  
 dum concusserit, nostrorum suffragijs, Deus mundo pro-  
 pitiare decreuit. Sic legenda 118. Bartholomeus inquit,  
 Per multum tēporis, meis meritis Dominus populo huic  
 pepercit. Sed eorum peccatis inualescentibus, pro eis  
 non potui veniam obtinere. Et 83. Petrus, Leoni Papæ  
 oranti 40. dies & ieiunanti, apparet dicens, legi & emē-  
 dauī Epistolam tuam contra Eutichetē & Nestorium.  
 Porro 106. id legitur de S. Petro, quod per clauēs quas  
 accepit, interdum damnandos absoluat. nam rogante  
 Petro cū Maria matre Dei, pro quodam Monacho Ia-  
 sciuo, subitō mortuo, hanc Dominus sententiam protu-  
 lit, vt ad corpus rediret, & ibi pœnitentiam ageret. plu-  
 res istiusmodi mendacium hominum fabulæ, in scriptis  
 y ij eius

137.  
 Vita Sanctorum

Fabulæ legen-  
 dae sanctorum

S. Petrus  
 mortuus legi  
 & scribit.

Papistæ fabu-  
lis delectatur.

eius generis leguntur. De quibus illud Apostolus 2. Epistola ad Timoth. Erit tempus cum sanam doctrinam non tolerabunt, sed iuxta sua desideria, coaceruabunt sibi ipsi auribus prurientes. magistros, & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Hasne fabellas, Antoni Dux Bavarie, in vnaquaque parocchia haberi curauit, ut populi Apostolicæ Ecclesiæ statum, ex illis perspiciant, nec omni vento doctrinæ circumferretur. Ad legem & testimonium, ait Esaias, ubi & præceptorum & historiarum verarum satis est.

Dux Saxonie

Augustum Electorem Saxonie, multos Caluinianos Ministros capite multasset, tam verum est, quam talia cætera. Sponte quidam Viteberga cesserunt vbiq̄itarijs, Christum vbiq̄ esse corpore statuentibus anno 1573. Cracouius consiliarius, incertum quam ob causam in carcere vitam finit. Peucerus medicus, vir egregie doctus Melanchtonis gener, sub custodia arcis Lipsensis seruatur, hi sunt isti multi mihi quodam noti. Nec deplorauit idem Princeps, summus, si quis alius Luterianus, monasteriorum ruinas; sed scholas instituende litteris iuuetutis causa, in eis aperuit. Ex eodem fonte veri fluxit id, quod refert, Ministros Saxonie ferro se confodere, ubi nominandus erat & occisus & homicida, locus item & tempus indicandum, ut fidem haberet narratio. Verius hæc de vobis Iesuitis, Damian Gandauus libro Coloniae, anno 1578. hac cum inscriptione edito, Imperij ac Sacerdotij ornatus. Diu inquit, multumque cum vniuersitate Parisiorum, lingue prælijs dimicarunt. nuper mutuis vulneribus, cum ceteri homines manum adhuc abstineant, Coloniae cœperunt sese contrucidare. Non conuenit fateor, inter Saxones, disceptant

Iesuitæ sese  
confodiunt.



disceptant enim de Christi corpore, hinc etiam, an in  
 cœlo tantum sit: & talisne Christus post sui glorificatio-  
 nem factus sit, vt ubique versetur: Sed quid facias, quā-  
 do vna pars alteri, quod vult, persuadere non potest?  
 vetus id malum est, quod tibi nouum videtur, vt Sacer-  
 dotes statum rerum turbent, de quibus ita Hieronymus  
 in cap. 5. Oseæ. Veteres scrutans historias, inuenire nō  
 possum, aliquos alios scidisse Ecclesiam, & de domo Do-  
 mini populos seduxisse, præter eos, qui Sacerdotes à  
 Deo positi fuerant, & Prophetæ, id est, speculatores. Tu  
 si tantum eloquentia vales, reconcilia dissidentes, nam  
 vestri hæ sunt dogmatis, de substāiali corpore reliquæ,  
 quas vtinam illi prorsus exuere licuisset, qui primus post  
 religionis in Germania mutationem, verbum Est in Sa-  
 cramentis, substantialiter accipiendum esse existimauit.  
 Quem cū Fratres Bohemici, qui idem verbum Sacra-  
 mentaliter interpretantur, scripto publicato, huius rei  
 anno 1523. commonefecissent, vili sunt ipsi, vt nos vobis  
 hodiæ indocti monitores. Hortaris deinde regem, vt  
 Catholicorum orbem conferat, cum Zizaniorum & lo-  
 hij manipulo, Vilnensi Calvinianorum latibulo, quod sit  
 nouissime aduersus edictum ipsius, extractum, & cum  
 reliquis paucis Synagogis ebriorum Ministrorum. At  
 ego, mi Posseuine, sperabam te, vel sub ipsum libelli finē,  
 parcius de nobis locuturum, ratus, tot maledictis, iam  
 fessam esse linguam tuam. Ergo vos triticum, nos autem  
 Zizania sumus, qui iussu diuino, Babylone emigrati-  
 mus? Latibulum est dicendum nostrum templum, quod  
 conspicuo stat loco? idem aduersus regis edictū extru-  
 ctum est, quod is anno 1579. Polociam expugnans, fir-

Pridem sacer-  
 dotes scindit  
 ecclesiam.

Luterus ad.  
 monetur à  
 Fratribus Bo-  
 hemis.

Templum E-  
 uangelicorum  
 Vilnensium.

missimo munijt priuilegio, Russicis litteris perscripto? Ebrj sunt semper ministri nostri, ex quorum hæc, quæ legis petita sunt, doctrina & ebrj suggesta conscendunt? voluntatem diuinam explanant & preces ad Deum fundunt? Sacris operantur & censuras morum suarum ouium, cum senioribus exercent? denique nihil non sobrie faciunt? homo, vbi tua prudentia & vbi mens & vbi iudicium? Et si ego te lapsum etiam hic memoria, in rebus Grammaticis, non ebrios, sed ebriosos nos vocare voluisse. Simus igitur tales tibi, Deo autem, cui soli studia nostra approbare conamur, sobrij. Id scio, communem esse nobis hæc, quemadmodum supra indicaui, cum sanctissimis viris iniuriam.

Synagoga E-  
uangelicorū.

Quod ad Synagogas. si Græce nosti, vox ea, quam tu nobis tanquam Iudæis, per ignominiam obiecisti, nos ab hac de nimia paucitate opiniõe eximit. Verùm pauci etiã tibi simus. Quid? Deus an non paucos electos habet? paruulū gregē suorū, filius eius Iesus Christus appellat? paucosq; ille fuerūt tot myriadam Israelitarum reliquie, quæ solē Messiam cognouerant, solis nosse diuina mysteria datum erat, solis ea pater ille cœlestis patefecerat: cum cæteris autem, per parabolas actum & qui quidem videntes, prorsus vt etiam vos, non videbant, audientes non audiebant. Certissimum est, talia ònino fuisse prisce illius Ecclesie, qualia & hæc nostre primordia. Erat, inquit, turba capitum eodem loci, quasi cētum viginti Actor. I. & Paulus Corinθο ad Romanos. Salutatur vos Gaius hospes meus, & vniuersæ Ecclesie. Et ad Corinthios: Si eodem conuenerit tota Ecclesia, & omnes linguis loquantur. Hæc electorum Dei paucitas, synagoga Christiano

Paucitas  
Christianorū.

Christianorum à Iacobo Apostolo dicitur. Si quis inquit, in Synagogam vestram ingrediatur, aureum gestas anulum, veste splendida, & dixeritis ei, Tu sede hic pulchrè. En, vt ibi quoque sedebant in templis homines, sicut nos in nostris: quod Russi nefas esse ducunt: proinde nec vlla scamna habent. Et Paul. ad Hebr. non deferentes epifynagogin, id est aggregationem nostri muram: sed adhortantes: quam tamen vestri monachi deserunt, dum lucem fugientes, ex conspectu hominum, in solitudines se recipiunt, vbi in summo ocio, vitam alienis laboribus, traducant: & Christum in pane, apud se esse ostendant, quasi homo natus non sit, ad congregationem cœtusque hominum: aut fas sit, non laborantem, manducare panem aliorum. Quorum fucorum nusquam est, reor, maior numerus, quam in vestra Italia. in qua ducentos esse, partim Archiepiscopatus, partim Episcopatus, testaris. In regno autem Polonico, quadringentos tantum inueniri Franciscanos, quos Bernardinos vocant, scribis, qui pro regis & reipub. salute assidue Deum orant, & ea vite sanctitate, abiecta carnali sarcina, viuunt, vt ne vnum quidem hæreticum, similis sanctitatis Volanus ostendere queat. Nimis hoc arroganter, Posseuine, de tuis, contemtim de nobis. Atqui ego tibi plures his nostre religionis sistere possem, qui absque omni specie Pharisaica, vera cum sanctimonia idem agunt, quod isti fluxis cuculionibus, nudis pedibus, manuum à contrectatione pecunie auersione, plane vt videatur ab hominibus. Ad hæc ociosi apud nos nulli sunt: sed omnes aliquid operis agunt, vnde illis victus suppetat. Verat enim Apostolus, non laborantem manducare. Isti autem vestri

Sedebatur in  
templis.

In Polonia  
Bernardinij  
monachi,  
400.

13.

Monachi pharisaici.

uestri sponte pauperes, (mirandum consilium) nihil cibi habent, nisi quem, præter Christianorum dignitatem emendicent.

In Hibernia, scribit Io. Auentinus lib. 7. Annal. Boiorum, Richardus insule eius Patriarches, aduersus mendicantem religionem librum edidit, eumque Innocentio 6. Pont. Max. dedicauit; vbi testimonijs sacrarij cœlestis comprobatur, religionem mendicantem, velut cultorum falsorum Deorum propriam, aduersam esse veritati, & pietati Christiane, Christumque & eius comites, non solum non emendicasse stipem hostiatim, victumque emendicando quæsiuisse: sed ne cuiquam quidem, vel Christianorum, licere sua sponte, profiteri mendicitatem hæc ille. Huc accedit prauiori consilio, remunerationis ab Deo, vite eiusmodi spes, cuius nec præceptum in sacris litteris, nec exemplum exstat vllum. Quid vero dura iuuat vita, si ei tantum, vt Christo, vite & salutem nostram, non omnia tribuas? Sicque Pharisaica, superstitione, Deo semper exosa, è cibo, potu, nuditate, siti, fame perfectionis opinionem induas, & mercedem expectes? Non sunt paria, clamat Apostolus, quæ præsentem tempore patimur, futuræ gloriæ erga nos detegendæ. Elegit nos Deus in Christo, ante quam crearetur mundus, vt simus Sancti coram eo: non sumus Sancti, vt eligamur. Antoni, melior est in conspectu Dei, demissi animi Publicanus, superbo Pharisaico iustitiæ innitenti suæ, ille enim è templo iustus factus descendit, is in opinione iustitiæ suæ perseuerans, nihilo fuit telonâ iustior. lege ea, que vester Pallingenius, de hypocriti Monachorum scribit. Vidi & ipse in Italia & delicias eorum, & ingredientes eosdem ad lu-

Non licet  
profiteri mendicitatem.

*Monachorum*

*Superstitio*

Melior Publicanus  
Pharisaico.

ad lu

ad lustra, explendarum libidinum suarum causa. quin cum hæc, in aula illustris Ioa. Hlebouici, è regione Vilenensis S. Mariæ monasterij scribo, video eosdem subinde è cellis suis, nutibus quibusdam impudici amoris signa, pudicissimis puellis insaniam ipsorum ridentibus ostendere. hæc talia hominũ monstra, quis dubitat, quin magis ac magis sint amissura existimationem suam? Et hoc est, quod Volanus, paulatim eos, hac cum vestra Catholica religione interire sentit. quod vos, in Italia & Hispania, vbi integrum stat regnum, Romani illius prepotentis Domini, nondum sentitis. Aliter olim vixere, nec tales ædes, quales vos inhabitauere, primi illi Monachi in Aegypto, vim hostium Christi, quæ nulla est hosti die, fugientes. videlicet Antoni, Pauli, Hilariones, Marcarij, Moyse, Arsenij. Irent & isti tui sanctissimi nunc in deserta similia, solisq; radiculis atque aqua, vti illi viderent in tugurijs. Nunc videas currus annona onustissimos, vndique ad eos conuehi, & cellas penurias, alimentis refertissimas impleri. Ex quibus nescio, quid aliud præter carnales sarcinas onerent. Est & in cucullo nummus, quem non contingit manus. O Iaruatam religionem. si his modice fruuntur: facis tu, credo, idem, quãuis non Bernardinus: faciunt & alij innumerabiles. Sed quid putas, quantam id iisdem apud stolidam plebem Sanctitatis, Christi que imitationis opinionem parit, cum feria sexta ante Pascha, brachia sua sentibus verberant, (capiti tamen parcunt) & ad mentionem verborum, de colaphis Christo inflictis, facies & ipsi cedunt suas: mituntur postea à mulierculis, suauia medicamenta, ad curanda talia vulnera. quin imo suppeditantur ipsis abunde ab

Monachorum  
Vilensium  
impudicitia.

Prisci monachi.

Callidi Bernardini scipij  
verberant.

Quæ agunt  
Pharisei.

de ab alijs omnia, & ad victum & ad cultum. At vero hanc quoque, vobis solis Christi imitandi rationem concedamus. demus & illa alia Pharisaica, laxas vestes, longas preces, multa ieiunia, obscuratas facies, superiores in conuentibus confessus, decimas, omnium regionum, mariumq; peragrationes, & alia quæ Christus apud Mattheum enumerat: addamus & corpus sine peccato, carnalem sarcinam sine onere, vitam absq; errore, & dissidijs: nos autem communi cum alijs veste vtamur, cum Christo, breuiter oremus, cum Paulo, omnium peccatorum primi, cum Apostolis, vini dulcis pleni, & regionum perturbatores, cum primis illis Christianis hæretici, cum publicano, voraces & iniqui, cum Esaia quantum ad iustitiam, menstruales mulieres simus, cum Dauide sicut ouis perdita erremus: stat iudex pro foribus, qui hisce laruis detractis, aliter quàm homines solent, de ijs omnibus pronuntiabit.

600. Iesuitæ  
Vilnenses.

Producis in medium & quingentos Collegij societatis Iesu, quod Viina est, discipulos, & centum alios eiusdem paroeciæ, qui sint post paucos annos, Aegyptiacas hæreticorum tenebras discussuri, synagogas ipsorum deieciuri, & funditus euersuri, præsertim cum & quinque aliarum regni urbium Brunspergæ, Poseniæ, Iaroslauiz, Pultouiz, Cracouiz loci ipsi se adiunxerint. Idem & ego opto, mi Posseuine, vt omnes hæreticæ tenebræ, fulgore lucis diuinæ dispellantur. Verum vt nostræ à vobis metuam doctrinæ, quam ex ipsa diuinarum litterarum scaturigine hausimus, adduci non possum. Viguit ea tamdiu, quamuis acriter oppugnata à vobis, vigebitq; certò scio in posterum, donec Christus auctor & custos eius, ad nos veniat, non potuerunt adhuc, fratres sororesq; nostras, vestri ignes, gladij, & aquæ, fames, fraudes, proscriptiones à veritatis amore deducere: tantundem speramus, noue etiam fallacie

Non potuit  
adhuc extin-  
gui Euangeli-  
corum doctrinam.

fallacię vestre, efficere poterunt. In pagos potius, hęc  
 tantam discipulorum turbam emittite, vt eos quos Ca-  
 tholicos esse gloriāmini, saltem Pater noster, Credo in  
 Deum, & decalogum doceant. hęc tam crassa, titulo te-  
 nus Christianorū ignorantia prius vobis esset expugnā-  
 da, deinde ad hęreses accedēdum. Quod ad euerlionē  
 templorum nostrorum, quę tu non proprie synagogas  
 cognominas: cū vim vestram, & artes insinuandi se in  
 pectora hominum considero, fieri posse credo, vt erecta  
 solo æquētur. Id enim vestri fratres Cracouię an. 1574.  
 18. Iunij fecerunt, neque sepulcretis nostris pepercerūt.  
 Verūm si nobis ædium copiam, ita vt vitas ipsas eripie-  
 tis: at vero cælum sub cuius tecto æque vt in fanis lau-  
 datur Deus, & quod vestra non pertingit impietas, adi-  
 mere non potestis. Hic furor vester in causa est, vt nūc  
Græco Irenæo careamus. quē cū annis ab hinc 24. hā-  
beret manu scriptum vir doctus, & elegans poeta Iaco-  
bus Boissartus Burgundio, excitata à malis in vrbe Me-  
tensi, insectationum procella, omnem suam supellecti-  
lem, vnā cum eo amisit. Dilacerari nos inuicem in Re-  
gno Polonię, non vere dicis. contrariū enim huic, docere  
te potest illa Caluinianorū, Luterianorū & fratrum Bo-  
hemorū cōcordia, quę anno 1570. 14. Aprilis Sēdomirię  
coaluit. cuius est hoc principium: Postquā diu multumq;  
cum sectarijs Tritheitis, Ebionitis, Anabaptistis confli-  
ctatū esset: tandemq; diuino fauore, ex tot tantisq; certa-  
minibus & deplorādis cōtentionibus emerimus: visum  
est iisdem Ecclesijs Polonicis, reformatis & orthodoxis,  
quę in quibusdam capitibus & formulis doctrinę, hosti-  
bus veritatis & Euangelij, minimē consentire videban-  
 tur, pacis

Catholici re-  
rum diuina-  
rum rudes.

Irenæus græ-  
cus perijt.

Sēdomiria

Concordia  
euangelicorū  
in Polonia.

tur, pacis & concordie studio Synodum conuocare, ac  
consensionem mutuam testari. Quare habita collatione  
amica & Christiana, sic iunctis compositisque animis, cō-  
senserunt in hæc capita. Ita nostrates, vbi etiam, sentē-  
tię de cœna Domini subscripserunt omnes, quę habe-  
tur in corpore doctrinę Philippi Melāchtonis, quod erat  
missum ab Saxonice Ecclesijs, ad Concilium Triden-  
tinum.

Eadem hodie  
hæreses quæ  
S. Iohannis  
tempore.

Audisne hæc Possuine? At quinam quæso erant  
isti, qui tibi homini Italo, tam multa falsò, de nobis ex-  
posuerunt? Itaque non te ego, sed istos malos falsi ar-  
guo. De alijs vero sectis, illud habeto, quod Iohannes  
Apostolus scripsit: Ex nobis exierunt, sed non erant ex  
nobis, alioqui permansissent nobiscum, vbi quinam ij fu-  
erunt, ipsemet explicat, vt intelligas, non posse ea ver-  
ba de nobis Euangelicis accipi; alij enim soluebant Ie-  
sum: alij eum filium Dei esse negabant. Id quod faciūt  
ij etiam hodie, qui ex vobis sunt egressi, Ebionitę & A-  
nabaptistę. vnde videre est, idem nunc esse Euangelium,  
quod ætate Ioannis fuit, cuiusque nos defensionem su-  
scipimus: & illam ipsam lucere lucem, quam idem Apo-  
stolus, veram esse dicit. Soluunt autem isti Iesum, qui ei  
diuinam & æternam naturam subtrahunt: compacta e-  
nim soluuntur. & negant esse patris filium, qui eum me-  
rum tantum putant esse hominem. Dei filium, non alia  
ab hominibus ratione appellatum, Quasi vero temere,  
& vnigenitus & proprius Dei filius ab Apostolis voce-  
tur. Quocirca omnes isti, qui eius detrahunt generi, tam-  
diu victuri sunt, quamdiu & ipsis priores vixerunt, quo-  
rum iam interierat memoria. Hęc tibi sunt sexcenta por-  
tenta,



tenta, efficacissimo Dei iudicio in regno nostro prolata.  
 Homo, itane vero apud vos traditur Arithmetica, vt v-  
 num, bis in se ipsum ductum, sexcenta faciat? Euange-  
 licæ, & horum atque Christi inimici Ebionæi, duo populi  
 diuersi inter se, sexcenti dici possunt? Volanum illustris-  
 simos Radziuilos, à via Christi tentare auertere, ego nec  
 credo, nec id in scriptis eius lego. Id potius bonus vir,  
 optimorum parentum filijs optat, vt vię priorī rursus  
 insistāt, monitorum recordentur progenitorum suorum,  
 exemplaue illorum, in repurganda, & amplianda Chri-  
 sti doctrina imitentur. Georgio autem Episcopo, qui  
 iam Cardinalis est, veri pastoris officia ob oculos ponit;  
 iuxta & id à Deo precatur, ne ipsum corruptissimi secu-  
 li huius mores, & pessima Romanorum Sacerdotum e-  
 xempla, ab officio boni pastoris abripiant. Sin sectis fa-  
 ciat, consulit, ne in eo vitę statu perseueret, qui ipsum  
 perpetuo angore conscientię excruciet. Idne est, Antoni  
 homines, à via Christi conari auertere? Redite vos quo-  
 que omnes, redite, per Deum vos oramus, ad eandem vi-  
 am, à qua, dolendum multum deerrastis. quod tum de-  
 mum cognoscetis, cum doctrinam & actiones vestras  
 omnes, cum Christiana comparaueritis: quales estis &  
 quales esse deberetis, diligenter pependeritis: nec am-  
 plius conscientię repugnaueritis. Si hodie, monet Da-  
 uid, vocem Dei audieritis, nolite obdurare corda vestra.  
 Nolite obsecro, ô homines, manifestissimę veritati tan-  
 toperè obniti. Nolite plus consuetudini, quàm volun-  
 tati diuine tribuere. Nolite regnum Dei, ex hominum  
 multitudine, non antiquissima antiquitate, & continua  
 Sacerdotum serie metiri. falsi sunt vehemēter Israelitę,  
 qui si-

Quæ Volanus  
 optat D. Ra.  
 dziuilis.

Laſſicki Iesui-  
 tas orat.

qui similiter ratiocinabantur. regnum enim Dei ad eos, nihil minus quam hoc cogitantes venit. multitudo illa instar stellarum cœli, ad summam paucitatem redacta est, series sacrificulorum contenta, templum Domini destructum, & alibi Spirituale ædificatum, Vineæ alijs colonis locata, Idiotę cum Euangelio, per orbem terrarum dimissi, alijs præter Sacerdotes, ad messem Domini extrusi, pauperibus & obscure plebi, Euangelium annunciatum.

De Magno  
Nicolao Radziulo.

Video autem te in hac Ducum Radziulorum, ad antiquę pietatis obseruationem cohortatione, præteritis parentibus ipsorum, auos tantummodo, atauos & tritauos nominasse. Ni igitur fallor, id tuum consilium huc spectare videtur, quod eos indignos esse memoria iudicaueris. Verum id si sentis, valde falleris, Possuine. In memoria enim æterna, iustum futurum, Dauid propheta psallit. Et Christus beatos futuros ait suos, cum ipsorum nomen homines, vt malum eiecerint propter filium hominis. Quicquid est nunc purę religionis in Lituania, id maxime Nicolao Radziulo, Duci Olicensi & Niesuiesensi debemus, qui solus tot honores, sua in patria gessit, quot multi antea alijs. nam præter præfecturas, quas multas habuit, & cancellarius, & Marscalcus Lituanię, & Palatinus Vilmensis, hoc est, summus senator fuit, iudicijs de rebus acerrimi, is anno 1553. adducta ex Germania honorificentissime, Regi Sigismundo Augusto, tertia coniuge Catharina, Ferdinandi Regis Bohemorum, atque Hungarorum filia, & tot rebus in Lituania repu. præclare gestis, extorri Ecclesiolæ Christi, præbuit in Lukiski hospitium. Quo magnus hominum numerus

Primi conuenus Euangelicorum.

numerus, tam ex vrbe, quàm ex agris nobilitas, ad audiendum verbum diuinum confluebat. anno autem 1556. grauissimè respondit Aloysio Lippomano, legato ad regem Pontificio, se à vero auocare studentì. sexto postea anno, Liouibus ad obsequium Regis per ductis, Curlãdis atq; Semigallis, Gottardum Kietlerum, ordinis militum Teutonicorum magistrum, auctoritate regia Ducem creauit. Inde ordinata prouincia, saluus domũ reuersus, negantibus nobis templorum vsus sacrificulis, in aula sua fano sancti Iohãnis, (nunc Iesuitarum nido) opposita, sacros cõuentus fieri permisit. ñisdemq; diebus, impẽlis in interpretes ac Typographos, decem plus minus florenorum millibus, primus Sarmatis, sacrosancta Biblia, ex Hebraicis atque Græcis fontibus, lingua Polonica dedit. Tandem cum spe firmissima melioris vite, & fide certissima, de peccatorum propter Iesum Christũ condonatione, viuere desijt anno 1565.

Prima Biblia  
Polonica.  
an. 1562.

Hic talis tantusq; vir, vt vulgo alter Rex haberetur, non est id meritum, vt ante maiores Illustrissimorum Radziuilonum, Christophori, Georgij, Alberti, Stanislai, primus in tuo isto poneretur, ad eum regem libello, ante quem Sigismundus Augustus, secundam vxorẽ, huius ipsius Radziuili patrualem sororem, in matrimonio habuit? Quid dicam de istorum heroum genitrice, Elizabeta Sidlouiecia, sancta illa anima, & sexus fœminei, in omni virtutum genere vero exemplari? cui partem fingere cuius licet, ostendere perdifficile est. hoc igitur par coniugum coniunctissimorum, hæc Spiritus Sancti, tãquam nihil vnquam de illis audieris, præteristi? è contrario vero, in laude id ponis, quod ipsorum liberi

Elizabeta  
Radziuilon  
mater.

liberi domesticum latibulum, ut labem hæreseos, à sua nobilissima familia abstergerent, ad terram deiecerunt: quodque Typographiam, qua errores, & verbum Dei deprauatum cudebantur, ad diuina eloquia incorrupta, atq; Sanctorum vitas edendas conuerterunt. Quod quidem illis, quando ita libuit, facere licuit. Sed tamen, nego ego eum locum, in quo debitum religionis munus, soli Deo Apostolorum exemplo, cum ipsis in templo idem agere non liceret, publice exsoluebatur, & mysteria secundum Christi institutum, electis Dei dispensabantur, latibulum esse, nego errores, multo minus verbum Dei, magnum illum Radziuilum, deprauatè excudi curasse. nego illum quidquam mali, clam in vllis latebris egisse. Exstant Biblia Brzestæ edita, inter libros hæreticos à Vilnensibus Iesuitis reposita: his longe meliora, quæ quidam sacrificulus, ex Latinis Hieronymi Polonica fecit. Ostende nobis rogo te illorum errores, quò eos vitemus, doce nos interpretum lapsus: ut dum adhuc vnus illorum superest Tricesius, cum eo agamus, nam errare profecto nolumus. Demonstrabimus & nos vobis vestros, vitasq; sanctorum, fabulis esse refertas docebimus. Licuit, inquam, Possuine, Radziuilis rerum Dominis, ad hæc Principibus facere cum suis, quod libuit, quod illis pater cœlestis ignoscat, at vero vestris Vilnensibus Iesuitis, Daniele Typographum nostrum, tamdiu frustra de iniuria querentem, per subornatum, famulum ipsius, characteribus priuare non licuit: nec furem conseruare apud se decuit. propter quod, instructi hominis ad nocendum facinus, vir bonus ad inopiam redactus est. Existimant opinor isti, ut se Hebræos, ita nos illos Aegyptios

Defenditur  
Radziuilus contra Possuina

Daniel Typographus à Iesuitis spoliatus.

gyptios atque Palæstinos esse, quos & spoliare & occidere ipsis fas sit.

Iubes Volanum, si veritatis zelo mouetur, integra patrum scripta promere, & in linguam vertere Polonicam. Nos autem magnas Deo grates agimus, quod pectoribus nostris eam mentem inseruit, ne amplius simus serui hominum, id est ne verbis ipsorum ita hæreamus, sicut diuinis. Vnus enim & idem est Spiritus, qui tam præscos, quàm neotericos Theologos, viam veritatis docet. Vnus Iesus Christus magister omnium. ac petunt hoc ipsi à nobis, ne sibi nimium tribuamus, & errores agnoscunt suos. Quos inter, vnus ingenij acertissimi ita loquitur. Negare non possum nec debeo, sicut in ipsis maioribus, ita multa esse in tam multis operibus meis, quæ possunt iusto iudicio, & nulla temeritate culpari. Augustinus lib. 2. ad Vincentium victorem. Itaque idem, quædam sua scripta retractauit. Cur id homo erat, cuius est proprium errare: quod de Canonice libris, dici non potest. quibus vos, vt in Babylonia omnia geri confusè appareat, etiam apocryphos, præter voluntatem veterum, vsque ad annum Do. 400. annumeratis. Horum vna pagella, & plura me & certiora, quàm omnes patres docet. præterea tota Biblia, ex quibus antiqui sapere didicerunt, certo ordine quotidie lecta, quotannis perlegi possunt. Patres autem, tam multa verbosè scripserunt, vt vix Mathusalemi vita, quæ fuit omnium longissima, cunctis aliquoties perlegendis sufficeret. Quos Caluinum asinos interdum appellasse, non mirareris, si absurda quædam illorum dicta, & imprudentia facta, ita vt ille, animaduertere posses. Patribus enim quibusdam, visa sunt ea bona, quæ nunc vitiosa esse

Scripta Patrum.

Augustinus  
multa scripsit  
culpanda.

Quidam patres  
asini

esse cognouimus. patres purgatorium confinxerunt. sup-  
plicandum esse Deo pro mortuis, & sacrificium Missæ of-  
ferendum senserunt. Calicem Domini, plebi ademerunt.  
Sanctos mortuos inuocarunt. & cæteros errores, nobis  
similes homines inuexerunt, quorum vos patroni aduer-  
sum nos estis. Patres erant Papias & hunc secutus Ire-  
naus, atque Nepos, qui Regnum Christi, post vniuersæ  
carnis resurrectionem, mille annos in terris duraturum  
existimauerunt. Euseb. Eccle. Hist. lib. 3. Cap. 33. 9. & lib.

Errata patrū

7. Cap. 19. pater Origenes, qui dæmonibus spem salutis  
non præcidit. pater Tertullianus, matrimonio repetito  
iniquus. pater Hieronymus, virginitatem cōiugio, mul-  
tis nominibus antetulit, & mercedem pro ea speradam  
censuit. pater Syricius, ne bigamus ad officia Sacerdo-  
talia admitteretur instituit. pater Bonifacius quintus,  
fontes ad templa confugientes, saluos esse voluit. pater  
Vitellianus nauia, quæ organa dicuntur, in templa inue-  
xit. alij imagines & multa alia suo pte ingenio excogita-  
uere. pater Theophilactus, Latine Ecclesie sententiam,  
de processione S. Spiritus impugnat. pater Damascē-  
nus, pro imaginibus, tãquam pro aris & focis depugnat.  
patres Gregorius & Beda, multa somnia de purgatorio  
referunt. pater Bernardus sermone 66. super cantica,  
abstinere se interdum cibis, vt ita satisfaceret pro pecca-  
tis, fatetur. pater est patrum pius 4. & Gregorius 13. qui  
in bulla sodalitat̃s beate marię, hanc precationem ap-  
probant. Obsecro Domina sancta Maria, consolatio de-  
solatorum, via errantium, salus omnium in te speranti-  
um, vt cum omnibus Sanctis venias, in auxilium & con-  
siliū meum, in omnibus necessitatibus meis.

Papa blasphemias appro-  
bat.

Quis

Quis omnium errata enumeret? pater & is erat,  
 qui vos omnes summa cum Christi ignominia, spem in  
 mero homine habere, & vitam quærere docuit. Ita enim  
 benè valentem, genitricem Christi salutatis. Salue re-  
 gina misericordiæ, vita, dulcedo & spes nostra salue. Eia  
 aduocata nostra, ad te clamamus gementes, pater vester  
 est Canisius Iesuita, qui eam die Sabbathi precandi for-  
 mulam, in Cathéchismo Catholicorum ponit. Sub tuum  
 præsidium confugimus, Sancta Dei genitrix, à periculis  
 cunctis libera nos Domina nostra, aduocata nostra, tuo  
 filio nos reconcilia. personant etiam ihs vocibus delubra  
 vestra. Maria sis propitia Maria dele vitia, tu nos ab ho-  
 ste protege, in hora mortis suscipe. Item. Aqua benedi-  
 cta deleantur nostra delicta. Legi & in Diltingensi soci-  
 etatis Iesu bibliotheca, eas ex patribus D. Virginis Ma-  
 riæ laudes, quæ soli Deo comperunt. Inter alios autem,  
 vere asinini iudicij fuit Bonauentura, factus Generalis  
 ordinis minorum Monachorum, anno Christi 1256. qui  
 vti alij alia in Sanctis litteris, ita hic Psalmos Davidis  
 inuertit & corrupit. Etenim quæ David Propheta de  
 Deo, quem solum veri patres inuocabãt, & dixit & scri-  
 psit: ea is omnia ad matrē Domini Iesu transtulit. Exem-  
 pli causa Psalmum 4. sic. Cùm inuocarem, exaudisti me  
 Domina, glorificate eam gentes, in virtute vestra. 6. Do-  
 mina ne in furore Dei, sinas corripì me. Non mortui ne-  
 que qui in inferno sunt, laudabunt te Domina: Sed qui  
 tua gratia vitam æternam obtinebunt. 7. Domina in te  
 speraui, de inimicis meis libera animam meam 26. Do-  
 mina illuminatio mea sit. 40. Beata Maria intelligit su-  
 per egenum, & pauperem. 79. Domina venerunt gentes

Bonauentura  
 psalmos cor-  
 rupit.

in hereditatem Dei, quas tu meritis tuis Christo confæderasti 109. Dixit Dominus domine meę, sede mater mea a dextris meis. 139. Eripe me Domina ab omni malo. Sed quis finis esset doctoris Catholici, ad hoc Monachi blasphemiarum. Tales verò omnes non tantum aini sunt, & non ferendi assentatores: verum etiam illi, idololatres, de quibus hac Paulus Epistola ad Romanos, cuius nunc planè oblitus sunt. Tradidit eos Deus cupiditatibus cordium ipsorum, ad impuritatem. Ut qui Dei veritatē mutarint in mēdaciū, & coluerint ac seruerint creaturę, præter creatorē. vsq; adeo mūdus, à tot seculis, vno cōsultore, cui & Eua auscultauit, in errorem conspirauit: atq; ex Ecclesia Babylonē fecit, in qua est gloria diuina cum humana confusa. Scargam & Turrianum, errores Volani refutasse ne credas. Nam cū nulli essent, refelli non poterant. Sin ita veritatem, quam is vir strenuè defendit, appellas, ea natura sua insuperabilis est, vim tam diu passā à vobis: aspicias, quali cum animo, is victus cōtra victores prodeat, quòd si nondum vobis satis dixit, breui habituri estis plura, ac senescenti patri, succedet spero eiusdem ingenij, atque eruditionis Iohannes filius.

Conclusio Epistolę Possivini.

Tandem Epistolam tuam, quali quidam consiliarius Regi sapientissimo datus, hisce verbis finis. Consiliarios tibi Serenissime Rex eos adhibeas, qui terrena prudentia, Samariam cum Hierosolyma non coniungant. neque in boue & asino, quod diuina scriptura prohibuit arent, Certissime vero tibi persuadeas eos, qui Deo inimici sūt, nec Maieitati tuę amicos esse. Interim autem caueas, ne pestes istę libellorum, & seditionum hæreticarum, perueniant in manus eorum, qui apud te sunt. Quibus verbis certum est, persuadere te regi nostro voluisse, ne eos

in senas



In senatum ascisceret, qui vobis videntur esse hæretici: vtque idem legi passim vetaret, scripta. Ita vt tibi Sa- maria sint Euangelici, Ierosolyma Catholici. Possuine peregrini est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno anquirere, minimè in aliena esse repub. curio- sum. Tu ad conficiendam pacem cum Mosco, missus ad nos Roma eras, cuius obtinendæ causa, Iohan. Basilius Dux Moscorum, internuncium suum ad Gregorium Pa- pam legauerat. Progressus deinde es ad eundem Basili- um, vt memoratũ est 23. Martij correcti Kalendarij hoc anno mortuum: Christophorus autem Radziuil, Dux Dubincensis & Bierzensis, immissus ab Rege per loca in- via, cum exercitu in Moscouiam, igni eam & ferro vsq; ad fluuium Volga Asiæ proximum populabatur. Quem 23. Octobris an. 1581. ad Regem Pleseouiam obsidentem reuersum, legati Moscici secuti sunt. Delecti igitur illu- stres viri Iohan. Dux Sbarascensis, Palatinus Brassau- ensis, Albertus Radziuilus Dux Olicensis, & Michael Haraburda, notarius Lit. te ipsos adiuuante, de inducijs decennibus, ita transfegere, vt Mosci nobis cesserint Li- uonia. agimus ergo tibi pacificatori, eas quas debemus gratias. Sed tamen illis maiores, qui ita armis pressere hostem, vt is audita ex te mentione pacis, cupidissimè eam amplexus sit. Hic tibi consistendũ erat legate: no- bis Rex noster laudatissimus relinquendus. qui multò te nouit melius, qualibus consiliarijs necesse habeat. qui i- psi fidi, qui infidi sint, quid reipub. expediat. quid regni consuetudines ferant. quid illud fœdus Varsauiense de religione, ab illis qui se eo obstrinxerunt anno 1573. po- scat. quidque sibi illa velint iureiurandi, ad aram facti

Peregrini of- ficium.

De pace cum Moscis 15. Ia- nu. 1582.

Regium iustu- randum.

verba, pacem inter dissentientes religione conseruabo.  
 Quæ quidem huiusmodi sunt, vt eam quam vos odistis  
 religionem, omnibus subiectis regijs permittant; & ab  
 insectandis Euangelicis, librisque ipsorum opprimēdis,  
 eum, qui ita iurauit auocent. quæ illum vtraque, hoc quo  
 nobis prosperrimè præfuit octennio, integerrimè con-  
 seruasse cognouimus. Viuat, viuat nobis vsque ad sum-  
am senectutem, Rex adeo æquus, & datæ semel suis fi-  
dei memor. Cui tu negas senatores iuratos, quibus est  
 cordi cœlestis veritas, amicos esse. Eāne vero prudentia  
 tua est, ô socie Iesu, vt quos ipse Rex amicissimos fidissi-  
 mosque sibi, in arcanis consilijs, in pace, in bellis, inque  
 omni reipub. administratione experitur, eos tu alter à  
 Deo Kardignostis, inimicos ei esse dicas? Quid si nunc  
 contra te, consurgant ij omnes, hac de iniuria tecum ex-  
 postulaturi? Hic profecto, Antoni, istorum verborum  
 temere enunciatarum, non posset te non, & pudere &  
 pœnitere simul. Urgerent enim te singuli, vt sibi aliqua,  
 inimici ob religionem, erga regem animi signa demon-  
 strares: docerique à te peterent, qua ratione semel Deo  
 per Christum reconciliati, facti sint ipsi rursus inimici.  
 Atqui bone censor, Deus noster qui in carne patefactus  
 est, amicos & fratres illos vocat suos, qui ipsius exequū-  
 tur mandata. Quo in numero nos inueniri studemus,  
 qui verbis eius morigeri, Babylone eximus? Cœneque  
 eiusdem, integra mysteria conseruamus. per hunc vni-  
 cum deprecatorem omnium, patrem cœlestem adimus.  
 Vobis eum in multis latebris ostendentibus, docti ab ip-  
 so non credimus. huic soli confidimus, hunc vnicū Do-  
 minum, Pontificem, & seruatorem nostrum agnoscimus.  
 & ad

Possuini Ie-  
 suitæ pruden-  
 tia.

Studium Euā-  
 gelicorum.

& ad plura alia, ex animi eius sententiâ præstanda, summa ope connitimur. Quæ autem nobis defunt, ea hunc ipsum, pro sua erga electos summa beneuolentiâ supplementurum, persuasimus. hic enim est solus iustitiâ, vita, salus, spes, & sanctificatio nostra. Nec nobis hoc tuo exemplo, similia dicere de senatoribus Romanæ religionis, esset difficile, si æque ac tu imprudentes, & confici-  
Senatores Põ  
tificum laudã-  
di.

entiarum alienarum iudices esse vellemus. Sed nos Domini Iesu doctrinam secuti, probos fidosque esse, ex fructibus ipsorum, pace reipub. mutua concordia, animo ab homicidijs, & insectationibus alieno cognoscimus. ideo, que omnes, vnâ cum ipso omnium rectore, in cæteribus nostris, Deo studiosè commendamus: cum vos interea extinctos esse nos optetis: & eo die, quo supplicij Christi anniuersaria memoria, piè à pijs recolitur, in æde S. Iohannis damnantes Euangelicos, ad mentionem illorum  
Euangelici Ie.  
suis diris de  
uoti.

tintinabula pulsaueritis, cæreos contumeliosè extinxeritis, metuentam sententiam, si quantum in terris, tantum possitis etiam in cælis.

Quod ad pestes, & seditiones nostras. videor mihi alterum Tertullum, Iudæorum oratorem, Paulum rursus accusantem audire: Sic etenim ille ad Felicem præsidem Cæsareæ. Inuenimus hunc hominem pestilentem, & qui moueat seditionem omnibus Iudæis, in vnîuerso orbe. Respondit autem Paulus. neque vero me in templo inuenerunt, cum aliquo differentem, aut seditionem turbæ facientem: neque in Synagogis, neque in vrbe. neque probare possunt, de quibus nunc me accusant. Ita & ad Corinth. in omnibus nos approbantes, vt Dei Ministri, in plagis, in carceribus, in seditionibus. per gloriam &

Qui nec pesti-  
lentes sunt, nec  
seditioni.

riam & ignominiam, per conuitia, & laudes, vt seductores, at veraces. Similiter nos quoque, totidem verbis, in eadem causa tibi respondemus, Possuine. probare non potes. pestilētes seditiososue nos esse, qui Paulinam per omnia sectamur doctrinam, quātum licet imitatur vitā: sed calumniari potes. Quadraginta & quatuor iam præteriere anni, ex quo importata est ad nos, ex Germania atque Bohemia, purior Euangelij doctrina. Intra quod tempus, nulla vsquam per nos mota est seditio, quamuis eam non semel nobis exprimeret, violentia vestra. Concordiā in bonis & tolerātiā in aduersis, proprias Christianorum virtutes, nos docent ij, qui in congregationibus nostris, idem agunt quod Christus atque Apostoli, in Iudæorum Synagogis. Sed quia Abraham pater credentium, de terra sua Chaldaea siue Babylonia, ad vocē diuinam egreditur: exeunt & eiusdem filij, eadem voce cœlesti incitati, Babylone Spiritualī: obsecundant ijdem Petro Apostolo, se ita exhortanti, Resipiscite & seruamini ex natione ista praua: separat Paulus discipulos ab ijs, qui indurabantur, non credebant, & male de via, cui ipse insistebat, apud multitudinem loquebantur: id nunc habetur seditio, id non obedientia, id ab Ecclesia secessio, id ciuitatū pestis. hic Apostoli ad magistratus ducuntur: hic illis in nomine Christi loqui interdicitur: hic, cū iniquis mandatis non obtemperant, custodia traduntur, verberantur, cœtibus pelluntur. hic quia Iesum in cœlo, vsq; ad tempora redintegrationis omnium, sessurum asserūt, silentium ipsis imperatur. hic ipse Iesus, qui se sessurum à dextris potentis, & venturū non aliter, quā cum nubibus cœli prædicit, blasphemasse dicitur,

Ab annis 44.  
doctrina Euā-  
gelica sonat in  
Polonia & Li-  
tuania.


Idem nunc sta-  
tus Ecclesiæ,  
qui Apostolo-  
rum tēpestate

dicitur, conspuitur, colaphos accipit, bacillis caeditur. hæc sanè omnia, si quis ad ea animum attendat, geruntur etiam hodie. Iam igitur vides Possuine, quàm multa de nobis, ad regem longe sapientissimum scripseris falsa, pernicioso consilio finita. quibus veriora opponere, & Euangelij amatores, iniuriã abs te affectos tueri, æquum mihi visum est. Quandoquidem is, qui non defendit, nec obliquit, si potest, iniurię, tã est in vitio, quàm si amicos aut patriã deserat. Et iustus is esse dicitur, qui non solùm ipse alijs non nocet, sed etiam nocentes prohibet. Quæ omnia siue probabuntur tibi, siue non probabuntur, susque deque fero. at tamen id potius mallem, vt & tu probanda laudares, culpare damnanda. vnum te moneo, ne frustra eos excindi posse speres, quos ipse Deus plantauit: & vt viam breui venturo Domino parent, sponsamque cœlesti sponso ornarent, præter omnem expectationem vestram excitauit. Socios autem per Deum immortalem, iterum atque iterum oro tuos, ne amplius homines, tot suis technis auocent à doctrina Euangelica, neu pergant miseri, in tanta luce veri, cum Deo suaque pugnare cõscientia, nec aliquot seculorũ, & multorum hominum errores, præferant exortæ in tenebris, misericordia diuina veritati, idque vel peccandi, si in Spiritum sanctum, nunquam condonandi, vel illius horrendi supplicij metuendum, quod certum manet omnes contumaces, hypocritas, pseudo-prophetas, & mendaces doctores.



bb

Causa susceptę pro veritate defensionis.



# INDEX RERVM PRAECI- PVARVM IN SCRIPTO

Lalicij.

Antichristus Latinus, pagina	6	Adoratio Christi in Eucharis-	
ortus eius ex regibus Roma-		stia humanū ē inventū.	67.
nis 24. Imperiū eius cœpit 10.		August: Confes: homines cur	
cuius iacta sunt fundamēta 28.		tolerant imagines.	73.
aduentus eius cū miraculis 16.		Americani sūt Profelyti.	75.
actiones illius 29. termini pa-		Apocalypsis melius nunc intel-	
latij 72. sacrificia 57. magi		ligitur.	80.
multi in regno eius 83. filius		Architecti domus Dei pridē	
perditionis vocatus 44. suo tē		Christū reprobant.	91.
pore erat detegendus 66. cō-		Alberti ducis Bauariæ dicta &	
iugiū clericorū tollit 11. & 20.		facta.	129.
multi antichristi 11. figura illi-		Aloysius Lypomanus papæ	
us fuit Antiochus Rex Syriæ		legatus.	143.
46. belligerat cum sanctis in		Augustinus agnoscit suos er-	
Gallia. 105. qui de illo scripse-		rores.	145.
runt.	24. 25.	Augustus Elect. Sax: infestat	
Auctores q̄ de emēdanda ec-		Caluinianos.	132.
clesia scripserūt:	7.	Anabaptistæ exorti.	47.
Auētinus de ecclesia pa. 9. de		Antonius rex Nauaræ occidi-	
Antichristo. 26. 33 de mona-		tur,	81.
chis.	136.	Ariolatio vetita Christianis 85	
Ambitio clericorū	12.	Apostolicæ ecclesiæ discordes	107.
Abrahæ filij degeneres pōtifi-		Appocryphi auctores in bi-	
cij.	40.	blijs.	145.
Albingensiū. 160. millia cæsa.		Albertus Radziuil, pacificator	
<sup>156000-</sup>	45.		149.
Alaricus rex Gotorum diuino		Alcoranus	
instinctu Romā vastat.	54.		

Index.

Alcoranus Turcicus. pagi. 56

B.

Babylonia spiritalis curatur ab Euangelicis. 5. templū Dei est in ea 33. Pharisei & scribæ eius 27. sedes est antichristi. 30. confusionē significat 36. exitiū eius 66. par ei diuinitus reddere iubemur 38. filij eius luxoriosi. 130. Babyloniā Romam esse docent patres 32.

Beno cardinalis de sceleribus paparum 10.

Bernardus inuehitur in Sacerdotes. II. eiusdē sentētia de connubijs. 63. de ieiunio. 146.

Bibliander de fœditate sedis apostolicæ. 12.

Biblia non deprauarunt Euangelici. 18.

Biblia Polonica prima 143. vno anno legi possunt 145.

Baldi de monachis ridicula sententia. 21.

Beza Tertullianū explanat 22. in conuentu Possiaco perorat. sr. & 79. apologias tres scribit 82. de cœna Domini 78. multa de eo. 112.

Bohemi iusta ab rege suo flagitarunt. 55.

Bertramus & Berengarius de eucharistia 67.

Baruch de imaginibus 73.

Bellum rusticorū infœlix. 47.

Burdella seu lupanaria Italica 63.

Barbara Radziuila regina. 78.

Bauaria exterminati Euangelici. 130.

Bernardinorum monachorum versutia. 137.

Beda somnia refert de purgatorio. 146.

Bonifacius papa fontiū patronus 146.

Bellorū auctores sunt ipsimet pontificij. 38.

Bellorū Gallicorū causæ. 105.

Balsasar rex Babyl: profanat sacra. 130.

Bonauētura corrumpit psalmos 147.

C.

Caluini vita, mores & morbi. 113.

Atheismi sr. morituri verba, 50. moriēs nihil auri reliquit 116. nō irrepit in ecclesiā 22.

Antidotum aduersus acta Tridētinae synodi. 102. sentētia eius legitur in decretis pōtificū 65.

Patres alios vocat. 145.

Caluiniani in Gallia curare

Index.

ma sumserūt. 4s. Cur Euāgeli-	Canon missæ blasphemus.	70	
ci latrant.	4.	Communicatio idiomatum in	
Cōcilia celebrata propter re-	Christo.	76.	
formationē Ecclesiæ	6.	Controuersia de religione nō	
Constantiense concilium	105	potest finiri.	81.
Christianus optimus qs sit	17.	Canos viros sapere oportet s5	
Christianarū litterarum ingēs		Crescentius legatus papæ spe-	
profunditas	22.	ctro territus moritur.	103.
Christianorum respub:Israeli-		Christianorū notæ, infestatio-	
ca sic similis.	81.	nes.	III.
Constantini Cæsaris Romæ		Cracouiensium Euangelicorū	
pontifici donatio	23.	templi euerio.	139.
Christianus populus versus		Cōsultor erroris diabolus.	149
est in Babylonium.	34.	Claudius Senctesius falsa scri-	
Chēnicus statuta Cōcilij Tri-		psit de Genetiensibus.	82.
dentini refutat.	104.	Cōcilij Tridentini placita.	103
Constantinus Cæsar synodum		Causæ ob quas Euangelici ad	
cogit	91.	Conciliū nō venerunt.	104.
Clerici plus terræ possident		Catholici disident inter se &	
quā seculares,	71	litigant.	106.
Carolus Quintus Imp. Germa-		Sape supe-	
nos vicit 47. Interim formulā		rati à Turcis.	109.
ijdem dat.	81.	Christianus Francken Iesuita	
Concilium Basiliense Bohemis		de Iesuitis.	121.
calicē domini pmittit.	50.	Catholicorum ingens nume-	
Carolus 9. Rex Gallorū Euan-		rus.	126.
gelicos noctu contrucidat	52.	Calixtini populi in Bohemia.	
qd consilio magi Itali cogno-			128.
mento Scoti facit.	83.	Christianis nefas est profiteri	
Cicero epist: ad octauū.	61.	mendicitatem.	136.
Cuspinianus de sacerdotum		Concor-	
virtijs.	63.	Concordia Euangelicorum in	
		Polonia.	139.



## Index

- Canisius Iesuita quod Dei est, Deus multa mala diu tolerat.  
 beatæ Mariæ tribuit. 147. 65.  
 Christiani veri seditionis insi- Diabolico astu permulta mala  
 mulantur. 49. & 152. sunt in Ecclesia. 69.  
 Christus facit diuisiones in po- Dæmonis nomen proferre Ge  
 pulo. 106. neue non licet. 84.  
 Christi corpus est in cælo. 5. Dogmata Euangelicorum. 96.  
 & 79. Dudithius orator Imp. in cõ  
 Casimirus nunc Elector Imp. cilio obstupescit. 103.  
 Comes Palatinus. 39. Dissentiunt inter se apostoli  
 & Corinthij. 106.  
 Claustrum Iesuitarum Vilnẽ, Deus liberos suos castigat. 115.  
 sium opulentum. 50. Discipuli Christi Synagogis  
 Christus ipse minister fuit. 61. eijciuntur. 128.  
 Cœna domini mirè calamistra- Daman Gandauus de Iesuitis.  
 ta est ab hominibus. 69. 132.  
 Christus nobis adest & abest. 76. in cælo nunc est. 77.  
 D.  
 Detegi cœpit antichristus Rõ. Deus pmisit bestia Rom. vin  
 6. cere sanctos. 46.  
 Discordiæ principũ seculariũ. Damascenus pugnat pro ima  
 9. ginibus. 146.  
 Defectio Christianorum a Pa- Dux Sbaracẽsis Lituanus. 149  
 pa Rom. 23. E.  
 Dux Albanus perdit Euange- Eremitæ olim, nunc degunt in  
 licos in Belgio. 39. vrbibus. 36.  
 Dauid Italus malus consultor Euangelici sunt, erroris non  
 reginæ Angliæ. 40. fidei hostes 4. actiones illorũ.  
 Diuina voluntas humanis cõ. 5. & 152. Cur refragatur põ  
 filijs non impeditur. 45. tifici. 79. non sunt membra  
 Dauid rex crebritus orabat, q̃ Antichristi. 37. quomodo se  
 hodie sacerdos 59. b iij gregant

Index.

- gregāt ad docendum suos Mi-  
nistros. 40. Cur vocantur  
hæretici. 61. vnde ipsis de ec-  
clesia iudicium. 93. non sunt  
hæretici. 94. & 96. Quærunt  
iudicem non suspectum. 95.  
Beræenses imitati in legendo,  
inuenerunt veritatem. 99. qd  
docent concionatores illorum  
152. Quas ob causas ad Cōci.  
Tridentinum non venerunt.  
100. summa inter eos consensio.  
105. & 107. fides eorum.  
150. a veritate adhuc deduci  
non potuerunt. 138. Quot per  
annos 40 interfecti. 45. Oc-  
cisiones illorū in Gallia & Bel-  
gīo. 49.  
Ecclesiarum præpositi luxuri-  
osi. 12.  
Ecclesia Christi semper fuit in  
papatu. 14. afflictiones pati-  
tur. III. quis ea sit cœtus ho-  
minum. 44. Est alibi ecclesia  
127. monita a Lutero, Baby-  
lone egressa est. 120. auctori-  
tas eius. 94.  
Episcopi Romani liberos pro-  
creant. 20.  
Eberhardus papam vocat an-  
tichristum. 25. & 26.  
Ecclesia Roma. est carnalium  
christianorum. 34.  
Elizabetha regina Angliæ à  
papa proscibitur. 39.  
Episcopi Pōtificij qd faciāt.  
43.  
Est, per fit, meri homines inter-  
pretantur. 68  
Exorcistæ in veteri ecclesia. 70  
Electi dei non decipiūtur. 77.  
Ecclesiā subijci oportet magi-  
stratui. 41.  
Ecclesia Rom; auariciæ stude-  
re cœpit. 71.  
Electi dei sæpe diu versantur  
in tenebris 75.  
Ecce hic est Christus, id est in  
altari. 77  
Est verbū in Eucharistia quo-  
modo accipiendum 79:  
Errauerunt quicq; sancti. 95.  
Erasmi Rothero; iudicium de  
Lutero. 119.  
Eucharistia nō habet in se cor-  
pus Christi, 5. non est eadem  
Paulo Christus. 77.  
Error tanto peior, quanto an-  
tiquior. 37.  
F.  
Falsi pphetæ & sacerdotes. 9.  
ijdem vnde cognoscendi 27.  
Florētinus Episcopus antichri-  
stum

Index.

stum natum esse fatetur.	24.	Fuci hominū sunt monachi.	135.
Flamīnes Babyloniæ Rom. su-		Fœdus Evangelicorum in Po-	
perbi.	23.	lonia de religione.	149
Fridrichus secundus Impe.		Franciscani Monachi in Polo-	
à papa vexatus.	29.	nia. 400.	135.
Filia Syon desolata, Roma est		G.	
	35.	Geusi id est Evangelici in Bel-	
Flacij Illyrici centuriæ Ecclesi-		gio.	4.
astica 37. eiusdem de dissidijs		Gerisonis Parisiensis præcep-	
patrum	106.	tor.	7.
Franciscus I. Rex Galliaæ sa-		Gregorius 7. Papa Imperato-	
uit in Evangelicos. 39. in Flo-		ri asper. 9. eiusdem iugū ex-	
rida Americana Euāgelici ex-		cutit	42
cinduntur.	71.	Gratiani legum insulsa farrā-	
Franciscus Xauier Iesuīta in		go. 21. idem canonem missæ	
Americam nauigat.	72.	conflat	20.
Fidei apostolica definitio	78.	Geneuenses, veteres etiā the-	
Franciscus Spira Italus verita-		ologos edunt. 22. irretitiā	
tem abnegat	50.	Sabauda, sese expediunt. 23.	
Fratres Bohemi quærunť ve-		Impij non sunt. 24. respub.	
ros Christianos. 37. eijciuntur		illorum laudatissima. 53.	
è Bohemia. 128. Luterum fru-		Germanicæ scholæ ex mona-	
stra admonent de cœna domi-		sterijs.	51.
ni. 133. optimi sunt Christia-		Cermani ad concilium Trid-	
norum.	129.	venerunt.	102
Ferdinand. Impe. pacem pre-		Germanica gens beata. 107.	
cio de Turcis emit.	108.	Germanorum medullam non	
Friderici Imp. sententiā.	III	attigerunt Turcæ. 109.	
Florenius doctor, Iesuīta esse		Germanorum cum Impe. bel-	
desijt.	122.	lum	123
Franciscus Monachus, otibus		Germanicæ gentis virtutes	
concionabatur.	131.	bellicæ	108.

Index.

Germania Sarmatas veram religionem docet	152.	Hussitas Bohemiæ, Hugentos Galliæ reges extirpare non potuerunt	4.
Guiciardinus Italus de Rom. Ponti.	60.	Hypocrysis Pharisæica sacerdotum	12.
Glorificatum corpus Christi hodie defenditur	68.	Hæresis pridem vocata est pura doctrina	15.
Gregorius I. multis Missâ orare studuit.	70.	Hæbraica bibliorû veritas	18.
Georgius Fabricius Pij papæ epistolam citat.	69.	Heluetij iugum familiæ Austriacæ excutiunt	23.
Gamalielis prudens cõsiliû.	129.	Horatius Romam dominam vocat	31.
Gilberti Cognati libri narrationum	70.	Hungarica seditio	47.
Geneua sancta vrbs, cui sagæ infestæ, s2. magistratus eius magna seueritas. s4. calix ipsius	109.	Henri. 7. imp. venenata Europa charistia perit	78.
Gentes papisticæ subactæ a Turcis	109.	Heshusius 600. errores pontificios demonstrat	106.
Græcus Irenæus nuper periit.	139.	Hæretici in Polonia & Lituania	98.
Gottardus Curlandiæ dux primus	143.	Hereses papistarum	95.
Gregorius papa de purgatorio	146.	Hæreticus est hodie, qui dissentit à Rom. ecclesia	16.
Georgius Cassander de corrupta ecclesia	7.	Hyldebrandus papa antichristi imperij fundator	27.
Gebhardus Trucceus ad papam scribit de malis Ecclesiæ. s.		Henricus rex Gal. effœminatissimus	52.
Gregorius Papa bea. virginem salutem hominum vocat	146.	Hieronimi presbyteri dulcissima scripta	63.
H.		Hispani acerrimi hostes Euan gelicorum	71.
		Humanæ inuentiones vt nix à sole dispereunt.	96. hus



Index.

- India noua papam Rom. ve-  
neratur. 72.  
 Imagine lenitur amici deside-  
rium. 74.  
 Iosias Simlerus de Republ.  
Heluetiorum. III.  
 Inscriptionis librorū causā. 3  
 Iustus est qui nocentes prohi-  
bet. 153.  
 Iudice in concilio alio q̄ papa  
optus. 121.  
 Italica Ecclesia. 110.  
 Iobus iustiss. multa perpeffus.  
115.  
 Ioa. Sturmīus de Iesuitis. 121.  
 Ionas de vita Luteri. 123.  
 Iniustitia magna apud Catho-  
licos. 127.  
 Italia q̄t habet Episcopos. 135.  
 Io. Hlebouicz Senator Litua-  
niā. 137.  
 L.  
 Lasicius ad scribendum im-  
pulsus. I. & 153. scripsit histo-  
riam de fratribus Bohemis. 39.  
 item contra Ebionēos & Ma-  
cedonianos. 50. præceptor e-  
ius Ioan. Sturmīus. 121. do-  
lore afficitur ob Pontificiorū  
duritiā. 77. hortatur Possē-  
uinum ad imitandū Dudithi-  
um. 103. pro Iesuitis Deum o-  
 rat. 126. agit Possēuino gra-  
tias. 149. non arguit eum fal-  
si. 140. Iesuitas obsecrat. 141.  
 Luterus excommunicatus à  
Papa. 13. oculos ei aperit Pa-  
pæ auaritia. 60. Decretales  
comburit. 24. vxorem ducit.  
21. ab Deo excitatur medicus  
ecclesiæ. 118. ad Papam scri-  
bit. 120. defenditur à Lasicio.  
19. 118. 123.  
 Luteriani proscribuntur ab  
Impe. 123.  
 Lituania puriorem fidei doc-  
trinam cognoscit. 15.  
 Latinus bibliorum interpres  
est authenticus. 18.  
 Ludouicus Borbonius prin-  
ceps Condensis. 39.  
 Liturgia Basilij. 67.  
 Lituaniq̄ veneficæ exploran-  
tur in aqua. 83.  
 Licet cuius Biblia legere. 97.  
 Lateranensis Concilij multi  
patres 99.  
 Licet iudicē suspectum recu-  
sare. 101.  
 Lites fuerunt semper in eccle-  
sijs. 105.  
 Ludouicus rex Hunga. Bohe-  
morumq̄ occūbit. 108.  
 latinus

Index.

Latinus futurus erat antichri-	110.	christo.	12.
stus.		Miracula nō sunt Euangelicis	
Loiola pater Iesuitarum.	117.	necessaria	16.
superstitiosiss. miles.	121.	Mahometes non est antichri-	
Lausanna p̄pinqua Geneuæ.		stus.	30.
	113.	Meretricum Romę 44 plateæ	
Lactantius Senecam diuine lo-			31.
cūtum censet.	115.	Maria Angla occidit Euange-	
Lombardica historia	131.	licos.	39
Laruata monachorum religio.		Maria Scota fugiens, deuenit	
	137.	in potestatem Anglorum	40
Lupi ecclesiæ.	120.	Mauricius Dux Saxonix Cœ-	
Lukiszki pagus Radziuilanus		sarem cogit.	43
	142.	Matrimonium Ministrorum	
Landgrauius Philip. à Cœsare		Euange. defenditur.	62.
superatus.	48.	Mortale corpus Christi man-	
Liuonia potitus rex Polonię		ducandum est.	68.
Stephanus.	149.	Missæ etiam in vinculis ab Epi-	
M.		scopis celebrata.	69.
Monachi & moniales contra		Marloratus strangulatus.	81.
hunt matrimonium.	20.	Mendacium pœna.	3. & 94.
aliorum laboribus ociosi viuūt		Malachias de sacerdotibus	91
137. religio mendicātium ido-		Meretrices in Concilio Con-	
lolatrica. 136. superstitionis		stantiensi	105.
taxantur. 136. dissimiles illis		Mundus pertesus erat huma-	
antiqui. 137.		næ doctrinæ	120.
Moscorum dux Io. Basilides		Ministri Saxonici	132
mortuus. 2. & 149. ibidē pa-		Mos papistarū in Lituania	85.
cem cupide amplectitur.		Moyse non sacerdos sacra	
Marianus Scotus de Grego-		tractauit	98.
rio 7 Papa.	10	Messias ab solis electis co-	
Ministri Christi seruiunt anti-		gnoscitur. 134. c ij	Mo

Index.

Moscorum legati ad regem Poloniæ	149.	Omnipotens Christus abfuturum se à nobis dixit.	76.
N.		Oriēs nunc dominatur seruitur occidens	108.
Noriberge ob reformat. ecclesię conuentus	7.	Obluio, rerū irrecuperabiliū remedium.	III.
Noua sodoma Roma, antiquæ ocio similis.	53.	Opicius concionator Euangelicitur Vienna	128.
Nicæni Concilij sententiā vnicus homo mutat	64.	Olomucenses Iesuitæ.	129.
laitarum hæresis	69.	Origenis error.	145.
Nouus orbis adfert aurum antichristo	72.	Organa seu naua templi excogitata.	46.
Nomina Euangelicorum sumuntur ab apostolis	74.	P.	
Nominum tantum in Eucharistia fit mutatio	79.	Pontifex hodie non est in terris.	4.
Nicolaus Papa statuit non esse iudicandos clericos.	93.	Pōtifex maximus lupus est.	27.
Nostri seculi fœlicitas.	120.	idem illi semper animus.	29.
O.		Sublato metu Imperatoris neminem formidat.	42.
Orbis Christiani mores corrupti.	9.	aurum regibus suppeditat cōtra Euangelicos.	54.
Ouidius de 7 Romæ montibus.	31.	pro Ecclesia Christi hostiam offert.	57.
Offerunt deo pontificij hominibus offerenda.	58.	Cœnæ Domini multa affuit.	69.
Omni seculo erant occulti auctores veri.	67.	à nemine est iudicāsus.	93.
Onuphrius monachus de auaritia ecclesię	71.	Italia Imperatorem extrusit.	123.
Ophir regio & Peru, eadē sunt	75.	Babylonia, templo Dei sedet	33.
		actiones eius.	89.
		& 90 delicia	59.
		coronandus spargit pecuniam.	54.
		Posseuini ætas & conditio.	86.
		conatus calumniandi Euangelicos	



- licos. 2. credulitas. 55. lapsus in Grammatica. 74. 113. 134. imprudentia. 150. anathema est. 104. non est magni iudicij 117. regem inflammat aduersum Euangelicos. 43. Ministros Euangelicorum perstringit. 61. Geneuensem Ecclesiam inuisam reddit. 52. multa praeterit de Pontificibus Romae. 90. consulit regi Poloniae. 143. ignarus arithmeticae. 144. missus in Polonia pacis causa. 149. Pascha dissensionis causa in ecclesia. 6. Papa Adrianus fatetur suorum vitia. 7. Paparum facinora. 10. mores. 36. Exleges sunt. 42. rebus mundanis immergi. 56. possunt in ius vocari. 42. principes Germaniae illis addictissimi. 105. Paschalis papa vetat spargi doctrinam de antichristo. 25. Platinae testimonium de corrupta Romae Ecclesia. 9. Patrum apud Euangelicos auctoritas. 17. Petrarcha Romanus de Roma Poltrotus Gallus, Ducem Guisium occidit. 51. Paphnutius coniugio castitatem tribuit. 64. Plutarchi liber de dijs mutis. 70. Profelyti qui sunt habendi. 75. Possiacum in Gallia colloquium de religione. 81. Petrus, papae antecessor sepe errauit. 95. Petrus Scarga Iesuitarum signifer. 131. Papistae fabulis delectantur. 132. Publicanus Pharisaeo melior. 136. Patres multos errores excogitarunt. 146. Prisciae & Euangelicae Ecclesiae similia primordia. 134. Pharisaeorum imitatio. 138. Paulus Vergerius de feritate papistarum. 45. Panis quomodo est corpus Christi. 65. & 100. habendus pro eo quod illum esse Christus voluit. 68. Peru regio in America nota Solomoni. 75. Papistae verbo, Dei in Missa nimium tribuunt. 78. c. iij. petrus

index.

Petrus Martyr disputat.	91.	ab 44 annis, importata puri-
Patres sola aetate nos superant.		or doctrina in Sarmatiam. 152
	99.	R.
Pontificij inter se discordes.	106	Romanæ ecclesiæ opus est re-
Paucitas electorum Dei.	134	formatione 8.
Pallingenius de hypocrisi mo-		Romani sacerdotes diligunt
nachorum	136	munera, 13. oues Christi occi-
Philippi Melanctonis Corpus		dunt, fallunt, bella gerunt, im-
doctrinæ.	140	perant. 27.
Peregrini officium violat Pos-		Religio ad quæstû cõuersa 14.
seuinus	149.	Romam esse Babylonem affir-
		mant patres 30.
Q.		
Qui reges nequiuertunt Euan-		Romæ flagitiorum per Sybil-
gelicos excindere.	3.	lam descriptio. 32.
Quomodo Christus ad nos		Romæ locus in quo Papa pepe-
descendit.	5.	rit 53. montes eius 7. & vera
Quæ sit habenda doctrina so-		descriptio, 88. quoduis agendi
lida	16.	magna impunitas. 83. uasata
Quintam monarchiã Ecclesiæ		est ab Hispanis & Germanis
papa constituit.	42.	108. est vrbs magna 124.
Qualis ecclesia sit audienda.	44	Reges Euangelici 43
Quingentis annis ignota Ec-		Romanensium inania sunt pia
clesiæ imago	73.	opera 87.
Qualis nunc est Roma	87.	Reges boni fecerunt id quod est
Quæ melior ecclesia	93.	sacerdotum. 91.
Quædam papistica in Biblijs,		Rex Poloniæ ecclesijs dat epi-
non inueniuntur	96.	scopos 92.
Quæsitum regnum Dei inue-		Reus quis sit 101.
nitur	99.	Reges Galliæ annos 26 sæ-
Quos Deus amat, nos quoque		uierunt in Euangelicos 110.
amemus	129.	Religio Iesuitica, superstitio
Qui Iesum Christum soluunt.	140.	& hypocrisis. 121. Rodol

Rodolphus Cæsar.	129.	esse Babylonem	37.
Russi non sedent in tēplis.	135.	Sigismundus Rex Bohemorū	regnare vetatur. 55. qd ipsi
Rustici papiste, Pater noster	ignorant.	Concilium Constantiense reo	spondit.
Radziuilus Cardinalis Roma	nus	Sacramenti cum re ipsa mira	coniunctio
Parentum eius laudes	141.	Sagarum Rom. religionis ino	gens numerus
Radziuilus Christophorus va	stat Moscos	Sigebertus taxat mores Ecce	siæ.
S.	149.	Scoticum regnum perturbant	papistæ
Stephani regis Poloniæ & du	cis Lituaniæ laudes. 3. 52. 150	Synodorum gesta, non omnia	sunt scripta
summe prudens est. III. Iurat	se pacem inter suos conserva	Simulachra eadem Christiano	rum quæ Gentilium
turum.	149.	Solomon in Peru, auri causa	naues mittebat
Senatores pontificij laudantur,	Euāgelici defenduntur. 151.	Sabaudus Geneuam frustra	oppugnat
Synodus Cracouiensis propo	ter clerum.	Seruetus Hispanus, ob filij	Dei blasphemiam cōbustus
Sacerdotum doctrinæ Christi	ignoratio, 9. ijdem fures sunt	Saxonica ecclesie mittūt scri	ptum ad concilium
4. sacramēta habent venalia.	14. sola illorum series, nullius	Scctæ hodie in Europa tantū	duæ
est momenti. 30. statum rerū	perturbant. 133. concubinari	Surij monachi vitæ sanctorum	
orum vndecem millia. 63. Sy	ricius Papa vxores illis adimit	Synagogæ Euangelicorū	134.
64. plura de illis.	62.	Sapientie Solomonis liber de	imaginibus. 73: sorbo
Scholastica theologia	17		
Seruus seruorū Dei, dominus	est eorundem		
Staphilæus epis. probat Romā			

Index.

Sorbonistæ Parisienses, blaterones.	110.	Templum Euāgelicorū Vilenſium	133.
Sanctos, non Catholicos tantum nos esse oportet	125.	Tritheitæ in Polonia.	139.
Sanctus Petrus mortuus legit scribitq;	131.	Tricesius interpres Bibliorū Polonicorum	144.
Saxones disceptant de Christi corpore	133.	Theophylactus de spiritu S. processione	146.
Syricij Papæ inuentum de bigamis	146.	Turrianus Iesuita.	148.
T.		V.	
Tridenti situs in rictu bestię Romanæ	121.	Volanus est homuncio, qui proſternit Goliathos. 54. laus eius. 4. 76. Deus 116. quid ipsi sit pretiosissimū 57. An sit simiolus Caluini. 75. pāpistas idololatriæ arguit. 65. prouocat ad regem. 90. quæ optat Radziuilis. 141. perdit pecuniam. 85. Iohannes filius eius	148.
Tridentini Concilij sessio 4 quid statuit	18.	Vxoribus interdicitur sacerdotibus	11.
Tertulliano, Roma est Babylonis figura.	33.	Valdensium & Vicleuitarum ortus.	15.
Tigurini Heluetij, inuitissimi ad bellū descendunt. 47. Biblia illorum Leo Iudæ trāstulit.	18.	Vetus interpres Bibliorū corrigitur,	19.
Turcæ sunt virga furoris Dei 66. Carnifices dei. 108. semen Abrahæ	71.	Virgilius de 7 arcibus vrbis Romæ.	31.
Templa profanata, euertuntur ab Euangelicis	73.	Vulgus antichristianum quale sit.	36.
Trinitatis nomen, non displiuit Caluino	80.	Vilhelmus princeps Auraicus	39.
Trāsubstantiatio panis in corpus Do. statuta.	99.	Vilnen.	
Terrena fides papistarum, cœlestis Euangelicorū	100.		

Index.

Vilnensium Evangelicorum,	is eosdem triturat	50.
in templo exercitia,	Zuinglius in bello occumbit.	55.
Vetus calūnia Christianis im-		47.
posita	Zepherinus papa, calicem vi-	61.
Viennæ Imp. Evangelicis Ca-	treum in Eucharistia excogi-	
licem Do. permittit.	cogitat	70.
Vitæ sanctorū fabulosa	Zizaniorum manipulus Euā-	131.
Veritas est insuperabilis.	gelici	133.
Vnus spiritus docet ōnes the-	Zizania agrī Dei, succidit	
ologos	Chemnicus	104.
Vilnēsiū Iesuitarum mona-	Zizania superstitionū Iesuite	
sterium	disseminant	56.

Z.

Zisca Bohemus affligit Ro-  
manenses. 39. Flagellis ferre-



ERRATA TYPOGRAPHICA IN SCRIP  
pto Lascij.

In prefa. e. iiii. b. lege sic linea 5. alius antichristus, licet. Et infra. Perlibenter audiſt. In fine: de Quarto.

In ipſo ſcripto litera f. linea 3. eſſet. miſſus mihi. numero 3. quæ quidam reges. 5. eorundem incuria. 7. ipſe Ammianum. Ibidem. cum Vrſiciano. 13. pigritantur. ibidem, 15. die menſis Iunij. 16. illi requirebant. 20. illi diuino. 24. Roma defuit. Ibidem ſi enim has. 30. feſſurum, prænuſciauit. 31. circuiui tunc. ibidem Roma legar. ibidem nuſquam fuerunt. ibidem. cuius mœniorum. 35. illorum diu patientia: ibidem. vltio Iehouæ. 40. ante delectu. Ibidem. Degenerantibus. 41. dedi vobis. 42. vti Steuchus. ibidẽ. deminutis excuteret. 43. omni magiſtratu. ibidem. ſui excedat. 46. mandatu Chriſtus. 50. Chriſte diuine. 51. idonei deliguntur. 54. peſſundandos. 55. ſcatuiſſe. 56. verſu penultimo lege ter, hi pro ſi. 58. ſanctæ Triadi. 59. ad viuum membris. 60. indignationem. Ibidem. cernabatur. Ibidem. Vbi quid. 64. Synodos iubes, quæ. 66. propheta. Diu multa. 67. vt ipſe. 69. duodecem tribubus. 70. Zepherinus vitreum. 72. falſi hi fuerunt. 73. Iudaica verò. 74. non idololatræ. Ibidem. imaginem dedecet. 75. in exteris regiones. ibidem. Simiolus eſt tibi. 76. erat, cùm eius. 78. Radziuila. ibidem. potiti ſunt. 79. tacet eadem. Ibidem. Tu ne mihi. 82. ſeſe deturbatum iri. Ibidem. hoſtibus Sabaudis. 83. ni capita. 90. quæ auguſtum. 92. rei ſacerdotes. 95. ideoque eas auerſatur. 97. Hi ſoli. 98. quas tamen. 102. beſtiæ Romanæ. 103. aliquantisper obticuit.

107. belligerabat. Eodem numero lit. t. ex illo nata.  
 107. fide hæc. 109 margaritis nitenti. 113. Hiccine An.  
 toni. 115. pro liberis. 120. mutata sunt. ibidem. ficta  
 bonitas. 123. Christi scilicet. 125. potestatis mandatu.  
 132. multasse. ibidem. anno 1574. 134. voluisse exi-  
 stimo. ibidem. qualia & huius. 136. In Hibernia. 137.  
 Antoni, Pauli. 140. qui ex nobis. 142. contenta. 149.  
 vetaret nostra scripta.

ERRATA OPERARVM IN VOLANI  
 libris.

Pagina 7. lege. folamq; illam. 26. neq; vero vt Papa.  
 36. partem accipimus. 41. Dei populo. 42. didicisti.  
 Rex enim est, 47. in margine, sacrificulis pepererunt.  
 ibidem iudico Scarga. 48. in marg. papista. 50. sua  
 cœna. 54. mens, vt sub: 55. Diui qdem Pauli. 76. ty-  
 pum sanguinis. 82. Sed veniet. 89. quæ fuit sub.  
 90. exoriebantur secta. 95. regum accedens. 119. sit vo-  
 bis. 121. Non in Pane. 155. eorum quæ. 160. quæ teste  
 179. in margi. salute morientium. 202. esse declaras.)  
 Cætera prudens lector obseruabit & corriget.



INDEX IN LIBROS VOLANI RE-  
rum memorabilium.

Antichristus quis censendus. pagina 9. summū dominatum obtinet. 99. sedē Imperij Ro. occupauit. 91. honorem Dei ad se trāsfert. 92. quando esse cœpit. 98. instituta Dei audaciter violat 157. an: 42 mensures regnabit 90.	Andræ apostolo, falso tribuitur Missa 84.
Apostoli lupos rapaces predicunt. 102.	Anto. Possseuinus Iesuita, odit Euangelicos 144.
Accidentia sine subiecto, res sophistica 54.	B.
Adorationis sacram. scriptura non meminit 114.	Basilij canon Liturgiæ 71.
Anima credentis, fide Christo vescitur 131.	Bap. Mantua. versus in Romā 95.
Augustino Christus est ex 2 naturis. 108. discernit signa à rebns. 111. q̄modo sacramēta intelligit. 13. 36. qd̄ statuatur de mortuis absq̄ vsu Eucharistiæ 56.	Bonifacius 3. Antichristi sedē erexit 98.
Amiralus Gallicus dolo occisus 209.	Bernardus de luxu sacerdotū. 30. & 102.
Anto. Sadeeles certamen cum Iesuita 191.	Baptis. nos facit participes corpo. Christi 136.
Antiq̄ Christū in cœlo statuunt. 188.	Benedictio quomodo intelligenda. 56. qd̄ sit illa Christi in cœna. 58. papistæ eius vocabulo abutuntur. ibid. non mutat rerū naturas 57.
Amuleto vtentes reprehendendi 168.	Basilienſe Concilium 174.
	Bertramus Liturgiæ interpret 187.
	Berengarij palinodia. 54. 129.
	Blasphemiæ horrendę sacrificulorum 63. 64.
	Bellorum Gallicorum papistæ auctores 208.
	C.
	Cyprianus solum Christū audiendū



Index

diendū censet. 97. eundem abesse hinc sentit.	109.	Cæremonia possunt omitti.	61
Cayri vrbis Ltiurgia Cœne Domini.	97.	Cœne Domini profanatio.	72.
Cœsar papæ pedem ponit in stapeda	94.	Cur ea fractio panis dicta.	104
Confes. Iesuitarum de corpore Christi	108.	nō solis sacrificulis pponitur	101.
Consensus multorū non facit veritatem	86	da	173.
Christus in cœlo querēdus.		Cœlibes præponuntur coniugatis.	148.
113. quis sit eius capax. 127. secundum qd est nobiscum. 21 per fidem & Spiritum S. 190, nō est hic. 199 corpus suū dat mortale apostolis. 83. non est in pane. 131. 121. mentis est cibus. 127. non est offerendum. 79. non manducantes id pereūt. 126. per se nemini est mortiferum. 138. non nisi boni eo vescuntur. 153. manducationē nō oblationē instituit. 156. cur noctu 116. à suo vicario oppugnatur.	99.	Cœtuum Evangelicorū exercitia.	32.
Causa finalis sacramentorum	120.	Constantiense concilium de Calice. 165. itemq; alia Antichristiana	168.
Consecratio sacram. in quo consistit.	60.	Calix mille amplius annos duravit	166.
Conversio panis in corpus figmentum	122.	Cellaria Iesuitica vini plena	170.
		Cōsuetudo seruādæ hostiæ.	178
		Caluini propositum. 185. Hydram Seruetanam oppressit.	106.
		Confœderatio Varsaviensis de religione	200.
		Credulitas Iesuitarum	201.
		Christianus probris affectus gaudet	202.
		Cœdes hominum ob reli. in Gal. Anglia	203.
		Cōfessus in Cœna Domini.	116
		d d Cæremo	

Index.

Cæremonia Mosaica abrogata.	118.	Augustino. ibidē.	
Confessio veterum de Christi presentia	7.	Desperatio in papatu quid facit.	184.
Christiani veteres nullis sacrificijs vsi	71.	Doctrina cœlestis, in papatu corrupta.	197.
Chrysostomus de cœna Domini	5. 37 112.	Discipulorum Iesuitarum furor.	207.
Cypriani martyris vtile consilium.	57.	Discipulus liber, fabellarum, papisticarum	47.
Cultus Dei Mosaicus abrogatus est.	118.	Dominus Iesus, cur cœnam suam instituit.	136.
Crede & manducaſti.	141.	De abstemijs in Cœna Domini.	172.
Cælibum monachorum arrogantia.	148.	Diplomata regia de pace contra papistas.	211.
Caluinista in Gallia repellunt iniuriam	203.	E.	
Canon Missæ	68.	Elizabeta pia regina Angliæ infamatur.	123.
D.		Eulogius reprehenditur ob papæ titulum.	98.
Danielis verba de iugi sacrificio.	58.	Ecclesia vbi fuit sub antichristo. 101. prisca panem & vinum retinuit. 164. reformatæ, non sunt nuda sacramenta. 181. libenter eucharistiam percipit. 189. in cathedrali Vilnensi pictura Cœnæ Do.	115.
Dies vltimi iudicij non potest sciri	59.	Euangelicorum sent. de 2 nat. Christi. 107. de Christi corpore. 12. presentia Christi. 37.	
Deus spiritus, spiritu est adradus. 117. q̄sdā heroes excitat oppressorū vindices.	210.	Crucem Christi non fastidiunt non	143.
Discrimen inter panem Domini.	152.		
Doctrina apostolica eversa.	177.		
Damasceni auctoritas apud Iesuitas. 35. dissentit ab			

Index.

non sunt blasphemi.	193.	Bernardo.	4.
qualem mutationem in Coena		Episcoporum Roma. munus	
Dom. admittunt. 59. cuiusmo-		pascere gregem.	42.
di benedictione agnoscunt. 60.		F.	
Ecce duo gladij.	49.	Facere non est offerre.	50.
Eua Leodinenſis viſo Papa		quid idem ſignificet	66.
monitus feſtum Corp. Chriſti		Franciſ. Petrarchæ Papa eſt	
inſtituit	124.	antichriſtus.	97.
Episcopſi veri officium.	42.	Fulgentius de perſona Chriſti	
Emauti num Coena Domini			108.
fuerit.	163.	Franciſci monachi liber Con-	
Elementum panis & vini quid		formitatum.	104.
ſint.	59.	Fallax dogma Scholaſtico-	
Euchariftiæ pars pro amuleto		rum de ſacramentis	187.
ſeruatur.	168.	Fides quid ſit. 4. præſtantia	
Error Papiſtarum de Corpore		eius. 132. hac ſola corpus Chri-	
Chriſti.	191.	ſti mâducatur. 149. 127. hac	
Edictum regis Polo. contra		ad omnia tēpora reſtringitur.	
papiſtas.	207.	132. mittenda eſt in cœlū. 149.	
Euchariftiæ collatio cum ba-		hac credentes percipiūt quod	
ptiſmo.	56.	ſacramētis figuratur	187.
Euchariftia à patribus intelle-		Frāciſcani monachi querun-	
cta.	54.	tur de Ieſuitis.	195.
Eccleſia vaſtanda erat ab An-		Feſtum Corpo. Chriſti craſſa	
tichriſto.	89.	idololatria	124. & 117.
Eutiches naturas Chriſti con-		Forma oblationis Græcorum	
fundit.	107.	ridicula.	69.
Eunuchi occaſionem præbue-		Fides Ieſuitarum de corpore	
re legi ferendæ.	169.	Chriſti.	109.
Europa ab Ieſuitis turbatur.	211.	Fames animæ hominis, Chri-	
Episcoporum ordo taxatur à		ſto expletur.	126.
		dd ij	fidele

Index.

- Fideles, in baptismo corporis Domini fiunt participes. 134.  
 non ex sacramentis vitā hauriunt. 178.
- G.
- Gregorius Nifenus de oblatione. 83.  
 Græcæ ecclesiæ, Canō Missæ. 69  
 Geneva obsessa à Sabaudo. 95  
 Gorræ quid est abominatio desolationis. 103.  
 Gelasio quis sit sacrilegus. 123.  
 166 182. sacramenta non perdunt suas naturas. 123. 54.  
 Gygantes sunt Iesuitæ. 172.  
 Gratiam diuinā quidam spontere respuunt. 174  
 Gallica bella impulsore Papa orta. 209.  
 Garetij liber de sententijs Patrum. 39.  
 Gregorius magnus de pastore eccle. 43. eiusdem dialogi de miraculis. 104. sententia de Antichristo 98.
- H.
- Hostia incruenta quid sit Patribus. 85.  
 Henricus Angliæ rex, papa seruit. 93. de fœdis monachorum moribus cognoscit. 146.
- Hieron. Sauatorola papam dicit Antichristum. 97  
 Hilarius de Antichristo 103.  
 Hussitis Bohemis calix Dom. conceditur. 174.  
 Habitat Christus in nobis per fidem. 190.  
 Hungarorum sepulchra violantur 207.  
 Habitationis Christi locus in cordibus piorū 8.  
 Hieron. luxum templorum infectatur. 27.  
 Hoc facite, id ē offerte, vitiosa interpretatio 50.  
 Henricus 4. Imp. à papa imperio deicitur. 93.  
 Hypocritarum de Christo, & discipulis eius iudicium. 107.  
 Historia Cœnæ Dom. quomodo pingitur. 115.  
 Humana mens, sedes est Iesu Christi 132.
- I.
- Idololatræ pios seditionis insimulant. 208. Cupiunt opprimere veritatē 203.  
 Insani Christum alibi quam in cœlo quærunt. 120.  
 Iohan. Herolt Discipulum scripsit. 47.

iesuite

Index.

Iesuitæ sunt idololatræ. 110.  
 inexcusabiles. 122. regnum  
 antichristi erigunt. 100. orbē  
 terrarum seducunt. 66. Spi-  
 ritui S. repugnant. 132. docēt  
 dubitare. 134. & vitam æter-  
 nam à sacramēto pendere. 179  
 onerant conscientias hominū.  
 134. doctrinam Euangelicam  
 extinguunt. 194. scripturæ  
 sanctæ obloquuntur. 6. adu-  
 latores sunt. 31. scortationum  
 fautores. 146. quales viden-  
 tur Volano. 193. inflammant  
 homines ad bellū contra Euā-  
 gelicos. 197. fidem suam Pa-  
 pæ obstringunt. 199. pertur-  
 batores pacis publicæ. 201.  
 sedes figunt in vrbibus. 195.  
 error illorum. 150  
 Iacobo Apostolo falso adscri-  
 bitur Missa. 84.  
 Impij quomodo manducant  
 Corpus Dom. 140. 133. 154.  
 Ignatius adhortatur ad Eucha-  
 ristiam. 176.  
 Indigna manducatio quid sit  
 patribus. 155.  
 Irenæus de Eucharistia. 54.  
 Iustinus martyr, ritum Cœnæ  
 describit. 71. & 176.

Innocentiū Papæ commentum  
 de Corpore Christi. 122.  
 Interdicti calicis Domini  
 causæ 168.

L.

Ludouicus rex Gallia quid  
 Papæ fecit 93.  
 Laurentius Valla, Papam di-  
 xit esse Antichristum. 97.  
 Lateranense concilium. 54. 39.  
 Locus in Actis de fractione  
 panis 164.  
 Luxus sacerdotum vnde fit  
 30. 47.  
 Loiolite seu Iesuite, Atlantes  
 sunt regni Antichristi. 35.  
 Liturgiæ Basilij & Chrysosto-  
 mi 69.  
 Lex cœlibatus, multos scorta-  
 ri cogit 148.  
 Luteri sententia cedat diuinæ  
 174.  
 Loiolitarum nouus mos 175  
 Vilnam cōmigrant & ditan-  
 tur 184.  
 Libertas gentis Polonicæ ac  
 Lituanicæ 200  
 Luterus sanctus vir 211.

M.

Maosim

ad iij

Index.

Maosim Deus colitur à papistis	27. 118.	Mutationem in Eucharistia, admitunt Evangelici	59.
Modus manducandi Corpus Christi.	113.	Malachiana oblatio toto mundo.	77.
Monachi scortatores	148.	Miracula falsa, nota Antichristi.	103.
Monasteria eorum libidinis plena	146.	Manducandi verbum figuratè accipiendum	128.
Missæ quid sit ignoratur fabulosa est. 150. penus sacerdotum. i. æternā vitam, proponit.	118. 176.	Machabæi nostro seculo	210.
Matrimonij causæ & molestiæ	147.	N.	
Martinus Luterus citatur à Scarga. 173 non est eius auctoritas præponenda diuinæ.	174.	Notæ Antichristi iam regnantis, idq; in ecclesia. 101. 89. 91. & deinceps.	169.
Metu excōmunicationis plebs sacramentum sumit.	150.	Nicenæ synodi canō de manducatione, corp. Christi	113.
Macarij sententia de manducatione. 156. De Melchisedechi oblatione.	73. 76.	Nicolaus Papa, cogit Berengariū ad recantandū.	129.
Miscouij Episcopi Cracouiēsis de Iesuitis iudicium	195.	Nicolaus Radiuilus carpitur à Iesuita.	206.
Maledicta, Scargam qualis sit produit	196.	Num Apostoli Calice Domini abstinerint.	162.
Maria Angla crudeliss.	212.	Neganda non est ægrotis Eucharistia	173.
Manducandi verbum figuratum.	128.	Non damnamur ob neglecta sacramenta.	173. & 179.
Musicus concentus papistarū, cultus est Dei.	31.	Naturaliterne Christus transeat in nos.	20.

O.

oblatio

Index.

Oblatio Corp. Christi, antiq̄s  
 patribus. 67. quando ea per-  
 acta. 83. missatica autem hu-  
 manum est figmentum 69.  
 Deo accepta, quomodo ubiq̄  
 offeratur 77.  
 Omnes sunt spirituales, spi-  
 ritu viuentes. 153.  
 Opinio papistica de corpore  
 Christi. 190. eadem refutatur  
 de Antichristo 100.  
 Occulta cœdes Euangelico-  
 rum 209.  
 Orauit Christus pro Petro,  
 ergo ecclesia non errat 40.  
 Orientis in orando aspectus,  
 Traditio apostolica 61.  
 Offerri corpus suum Christus  
 non iussit 64.  
 Octo modis probat Iesuita  
 Christum in pane 10.  
 Origenes de pane Domi. 152.  
 Omnes fideles integrum sa-  
 cramentum retinent 174.

P.

Pontifex Romanus à nemine  
 est iudicandus. 92. 99. supre-  
 mus pastor in ecclesia. 92. san-  
 guinariuſ est. 209. non Petro

sed Imperatoribꝯ successit. 41  
 Picus Mirādulanus, Papam  
 vocat Antichristum 97.  
 Phocas Impe. Antichristum  
 extulit 98.  
 Purgatorium splendorem sa-  
 crificijs peperit 47.  
 Papistæ reale corpus p̄cipiūt.  
 133. idemq̄ faciunt animalia  
 bruta. 190. ex eucharistia, pri-  
 uatum epulum fecerunt. 175.  
 quid illis sit Benedicere. 58.  
 Dei honorē ad creaturas trās-  
 ferunt. 94. magna illorum in-  
 sania, nolle Christum in cœlo  
 adorare 120.  
 Patres de naturis Christi. 108.  
 de carnali manducatione. 139.  
 ijdem docent sola fide mandu-  
 cari corpus. 149. de Cœna  
 Domini. 186. de oblatione  
 corporis Christi. 68.  
 Paulus Aposto. de episcopis  
 & Antichristo. 44. & 91.  
 Papistici scriptores sordidi. 46  
 Profanatio Cœnæ Domini. 72  
 Pōtiffices Romani, nunc prin-  
 cipes. 41. vita illorum. 94.  
 fucis suis cœnam Domini cor-  
 rumpunt 117.  
 Prisei quotidie Eucharistiam  
 sumebant





Index.

na Domini.	153.	coenę Domini similior	87.
Religio Romana ruit.	193.	Sacramenta quibus instrumē-	
Rudes papistę ad religionem		tis accipiātur. 3. 53. quo sine	
trahuntur.	204	instituta, s. & 136. natura il-	
Religio sacerdotum hypocri-		lorum & effectus. 55. 178. II.	
rica	31.	definitio ex Augustino. 55.	
Romanę curię crassa theolo-		discernenda sunt a re ipsa. III.	
gia.	6.	spiritualiter manducantur,	
Rem sacramenti Spiritus S.		sumta visibiliter. 129. subse-	
nobis dat.	8.	quuntur gratiam Dei nō pre-	
Rex Stephanus Iesuitas præ-		cedūt. 134. sanctificationē spi-	
dio donat	9.	ritus S. & salutem obsignant.	
Regis definitio ex Aristotele.		135. 178. visibilia sunt verba.	
	42.	186. signa sunt non res. 185.	
Romana ecclesia omnium er-		neq; causę salutis. 121. non a-	
rorum magistra. 48.		morantur sine impietate. 123.	
trix Babylonica	202.	Spiritus S. facit nos partici-	
Regnum Antichristi in medio		pes corporis Christi	5.
ecclesię	93.	Sacrilegium est diuidere sa-	
		cramentum	123.
S.		Stultum est fieri pauca per	
		plura	82.
Spirituales & seculares qui		Spe salutis qui excidunt	135
dicendi	158.	Sacerdotes soli participant	
Successores apostolorum, om-		corpus Christi	158.
nem eorum doctrinam euerte-		Salus non desperanda sine sa-	
runt	177.	cramento	179.
Sadeelles de Turriano.	191.	Superbia Papę Rom.	93.
Surius monachus suspectę fi-		Satanas quomodo sit fugan-	
dei historicus.	203.	du.	62.
Simia homini, quàm Missa		Signa rerum nomina accipiūt.	
		II. 140. 92. & 129.	

Index.

Signum Crucis non necessariū	60.	Symbolum externum, nomen rei accipit	129.
Significata rei, quod signi est tribuitur	112.	Socolouius concionator regius. 32. ibidem de Sudrouio presbytero Euangelico.	
Scarga Iesuita accusatorem significat. 106. Aristotelica est eius theologia. 110. verba apostoli peruertit.	50.	Sacramentum & res eius	36.
supplicijs Euāgelicos coercēdos censet. 201. falsa de illis scribit 204. Euangelicos insectatur. 26. 29. & 33. fingit sibi presentiam Christi in terris. 25. quid ipsi absurdū videtur. 5.		Signum crucis traditio apostolica	60
Volanum temere vanitatis accusat. 3. 29. cur suum scriptum antea Palonice, nunc Latine edidit. 2. Spiritui Sancto obijcit mendacium. 115. calumniator est. 211. falsarius si. seruus Antichristi. 118. infamat cœtum Vilensem. 204. 182. Deum incogitantiam arguit, 137. commentum eius de sacrificantibus. 159. Iudaiam presentiam Christi statuit. 6. quod asserit de corpore Christi, id Volanus negat. 10. odit spirituales Christi manducationem. 130. fabulatur de fœmina.	182.	Sacerdos creat suum creatorem	63.
		Secte impiæ, præludia Antichristi	90.
		Sessio ad mensam Domini Vilmæ	116.
		Sola anima, fide vescitur corpore Christi.	131.
		T.	
		Theodorus Beza de vita Caluini	106
		Turrianus Iesuita dissidet à Scarga	191.
		Typicum corpus Christi precibus consecratur	152.
		Tridentini concilij nulla auctoritas	199.
		Templum Euangelicorū Vilenensium cur munitum	210.
		Turbæ in Anglia exortæ	212.
		Templa papistica cur splendida	26.
			tropū

Index.

Tropum veteres agnoscunt in  
 verbis Domini 19.  
 Tridentini Concilij decretum  
 de vetere interprete 45  
 Transsubstantiatio à quibus  
 asseritur 54.

V.

Vrbes papisticae Deū suo ho-  
 nore spoliant. 94.  
 Vilnensium conspiratio ad-  
 versus Euangelicos 96.  
 Vigilius martyr de naturis  
 Christi 108.  
 Urbanus 4 Papa, festum cor-  
 poris Christi instituit. 117.  
 Institutum Domini impie euer-  
 tit. 123.

Veritas ne estimetur à vita  
 doctoris 145.  
 Vilnensia cœnobia scatent  
 sceleribus 146.  
 Vitilitates ascensionis Christi  
 in cœlos 122.  
 Valerianus Episc. Vilnensis,  
 Iesuitas Vilnā introduxit. 134.  
 Volani vita honestiss. 29.  
 145. nunc illi est tertia vxor.  
 146. octo argumenta scargē

refutat. 10. & cat. pecuniam  
 perdit. 144. sententia eius de  
 cœna Domini. 155. Parænelis  
 ad Ebionitas. 192. frequēs est  
 in cœtu Vilnensi. 153. non cō-  
 demnat suos aduersarios. 144  
 cur in graues querelas inter-  
 dum erumpit. 122.

Vis, vnitas, inter Christum &  
 Ecclesiam 5.  
 Vniuersalis consensus, quanti-  
 est pendendus 86.  
 Veri christiani, negant Chri-  
 stum è pane creati. 120.  
 Veteres, signum corporis, ip-  
 sum corpus dixere. 129.

Z.

Zuinglij propositum in repur-  
 ganda ecclesia 155.  
 Zuinglianis crimē falso obij-  
 citur, 119. non statuūt nuda  
 signa. 151.  
 Zelus Iesuitarū malus in mor-  
 tuos Hūgaros laudabatur. 208  
 Zolotars de Antichristo. 103.



380 p.

